

ri possumus sufficientem ad meritum, maxime cum nullum ex motiuis, neque ex circumstantiis intrinsecis, atque extrinsecis, his praeordinatis determinata sint. Qua propter latus relinquitur libertati campus, tum ex specie, tum ex loco, & tempore, quae subiacent semper electioni praeordinati, consulto non dico ex in diuiduatione actus: quia cum ea non cognoscatur ab eximie praeordinatis, sed a solo Christo Domino, in eius electione soli Christo datur locus libertati. Quaedam sunt argumenta contra hanc doctrinam, quae modo non refero, quia non est opportunus locus; & quia confido eum, quia ipsam penetraverit, perfecturum solidam esse, nec aliquo argumento posse labefactari.

43

44 *Doctrina locum habet in opinionone negante puram omissionem liberam.* Id notari, ut defendamus impeccabilitatem comparatione peccati omissionis, defendendam esse opinionem, quae negat puram omissionem liberam: nam aliam, quae adstruit puram omissionem non liberam, commentitiam semper iudicavi. Etenim si possibilis est pura omisio libera urgente praeecepto cum ad illam concursus generalis necessarius non sit, & cum gratiae excitantes, quantumvis intensae, semper debeant relinquere principium indifferens ad extrema contradictoria; alias adimpletio non foret libera, efficitur voluntatem illam peccabilem manere: at si non potest pure omitti, sed obiecto praesentato, & praeecepto urgente exercendi actum religionis, exempli gratia, voluntas ex se aliquem actum debet elicere quo velit, aut nolit adimplere, & cum negatum habeat concursum ad actum positivum, quo nolit, aut directe, aut indirecte adimplere, necessario fit ipsam elicere debere actum positivum, quo adimplere velit. Nihilominus actus ille semper liber erit ex motiuis, aut circumstantiis temporis, & loci, ut dixi. His, nisi fallor, euacuatur prima difficultas.

45

45 *Satisfactio ad secundum obiectum.* Secunda, erat de obiecto illius voluntatis efficaci, quod videtur esse indeterminatum, & confusum, ut terminatur ad merita: nam voluntas gloriae, ut coronae necessario est voluntas meritorum, aut formaliter, aut virtualiter secundum dicta disp. 23. cap. 2. & 11. Sed voluntas illa, non determinat actus meritorios, alias esset determinatio antecedens per decretum efficax pugnans cum libertate; ergo est voluntas efficax meritorum indeterminata, & vaga.

46

46 Respondeo: Deum velle sua efficaci voluntate determinata merita, hoc est, ut per tempus confirmationis tot actus meritorum cumulentur, ut eis insit certus valor meriti respondens gradui gloriae praefinitae, ut corona; non vero determinat hos actus aut illos, neque secundum speciem, nec secundum intensio-

nem, nec secundum circumstantias, a quibus potest sumi variatio actus secundum substantiam: itaque vult merita determinata ex parte rei; indeterminata tamen ex parte modi. Id constat, quia Deus non vult existere meritum in determinatum, aut vagum, nec velle potest efficaciter, nec si posset, id interesset ad suam rem: nam cum praeventio illa efficax decreverit determinatum gradum gloriae, indeterminatum meritum inutile prorsus erat ad finem praeelectum consequendum: tantum ergo voluit Deus, ut voluntas eximie praeordinati, pro tempore, quo est in gratia confirmata sit determinata ad habenda merita in valore determinato respondente praedefinito gradui gloriae. Hoc autem non obstat efficaci decreto constat primo, a posteriori in exemplis, quae supra notavi: nam voluntas Dei, pro priori antecedente ad actualem determinationem, ad rationem quasi specificam virtutis determinata est ad habendum actum honestum, & ipse Deus vult suam voluntatem esse, sic determinatam, etiam pro signo illo priori; nam hoc est maxima eius perfectio. Secundo, constat in voluntate Christi Domini, quae beneficio unionis determinata erat ad eliciendos actus meritorios, & ita esse determinatam Deus efficaciter valebat: ergo in hoc obiecto, nihil est, quod obstat efficaci decreto Dei.

*Determinatio efficaciter decreti non obstat libertati.*

47

47 Constat a priori: quia voluntatem sic determinatam existere ad habendum hoc determinatum meritum, aut illud determinatum meritum, aut illud, aut illud determinatum non implicat contradictionem: ergo potest esse obiectum decreti efficaci. Probo consequentiam; quia ideo negauimus obiectum confusum, & in determinatum, terminare posse efficacem voluntatem Dei; quia, ut sic existere non potest, & voluntas efficax Dei facit existere obiectum volitum: ergo si existere potest voluntas eximie praeordinati, sic determinata, potest esse obiectum decreti efficaci. Si Deus efficaciter vellet, quod voluntas confirmari in gratia determinata esset ad eliciendum meritum in determinatum, & vagum, fieret contra nostram doctrinam: sed nos id non constituimus, sed tantum, ut determinata sit ad habendum hoc determinatum meritum, aut hoc, determinatum, aut hoc, aut in hac specie virtutis, aut illa, aut in hoc numero actu, aut illo. Et haec de secunda difficultate.

48 *Satisfactio ad tertium obiectum.*

48 Tertia, erat circa collationem gloriae in executione, quae fieri, non posse videtur ratione meritorum prauiusorum, si ante ipsa liberaliter decreta fuit ipsa donatio, ut satis urgebamus disp. 23. cap. 10. & 11.

Verum respondeo: aliud esse decernere efficaciter conferre gloriam in dependente a meritis

meritis; aliud decernere efficaciter conferre gloriam, ut coronam per merita: ita ut ex hoc decreto incipiant esse futura, tum gloria, tum merita: cum primo modo Deus decernit dare gloriam liberaliter, minime potest postea in executione remuneratorie conferre; ut satis monstratum est eo cap. 10. At secundo modo nihil est incommodi, quod Deus simul velit indivisibili actu dare gloriam, ut coronam, & merita. Item gloriam propter merita: nam hoc ipso, quod praeventio gloriae fuerit, ut corona, ibi inclusa est dependentia a meritis in ipsa largitione, maxime cum voluntas illa non sit liberalis, quia intendit remunerare merita, aut ergo erit iustitiae, aut gratitudinis secundum qualitatem iuris. Quod praedestinatus acquirat per opera meritoria, solum fit ex hoc decreto eximie praeordinatum, nec esse liberum ad amittendam gloriam, neque ad peccandum mortaliter: non autem non dari locum meritis. In casu vero praeelectionis absolutae liberalis, & si praedestinatus, ut potest, non haberet merita adhuc ex vi prioris electionis liberalis efficaci conferenda esset gloria; hoc autem pugnat cum altero decreto non dandi sine meritis.

49

49 Qua propter concludo: confirmationem in gratia Beatae Virginis continere impeccabilitatem mortaliter a primo instanti conceptionis probabiliter: a secunda, vero sanctificatione, hoc est post conceptum Verbum probabilissimè: immo si quis adiciat in prima sanctificatione ablatam illi fuisse potentiam ad peccandum mortaliter: in secunda, vero etiam venialiter conceder Beatae Virgini privilegium

Post conceptum: nam antiqui Doctores, quos citavi cap. 2. tum verbum num. 11. sine limitatione affirmant in secunda sanctificatione omnino impeccabilem constitutam. Et Paludanus expressit, nec venialiter, go Maria verba etiam Ricardi Victorini, quae rettuli peccare num. 12. omnem potentiam peccandi excludere videntur.

50

50 Tertia conclusio: alij confirmati in gratia, maxime Apostoli, etiam erant impeccabiles mortaliter a puncto confirmationis. Haec conclusio probatur primo auctoritate allegata supra num. 11. Probatur secundo: quia alias sufficiens discrimen, non potest consisti inter confirmatos in gratia, & communes praedestinatos; ut constat ex dictis in prima conclusione num. 27. Ea vero eodem modo defendenda est, uti diximus de confirmatione Beatae Virginis Mariae.

*Apostoli impeccabiles mortaliter a puncto confirmationis in gratia.*

Dices: si erant impeccabiles Apostoli, cur timebant de perseverantia in gratia, & de salute? Respondeo: quia non erat eis reuelatum se esse impeccabiles; ut diximus in prima conclusione.

*Cur timebant excidere a gratia.*

Petes: an Beatae Virgini reuelatum sit? Respondeo affirmatiue: quia privilegia Divinae Deiparae omnem modum superant.

51

51 His nostra resolutio explanata est, in ea re ipsa consentimus Ambrosio Catherino, Okamo & Gabrieli citatis cap. 1. in principio, & pluribus antiquis Doctoribus relatis cap. 2. num. 11. discedimus a Catherino in usurpatione nominis praedestinatio, ut saepe notatum est, & praecipue disputatione prima capite primo.

*B. Virgini reuelata confirmatio in gratia.*

# DISPUTATIO VIGESIMA

## QUINTA

### DE CAUSA PRAEDESTINATIONIS EX parte praedestinati.

*Distincta novem capitibus.*

Caput 1. Varij errores, & indicantur loca vnde refutantur.

Caput 2. Error Pelagij, & vindicatus P. Suarius ab impostura M. Nauarreti.

Caput 3. Error Semipelagianorum, & quantum posuerint meritum gratiae in natura.

Caput 4. Quid sit illud supernaturale, quod Semipelagiani nostrum arbitrium

trium mereri de congruo dixerunt.

Caput 5. Semipelagianos, non tantum posuisse initia fidei ex nudo arbitrio, sed etiam aliorum operum pietatis.

Caput 6. Aliqui ex Masiliensibus cōcesserunt quosdā p[ro]ueniri à gratia Dei.

Caput 7. Quid sentiendum de Chrysostomo, an cum Casiano senserit.

Caput 8. Refutatio erroris Semipelagiani.

Caput 9. Argumenta à parte Semipelagianorum, & solutiones.

ARTICVLVS QVINTVS S. THOM.

VTRVM PRAESCIENTIA

MERITORVM SIT CAUSA PRAEDESTINATIONIS.

R[es]pondet, p[ro]destinationem ex parte actus, & omnium effectuum, non habere causam, licet effectus prior possit esse causa posterioris.

Caput I. Varij errores, & indicantur loca vnde refutantur.

Hac disputatio est de causa effectuum.



SERVA primo, cum differitur de causis p[ro]destinationis, nō differi de illa, vt est actus immanens, atque aeternus in Deo existens, qui p[ro]p[ter] se, quā, vt sic nullā causam habere potest: sed differi de illa, vt terminatur, seu vt connotat effectus temporarios p[ro]destinationis. Itaque disputatio de causa p[ro]destinationis reuocatur ad causam omnium effectuum.

Obserua secundo, nec etiam differi de causis physicis effectuum p[ro]destinationis: nam certum etiam est, nostras potentias gratia Dei munitas esse causas physicas, tum efficientes, tum materiales; differimus ergo de causis moralibus, hoc est, motiuis voluntatis diuinae, quare hunc potius p[ro]destinare, quam alterum voluerit. Etenim si in homine considerato in suis tantum naturalibus daretur aliqua causa, propter quam vellet ipsi Deus dare primam gratiam, quā foret principium, sequentium meritorum, atque perseuerantiae, ipsa natura esset causa p[ro]destinationis, quatenus terminatur ad omnes effectus. At vero si in natura neganda est omnis p[ro]destinationis causa, vt negari debet secundum fidem, difficile intelligi videtur, quo pacto non p[ro]destinatus possit esse saluus ex auxilio diuino, si omne hoc auxilium ex sola Dei p[ro]destinatione remota

omni causa morali mouente originem ducit: & quo pacto hominis culpae tribuendum sit, si pereat, cum soli p[ro]destinati saluentur, & cū nullam natura causam offerre possit, vt p[ro]destinetur.

Hinc grauissima haec difficultas manauit: hinc etiam varij hominum errores in hac materia, quosdam in hoc capite breuiter refero.

Primus error fuit Origenis, qui cum non videret in hac vita posse p[ro]cedere ex parte hominis aliquem actum liberum moralem, qui esset causa suae p[ro]destinationis, & cum discretionem p[ro]destinationis iuste fieri, non posse sine causa arbitraretur, finxit animas hominum ante corporis informationem extitisse, suamque vitam degisse, & in ea bona, vel mala opera patrasse, & pro vt inibi gessit in presenti vita, in qua immerfa est corporis ergastulo diuersam fortunam expertam, denique, aut p[ro]destinatam, aut reprobam. Lege librum primum Periarchon in cap. 7. 8. & 9. & librum 3. c. 10. si vis errorem Origenis plene intelligere.

Is error damnatus fuit in 6. Synodo generali actione 12. & refellitur efficaciter ex Paulo ad Rom. 9. ibi, cum nō dum aliquid boni egissent, aut mali, &c. Hunc locum abunde declarauit disp. 23. cap. 4. Scripserunt contra hunc errorem, Hieronymus Epist. 150. quaest. 2. vbi affirmat à Platone

2 Origenis error de p[ro]destinatione.

Rom. 6. Vnde dicitur Hieron.

Epiphanius, Nazianzenus, Theophilus, P. Suarez.

Platone ipsum hausisse Originem, Epiphanius, Naciancenus, Theophylactus, qui referuntur à P. Suarez lib. 2. cap. 4. vbi habes plura. Sed cum obliuione, sit iam obscuratus pluribus opus non est, ne in lucem memoriae reuocetur.

3 Bardaseni, Priscilianorum, Error Bardaseni, & Priscilianorum de p[ro]destinatione. Rom. 9. Hieron. 10. August. Vnde dicitur natur.

Secundus error est Bardaseni, & Priscilianistarum, de quo meminit Augustinus haeresi. 35. Hi affirmarunt, quosdam homines ex diuersa constellatione, & complexione esse aucutioris ingenij, alios obtusioris, indeque provenire p[ro]destinationem, & reprobationem. Is error efficaciter refellitur ex illo Pauli ad Roman. 9. Sed, & Rebeccha ex vno concubitu, &c. Quem locum abunde etiam tractaui cap. 4. citato. Et ex Ieremia cap. 10. ibi, à signis caeli nolite timere, quae timent gentes, quia nec mala possunt facere, &c. legatur Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei. cap. 2. & sequentibus.

4 Valerini, & Basilidis error de p[ro]destinatione. Vnde conueniendus.

Tertius error est discipulorum Valerini, & Basilidis: hi dicebant diuersas esse naturas animarum, quasdam terrenas esse, atque necessario addictas terrenis cupiditatibus: quasdam spirituales, & peccare non posse: inde illas reprobari, has p[ro]destinari.

Is error refutatur omnibus, quibus probari solet in esse omnium hominum animis liberū arbitriū. Mitto opera animarum terrenarum, si necessaria sunt, nec peccata esse, nec causam reprobationis, & opera animarum spiritualium, si necessaria sunt, nec bona esse, nec causam p[ro]destinationis.

5 Caluini, & Lutheri error.

Licet Caluinus, atque Lutherus cū sectarijs circa p[ro]destinationem, atque reprobationem errauerint, tamen contrario modo procedunt affirmantes Deum sine causa reprobare necessitatem peccandi inducens, & p[ro]destinare in

Caput II. Error Pelagij, & vindicatus Pater Suarez, ab impostura M. Nauarreti.

6 Error Pelagij, & caelestij.



ELAGIVS natione Brito professione Monachus, & Caestius eius discipulus postea cohortis Saramicae ante signanus, dixerunt nos posse viribus liberi arbitrii nudi mereri vitam aeternam: ac proinde esse causam nostrae p[ro]destinationis. Cum argueretur à fratribus contra hoc dogma, ipsum leniuit dicens, gratiam dumtaxat necessariam esse ad facilius consequendam vitam aeternam.

Nauarretus Nauarreti impostura in Suarium.

Contra hunc errorem faciunt, quae statim subijcio: primum vero animaduertere oportet lectorem meum de impostura M. Nauarreti in nostrum Franciscum Suarium, qui docuit lib. 3. de auxilijs cap. 10. necessariam non esse, praeter auxilium gratiae sufficientis p[ro]deter-

ferens necessitatem bonorum operum, & ita in nobis mala, sicut & bona operari. Contra quos definit Tridentinum sess. 6. can. 4. & sequentibus. Nec etiam refero quorundam aliorum haereticorum errorem, qui dicantur p[ro]destinati circa annum 415. vt refert Castro in verbo p[ro]destinatio. Et Prateolus in verbo p[ro]destinati, qui asserebant pie viuentibus non prodesse bonorum operum laborem, si a Deo ad mortem ordinati fuissent, & impijs, & peccatoribus non obesse quaecumque scelera, & flagitia ab illis commissa, si Deus illos ad vitam aeternam p[ro]destinavit. Quo errore, & boni à bonis operibus auocabantur, & mali ad mala prouocabantur. Sigibertus Monachus in suis Chronocis (ait) hos haereticos exortos tempore Honorij Imperatoris, & Innocentij primi circa annum 414. ad quem errorem reuocatur Iouinianus, qui dixit hominem semel vere baptizatum non posse amplius peccare, & Vbiclephus, qui dicebat p[ro]destinatos à gratia excidere non posse. & Ioannes Hus, qui dicebat p[ro]scitos non esse partem Ecclesiae, qui damnati fuerunt in Concilio Constantiensi sess. 15. art. 3. & 21. & in Concilio Tridentiensi sess. 6. cap. 12. & can. 17. refellunt efficaciter ex illo Pauli 1. Corinth. ca. 9. castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs p[ro]dicauerim ipse reprobus efficiar. Quem locum abunde tractaui disp. 24. ca. 3. in prima conclusione. Concilium Valentinum in Gallia damnauit hunc p[ro]destinatorum errorem. Anno 855. cuius caput, vt aduertit Baronijs eodem anno, fuit Gotescalcus, contra quem coactū fuit paucos ante annos quoddam Concil. Moguntinum tempore Rabani, in quo ipse damnatus, & perpetuo carceri addictus.

Conc. Trident.

Damnatus Trident. Castro. Prateolus. Error p[ro]destinatorum.

Sigibertus.

Iouin.

Vbicleph. Hus.

Iouinianus reuocatur ad hunc errorem, ite Vbicleph. & Ioan Hus.

Concilium Constantiense Trident. 1. Corint. 9. Conc. Valentinum.

Baronijs. Gotescalcus erroris caput.

destum, & humilem virum in vexisse, sermonē lenit religiosus vir, dicens se nostrum institutum ex corde venerari, & vbi que efferre miris laudibus, & gratias agere pro beneficijs spiritualibus quam plurimis, quæ nostris accepit: imo se exhibere antagonista pro sinceritate doctrinæ, quam nostri senes professi sunt, & quam ad vbera S. Thomæ in primordijs suxerunt: & in hoc ipso se dare specimen grati animi erga nostrā religionē. Hoc ipsum nostris antea obiectū ab alio scriptore eiusdē familiæ, cuius tractatus iussu Romani Pōtificis euulgari prohibitus, in quē P. Lessius (nifalor) cōposuit suā apologeticā disputationē.

7 Concilio- rum Pela- gij erro- ris intel- ligentia. Concilium Carthago

Prætermittam diuisione illa auxiliij gratiæ Dei inefficacē, & sufficientem; de quā nō est sermo noster. Recipio me ad examinandū errorē Pelagij, qui expectat ad punctum de causa prædestinationis; ex quo examine obiter de imposturā apertē constabit. Atque primō Cōcilium Carthaginense anno 415. celebratum in Epistola ad S. Innocentium Papam conscripta à triginta septem Episcopis, sic refert errorem Pelagij, & Cælestij, id enim agunt isti damnabilibus disputariis suis, vt non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam ex tollendo liberum arbitrium, nullum, relinquunt locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, &c. Hic expendit particulam nullum, nō tantum morale prædeterminationem, sed etiam omnē gratiam præuenientem intrinsicam excludere: ergo si Concilium hoc probē intellexit Pelagij errorē necessum est Nauarretum falli, & falso imponere. Hoc fuit secundum Carthaginense, in quo Cælestis persona damnata, quod liberius suos seminabat errores. Secundo Concilium Africanum in quo Episcopi 59. circa tempora Bonifacij Papæ I. cap. 76. vbi damnata hæresis Pelagij, & Cælestij eodem fere modo refert hunc errorem. Nota huic Concilio adfuisse Augustinum, & totius Concilij mentem, atque ingenij nuncupatum. Tertio

Africanū.

Senonense.

Concilium Prouinciale Senonense anno 1528. in præfatione ad decreta fidei his verbis proponit Pelagij errorem, errauit consimiliter Pelagius, dum alium extremum sequutus ad beatam vitam comparandam minime necessariam putat diuinam gratiam; sed ad id sufficere censet liberum arbitrium, si modo ad sit diuinæ legis cognitio. Ecce solum agnouisse Pelagium (ait) externam legis Dei propositionem, minime autem gratiam præuenientem intrinsicam ex parte facultatum ad posse. Hoc Concilium Parisijs vel in totum, vel magna ex parte fuit celebratum, præfuit ei Cardinalis Antonius à Prato Archiepiscopus Senonensis Galliæ, & Germaniæ Primas. Contra Lutherum, negantem libertatem, vt Manichæus.

Quarto demum Concilium Tridentin. sess. 6. can. 1. & 3. percutiens Pelagium anathemate definit hominem non iustificari, per opera facta naturæ viribus, aut per legem, aut doctrinam; nec posse credere, aut sperare, absque gratia Dei: ergo Tridentinum aliter, ac Nauarretus intelligit, & damnat Pelagij errorē. Habet iam quatuor Concilia contra Pelagium coacta in quibus negatur agnouisse Pelagium gratiam internam præuenientem ex parte potentiarum; sed solum externam ex parte propositionis obiecti.

Tridentina.

Augustinus, qui in expugnando Pelagio, & fallacijs eius detegendis posuit magnum pondus ingenij, doctrinæ, & laboris. Passim in suis scriptis hoc eodem modo refert errorem Pelagij. Opere pretium erit quædam in particulari ad notare testimonia ex lib. de Gratia Christi, quem eo sine concinuit, vt extricaret verfacias Pelagianorum, & in voluera eorū euolueret. In eo igitur opere sæpe, ait, Augustinus nullam concessisse gratiam Pelagium tanquam necessariam ex parte liberi arbitrij, sed solum ad facilius posse. Lege si placet caput 24. 25. & 41. In alijs vero locis tantum concessisse gratiæ legis, & doctrinæ. Lege caput 3. 5. 6. 7. 38. 49. Demum in alijs cum aliquando concedebat donum Dei necessarium esse, nō intelligere aliud præter naturam liberi arbitrij. Lege caput 4. 6. 19. 20. & 21. Capite vero 42. concludit in hæc verba, hæc ergo pro meo capti in venire potui in Pelagij scriptis, quam denominabit gratiam, videns, quod qui ita sentiunt ignorantes Dei iustitiam suam volunt constituere, & longe ab illa sunt, quæ nobis in Deo est. Facta ergo diligenti scrutatione, non inuenit Augustinus in Pelagij libris gratiam internam sufficientem ad posse ex parte nostrarum facultatum. Videat Nauarretus vbinam ipsam inuenit. Nō præteribo elegantissimū pariter ac euidentissimū Augustini testimonium ex lib. de Gestis contra Pelagium in Concilio Palestino, qui in 1. tom. de gratia P. Suarij eius diligentia excusus circumfertur ex anno 1614. quo etiam tempore Parisijs est inter Augustini opera insertus, in cap. ergo 7. distinguit accuratē naturam, & scientiā legis a gratia per Christū sic dicens, iam enim habebat iste naturam cum voluntatis arbitrio, nam dicebat (velle adiacet mihi) sed non habebat naturam cum sanitate sine vitio. Nam dicebat (scio, quod nō habitat in me, hoc est in carne mea bonum) iam habebat cognitionem legis sanctæ. Nam dicebat peccatum non cognoui nisi per legem, sed non habebat vires agenda, persciendæque iustitiæ.

8 Augustin.

Mens Aug. de errore Pelagij.

Et post pauca: hanc itaque gratiam, quam in Catholica Ecclesia notissimam nouerant Episcopi, crediderunt Pelagium confiteri, & postea refert

fert discipulos quosdā Pelagij sibi retulisse ei, librum, in quo aduersus gratiam Dei loquebatur, sic scribit. Propter hunc ergo librum ego, plurimi autem fratres propter eius disputaciones, quas dicunt sibi esse notissimas, adhuc sumus de istorum verborum eius ambiguitate solliciti, ne forte quid in ea lateat, atque se hoc dixisse, sine præiudicio sui dogmatis exponat discipulis suis, ita differens. Dixi quidem proprio labore, & Dei gratia posse hominem esse sine peccato, sed quam dicam gratiam, optime nostis, & legendo recollere poteritis, sit quod ea in qua creati sumus a Deo cum libero arbitrio. Ergo euident est August. sentire Pelagium tantum agnouisse possibilitatem, qua est in nudo arbitrio. Dicere quidem possumus, adhuc Pelagium fallere Nauarretum, vt fefellit Patres Palestinos.

9 Innocent. 1.

Sed age adiungamus alios patres Augustino, qui etiam, & errorē Pelagij nobis proposuerunt, & ipsum refutarunt, Innocentius primus in Epistola ad Concil. Melititanum q. 93. Sic ait, de Pelagianis negantes Dei auxilium inquirunt, hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est Diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vite perficienda, mandata sola tantummodo libertate contendat. Ecce negat Pelagium adiungere libero arbitrio gratiam ad posse. Præterea lege Hieronymum in Epistola ad Theophilontem, & in libris aduersus Pelagium. Diuum Gregorium lib. 1. in Ezechiel. homil. 9. Isidorum lib. 1. Originum §. de hæresibus Pelagij, Prosperum Epist. ad Rufinum de gratia, & lib. arbitr. Etiam D. Thomam, quod lib. 1. art. 7. in hæc verba, dilucide (ait) cauendus est error Pelagij, qui posuit, quod per liberum arbitrium homo possit implere legem, & vitam æternam mereri, neq; indigebat auxilio diuino, nisi quantum ad hoc, quod sciret quid agere deberet. Ecce in errore Pelagij, non nouit Diuus Thomas aliam gratiam, præter extrinsecam propositionem legis.

Hieronym.

Gregorius. Isidorus. Prosper. D. Thom.

10 Alensis. Bonavent. Scotus. Durandus. P. Suar.

Rursus quotquot antiqui, & recētiore scholastici de hoc errore scripserunt, vt diximus, ipsum retulerunt, atq; intellexerunt. Solum refero quosdā, qui tamē sufficient, Alensem 1. p. q. 61. membro 13. Bonauenturam in 2. dist. 28. dub. 1. Scotū, & Durandū ibidē, ceterosq; Magistrī cōmentatores. Ex nostris P. Suar. lib. 3. de auxilijs cap. 1. & tom. 1. de gratia prologomēno 5. cap. 2. vbi (ait) primum fuisse Pelagiū inter hæreticos, qui post Iudæos malè de gratia sensit, teste Vincētio Lyrinensi, qui cap. 34. sic scribit, quis vnquā ante prophanū illū Pelagiū tantam virtutem liberi præsumpsit arbitrij, legēdus omnino in eo cap. 2. & 3. Vbi dilucidè pariter, & doctè errorē Pelagij explicat haustum ex fontibus Cōciliorū, & patrū, & abusus plures huius

Liriminensis.

nominis gratia, & fallacias, quibus suū errorē tegere voluit. Lege etiā totū prologomēno 6. Vbi Pōtiffices refert omnes, qui Pelagiū damnarunt, itē ad Cōciliū Diospolitani vbi Patres Græci a Pelagio decepti, & gesta patrū, ac præcipue librum, qui non extabat Augustini. Et P. Vazquez 1. p. disp. 89. nu. 1. & 2. & disp. 91. cap. 2. num. 7. Et Molina 1. p. disp. 6. §. cum Pelagius, & P. Valentia 1. 2. disp. 8. q. 1. puncto 5. & Beganus tom. 1. summa Theologiae de prædestinatione cap. 16. q. 1. Vbi strenuè fraudes Pelagij detegit, & q. 4. Vbi de differētia inter catholicos, Caluinistas, & Pelagianos. Ita etiā nostri scripturarū interpretes, ita Tolētus ad Rom. c. 9. & Maldonatus in cap. 13. Ioānis. & sæpe aliās. Et P. Iustinianus, atq; P. Cornelius a Lapide in Paul. ad Philip. c. 2. Deniq; historiographi, ita etiā referunt errorē Pelagij, videatur Varonius to. 5. annaliū, fol. 175. & anno 410. n. 6. & sequētib; & anno 411. n. 52. Vbi (ait) trāsisse Pelagiū ex oriente in occidentē socio Cælestio, auctore Iuliano, Romæq; suū errorē seminare cōpisse, Platina in vita Innocētij, P. Iacobus Gualterius 5. sacculo ad annū 500. fol. 373. cap. 3. Vbi omnes Pelagij errores adamusim refert, & indicat locos, quibus referendus est, nullum verò refert errorem Pelagij, in quo agnouerit gratiam excitantem, atq; præuenientem internam ex parte potentiarum conferentem potentiam proximam ad supernaturaliter operandum. His adiunge controuertistas, lege Bellarminum lib. 1. de gratia, & lib. arb. cap. 1. Castrū de hæresibus verbo gratia, itē Gabrielē Prateolū de vitijs, & dogmatibus hæreticorum lib. 14. verbo Pelagius.

P. Vazq.

P. Molina.

P. Valentia.

P. Beganus.

Card. To.

lect.

P. Maldon.

P. Iustinian.

P. Cornelius

Historio-

graphorū,

& controu-

ertistarū

mēs de cr-

rore Pela-

gij.

Platona.

P. Galate-

rius.

Card. Bell.

Castro.

Gabriel Pra-

teolus.

Hac facta breui enarratione scriptorū præcipuorū, qui cōtra Pelagiū scripserunt cōficio cōtra Nauarreti imposturā hoc argumētū. Nā vel hæc cōcilia, hi patres, hi scholastici, scripturarū interpretes, cōtrouertistæ, historiographi, satis perspectū habuerunt errorē Pelagij? vel nō? hoc secundū absurdissimū est, nepe errorē Pelagij ab vniuersa Ecclesia, nō omnino penetratū fuisse, & à solo Nauarreto, quibusdā ve modernis satis explicatū. Si primū ergo cū Pelagius agnouerit gratiā internā præuenientē, vt necessariā ad posse operari supernaturaliter: imo, & morale prædeterminationem, & solum negauerit physicam prædeterminationē Cōcilia, Patres, scholastici, & ceteri imposuerunt errorem Pelagio: imo, & immerito damnarunt. Probo hāc consequentiā, primo; quia negare physicam prædeterminationem, nō est error: ergo propter eam negatam, non erat Pelagius erroris insimulandus. Secundo: quia prædicta Concilia, Patres, scholastici, & reliqui numeratī negarunt Pelagium admisisse gratiam internam ex parte facultatum, sed solum externam legis, & doctrinæ: ergo diminutē eorū errorem



retulerunt: imo, & subtraherunt cum eius iniuria incredibili, eam partem, in qua non erravit; quippe, qui agnouit gratiam internam ad posse.

P. Suar.

Porro P. Suarez per moralem predestinationem intelligit auxilium congruum intrinsicum potentij collatum a Deo in ea rerum peristasi, in qua nouit voluntatem responsuram, eam propterea appellat predestinationem moralem, quia æquualet physica ratione infallibilis connexionis, quam habet cum pia operatione, beneficio scientia conditionata. Pelagius verò, vt ipse Nauarretus fatetur citato loco solum admittit allicientiam quamdam extrinsecam nostrarum facultatum, a vero, & bono supernaturali nobis presentato: ergo, nec Pelagius admittit predestinationem moralem, quam P. Suarez, nec Nauarretus intelligere voluit doctrinam eius. An vt ei Pelagij errorem impingeret, ipse viderit.

II

August. Obiectio ex Aug.

Verum obijciunt prefati moderni, vt probent, Pelagium admisisse gratiam, quæ dat posse, hoc est sufficientem, & solum negare gratiam, quæ dat velle, & facere, verba Pelagij ex Augustino lib. de gratia Christi, cap. 5. ibi, *posse Deus posuit in natura, velle, & agere nostra esse voluit, & ideo non adiuuat, vt velimus, non adiuuat, vt agamus: sed tantummodo adiuuat, vt velle, & agere valeamus.* Quæ verba refert Augustinus nomine Pelagij, & cap. 7. refert hæc alia, *adiuuat nos Deus per doctrinam, & reuelationem suam, dum cordis tantum oculos aperit, dum nobis, ne presentibus occupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multi formi, & ineffabili dono gratia celestis illuminat.* Aduerte verò Pelagium hæc verba scripsisse, vt ostenderet gratiam, quam ipse admittebat, non consistere solum in extrinseca legis propositione; nam, sic prius dixerat, *quam supple gratiam, nos non vt putas in lege tantummodo, sed in Dei esse adiutorio consistemur:* ergo Pelagius vltra extrinsecam gratiam legis & doctrine admittit aliã intrinsecam dantem supernaturaliter posse operari libero arbitrio: cū concedit, nos illuminari multi formi, & infallibili dono gratia celestis: nam sic concludit post prolata verba relata, *qui hæc dicit, gratiam tibi videtur negare? an, & liberum hominis arbitrium, & ei gratiam confitetur?*

Alia obiectio ex Aug.

Secundo, obijcere possunt argumentum, quod format Augustinus contra Pelagium cap. 14. his verbis, *si tantum posse nostrum hac gratia inuaretur, ita diceret Dominus omnis, qui audiuit a Patre, & didicit potest venire ad me: non autem sic dixit, sed omnis, qui audiuit, & didicit venit ad me.* In quo argumento supponit, Augustinus concessisse Pelagium gratiam, quæ dat posse: ergo solū controuersia fuit inter ipsum,

& Augustinū, quia Pelagius negabat gratiam quæ dat velle, & facere, hoc est, prædeterminantem physice. Præter Nauarretum, ita censuerunt Bañes 1. p. q. 23. ar. 3. Vbi adiecit sententiam negantem physicam prædeterminationem negare Deo prouidentiam actualis operationis, & Cabezudus 3. p. q. 63. ar. 1. pag. 161. & Didacus Aluar. disp. 99. in pri. Verū huic argumēto ex ipsis Augustini verbis fit satis: nã in eo ca. 7. postquam nomine Pelagij retulit ea composita verba, in quibus magis videtur concedere gratia, vt fraudem Pelagij sub cortice verborū latentem ostendat, sic (ait) Augustinus in his omnibus, *non recessit a commendatione legis, & doctrina, hæc esse adiuuantem gratiam diligenter inculcans, & hoc exequens, quod proposuerat cum diceret (sed in Dei esse adiutorio confitemur.) Deniq; Dei adiutorium multipliciter insinuandam putauit commemorando doctrinam, & reuelationem, & oculorum cordis adaperitionem, & demonstrationem futurorum, & multi formi, & ineffabili dono gratia celestis illuminationem: ad hoc vtique, vt diuina precepta, & promissa discamus, hoc est ergo gratiam Dei ponere in lege, atq; doctrina.* Hæc Augustinus. Quibus explicat fallaciã verborū Pelagij, in quibus maior esse videbatur vis: nã subdole decipere voluit nomine adiuuantis gratia, cum solum concedat adiutorium extrinsecum per externam forinsecus obiectorum propositionem.

Bañes

Cabezudus Aluarca.

Vt verò pleniorē habeamus notitiam eius controuersia, inter Augustinum, & Pelagiū, & fraudes modi loquēdi Pelagij detegamus, obseruanda quædam sunt: primum, licet verū esset, Pelagium admisisse gratiam, quæ dat vires internas ad posse, hoc est, gratiam sufficientem; non tamen inde fieri eandem esse controuersiam in materia de auxilijs inter scholasticos catholicos, quæ fuit inter Augustinum, & Pelagium: nã is errasset sanè in eo, quod negasset gratia efficacē, atq; cooperantē; quod omnes Theologi catholici, inter quos est cōtrouersia, admittunt, nō verò errasset, aut quia cōcedit auxiliū sufficiens internū: neq; enim quidquid dicitur ab hæretico error est, aut quia negat gratiam efficacem per physicam prædeterminationem, cū luce meridiana clarius sit inter Augustinum, & Pelagium, non fuisse controuersiam de modo gratia efficacis adiuuantis, & cooperantis: sed de ipsa gratia efficaci, & cooperante, quam omnino negauit Pelagius, licet demus aduersarijs concessisse gratiam sufficientem. Vnde Augustinus in eo lib. de gratia Christi cap. 47. *Si ergo (ait) consenserint nobis, non solum potestatem in homine, etiam si nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoq; voluntatem, & actionem diuinitus adiuuari, vt sine illo adiutorio nihil bene velimus, & agamus, eamq; esse gratia Dei*

12

Quam distinet controuersia inter Aug. & Pelag. a re proposita.

per Iesum Christum Dominum nostrum, in quo nos sua, non nostra iustitia iustos facit, vt sit vera nostra iustitia, quæ nobis ab illo est nihil de adiutorio gratia Dei (quantum arbitror) inter nos controuersia relinquatur: Ergo cum scriptores nostri libenter concedant, tum auxiliū sufficiens intrinsicum, hoc est potestatem supernaturalem operandi a gratia Dei esse: tum ipsum velle, & agere bene esse a gratia efficaci per auxiliū cooperans, atq; adiuuans, immerito eorum opinio confunditur cū erroribus Pelagij.

13 Secundo obserua: hanc gratiam quæ dat posse, & dare, hoc ipsum posse solum ad facilius operandum, & ad simpliciter operandum, vt absolute necessariam. Pelagius autem numquam admisit gratiam, quæ dat posse, vt simpliciter necessariam teste Augustino lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 8. ibi, *Pelagius enim facilius dixit impleri, quod bonum est, si adiuuet gratia.* Ergo licet demus, concessisse Pelagium gratiam ex parte principij in hoc etiam errauit, quod illam non concessit, vt necessariam ad posse simpliciter, sed ad facile posse. Quemadmodum, si quis admisit habitibus infusis, negaret eos esse necessarios ad simpliciter posse supernaturaliter operari; sed tantum ad facile posse, erraret: nam hoc est discrimen inter habitus infusos, & acquisitos, quod hi non sunt necessarij simpliciter; illi verò sunt: ita licet per hoc posse Pelagius intelligeret gratiam ex parte principij dantem vires, errasset tamen, quia eam non admittit, vt simpliciter necessariam ad posse; sed tantum, vt necessariam ad facilius posse. Quæ propter censeo; Pelagium ipsam suam gratiam, quæ tantum erat reuelationis, & doctrine, vt ostendo numero sequenti: adhuc non potuisse, vt necessariam ad simpliciter posse credere, & bene operari, prout oportet ad vitam æternam consequendam. Nam licet, nō ignorauerit reuelationem esse necessariam ad credendum, & notitiam legis supernaturalis ad eam seruandam: nihilominus, quia putauit (licet nullam reuelationem haberet homo) posse tamen per rationem naturalem Deum cognoscere, & seruare naturalem legem, per vires naturæ, ac proinde consequi vitam æternam, hinc dixisse reuelationem, & propositionem legis, tantum esse necessariam ad facilius posse, non quia, aut fides esse possit, sine reuelatione, aut obseruatio legis diuinæ positiuæ, sine eius notitia: sed quia sine fide comparata per reuelationem, & sine obseruatione legis diuinæ positiuæ sola notitia Dei habita lumine naturali, & obseruatione legis naturalis per vires naturæ poterat comparare vitam æternam, id, quod optime

etiam notauit P. Suar. tom. 1. de gratia prologomeno 5. cap. 3. num. 20.

P. Suar.

Obserua tertio: aliud esse dare posse per gratiam, aliud adiuuare posse, quod habemus per naturam. Pelagius solum concedit, adiuuari per gratiam possibilitatem, quæ supponitur in natura; vt constat primo, in verbis re-latis ex Augustino lib. de gratia Christi cap. 5. sed nomine Pelagij, quæ retulimus in obiectio-nat. ne ibi, *posse Deus posuit in natura.* Et ex cap. 14. in argumento, quod formabat Augustinus, contra Pelagium ibi, *si tantum posse nostrum hac gratia inuaretur, &c.* Ergo volebat Pelagius ipsum posse, nostrum esse, & gratia sua iuuari. Tertio, in verbis cap. 7. quæ retulimus ex Augustino, & ex eodem explicuimus, sic enim, ait, *adiuuat enim nos Deus per doctrinam, & reuelationem, dum cordis nostri oculos aperit, &c.* Ergo gratia Pelagij non dat posse, sed adiuuat posse nostrum, quod supponit. Ergo licet Pelagius concederet gratiam adiuuantem ex parte principij, erraret, dum negat hac eadem constitui posse proximum, sed tantum posse, quod supponit adiuuari: ergo etiam catholici nostri Doctores, non solum in gratia efficaci; sed etiã in sufficienti discedunt a Pelagio: quam gratia sufficiens nostrorū Doctorem adiuuat posse constituendo ipsam potentiam, & solum supponendo in natura radicalem quamdam, seu obedientialem potentiam ad posse supernaturaliter operandum: Pelagius verò, vt diximus supponit ipsum posse proximum esse in natura, & hoc gratia sua adiuuari.

14 Gratia Te-lagij non dat posse, sed adiuuat.

Nostri in gratia sufficienti discedunt a Pelagio.

Obserua quarto: vt tandem explicemus, quo pacto Pelagius dixerit, posse nostrum gratia sua adiuuari in ipsa reuelatione, seu extrinseca legis propositione esse vim ad adiuuandam potentiam, quatenus debita obiecti propositio per bonitatem relucens in illa alliciat potentiam, vt prosequatur obiectum honestum, sic propositum. At vltra hanc virtutem est alia interna nostris facultatibus, quæ consistit in actibus intellectus, & voluntatis, quos Deus immittit in nobis, sine nobis, quibus etiã stat ad ostium vitale cordis nostri, & pulsat cōferendo vires sufficientes intellectui, & voluntati, illi ad credendum supernaturaliter, huic ad eliciendum actus supernaturales virtutum infusarum. His illustrationibus intellectus, & inspirationibus supernaturalibus voluntatis, & concursu supernaturali proportionato, & a Deo continuo preparato in ordine gratia complentur nostra facultates in ratione principij operatiui actuum supernaturalium, vt fufius explicui in tractatu de auxilijs. Pelagius verò, cum concedit gratiam adiuuare nostrum posse, solū concedit illuminationem, & oculorum cordis ad apertionem tenentem

15

Adstruitur a Pelagio gratia adiuuans extrinseca, negatur iuuari ioca.

rem se ex parte obieci sub encomijs gratiæ, vt fugeret inuidiã. nã tanto fallebat occultius, quanto exponebat versutius: cum verò negat gratiam suam adiuuare velle nostrum, & agere, quia velle, & agere nostrum est, negat has internas vires gratiæ sufficientis, & hoc damnatum in Pelagio est in Concilijs, patribus, scholasticis, controuertistis, & historiographis à me relatis in principio huius capituli. Hoc constat, tum ex cap. 7. Augustini ibi, *eum illam gratiam confiteri*, ait Augustinus, *qua demonstrat, & reuelat Deus, quid agere debeamus, non qua donat, & adiuuat, vt agamus.* Et cap. 13. habet hæc notanda verba, *Si gratia doctrina dicenda est, certè ita intelligatur, vt altius, & interius credatur, Spiritum sanctum illam infundere non solum per eos, qui plantat, & rigant extrinsecus; sed etiam per se ipsum, qui incrementum ministrat occultius; ita, vt non ostendat tantum veritatem, sed etiam impertiat charitatem.* In quibus verbis disertè Augustinus distinguit illas duas gratias; alteram ex parte extrinsecus proponentis: alteram ex parte potentiarum interius adiuuantis: quibus Pelagij verborum ambiguitatem, atq; fraudes patefacit. Et quia hæc reuelatio, seu externa propositio adiuuat, vt velit homo pro singulis actibus, quibus fit reuelatio, & propositio, ideo Augustinus Epistola 107. Sic refert errorem Pelagij, *quomodo dicitur gratia Dei in natura esse liberi arbitrij, vel in lege, atque doctrina, cum, & istam sententiam Pelagius ipse damnauerit, proculdubio consistens gratiam Dei ad singulos actus dari.* In quibus non admittit gratiam sufficientem internam ex parte principij, vt contendunt aduersarij, dicentes saltem Pelagium in fine, ita sententiam suam correxisse, sed semper loquitur de gratia adiuuante extrinsecus, vt constanter asserit, atq; explicat Augustinus. Quod si verum esset eum ita sententiam suam correxisse in eo non errasset, vt notauimus supra num. 12. His ergo, & impostura euanescent, & error Pelagij explicatus.

Huc etiam spectat catholicos, aliam non ab similem calumniam passos à lutheranis, & Calvinianis: etenim, quod decretum ipsorum irrefragabile, & immutabile Dei, & gratiam à se efficacem ex illo manantem, & ita adhaerentem voluntati, vt eam ferreè in vnam partem constringeret; quia putabant contrariam esse libertati, negauerint, & constituerint principium nostrum indifferens ad merendum, & non merendum, ad peccandum, & non peccandum. Hac (inquam) ratione hæretici catholicos in simularunt Pelagiani erroris. Nam Stapletonius vir quidem de catholica Ecclesia optimè meritis eximie doctus, & in erroribus lutheranis, & Calvinianis diu ver-

fatus lib. 4. de iustificatione cap. 1. Conati sunt tamen (ait) moderatores lutherani, ex quibus est censor Chemnitius) singulari artificio, & fraude etiam hanc communem omnium sententiam moderari, & catholica Ecclesia Pelagianam sententiam impingere. Communis verò sententia, de qua ibi facit mentionem, ea est, quæ affirmat libertatem, atque indifferentiam esse, non solum in malis, & indifferentibus operationibus, & in moralibus, & ciuilibus; sed etiam in meritorijs vitæ æternæ. Ideo verò (ait) moderatores lutheranos temperasse Caluini sententiam eo repugnantè, quia ille negabat indifferentiam in omnibus actionibus, tam meritorijs, quam in malis indifferentibus, & ciuilibus: Chemnitius verò, & moderatores lutherani concesserunt libertatem actionibus malis indifferentibus, & ciuilibus, & tantum negarunt actionibus meritorijs, in quo tamen aduersati sunt Tridentino selsione 6. can. 5. & 6. in quibus veram adstruit libertatem, sicut in prodicione Iudæ; ita in conuersione Pauli. Ex eodem Stapletonio non grauabor referre alia verba, quæ similem continent calumniam, *Alter status, inquit, quem proponit Chemnitius est illius controuersia, quæ erat inter Augustinum, & Pelagianos: volebat enim Pelagius propositum boni, & principium conuersionis à solo libero arbitrio esse: quod postea Deus sua gratia adiuuaret, & perficeret, vt facilius per gratiam impleretur, quod sine ea impleri quidem, sed difficilius posset; vt ostendit Augustinus Epistola 106.* His verbis Stapletonius bene declarat statum controuersia inter Augustinum, & Pelagianos: addit verò sic, *Hunc controuersia statum peruertere, & consequenter Pelagianas partes Catholicis obtrudere versi pellis ille, & fraudulenter censor conatur, tum vt Lutheri damnatam hæresim, hac arte à suo capite depelleret: tum vt sententiam catholicam tanquam Pelagianam ex Augustino reselleret.* Pari ergo ratione videtur Nauarretus nostro Suario errorem Pelagij impingere; quia negat suam physicam prædeterminationem, & ex Augustino resellere ei Pelagianas partes obtrudens cum sententiam catholicam tueatur. Dico pariratione; quia non pari animo id effectum esse non dubito. Vt clarius constet, quam distet à Pelagio sententia Patris Suarez, placet statum quæstionis inter Augustinum, & Pelagium verbis Stapletonij referre, *queritur (ait) an in prima conuersione liberum arbitrium cooperetur excitanti Deo, non quidem ex se, & suis viribus; sed iam à Deo motum, excitatum, & adiutum? an vero nihil cooperetur; sed vt primum à Deo excitatur statim seduci patitur, aut potius necessario ducatur, nec sancti Spiritus*

Quid sententia de libertate moderatio lutherani.

Trident.

Staplet.

Staplet.

Spiritus ductum liberè sequatur, gratiamq; excitantem, & oblatam liberè acceptet, eademq; libertate interdum repudiet. Itaque Pelagianus error negabat, gratiam esse necessariam ad incohesionem boni operis. Nostri scriptores hæc gratiæ necessitatem Catholicè concedunt: negant verò liberum arbitrium gratia motum, & excitatum se necessario duci; sed ductum Spiritus sancti liberè sequi: atq; eadem libertate repudiare posse: quod fidelanctum est. Modo calumnia hæreticorum contra Doctores Ecclesiæ in eo consistebat, quod quia Catholici negabant liberum arbitrium duci necessario, conati sunt eis impingere Pelagianam hæresim: ergo non aliter cum nostro Suario Nauarretus impingere conetur Pelagianam hæresim, quod neget libero arbitrio auxilium gratiæ determinantis, atq; adigentis in vnam partem, agere videtur.

P. Turrianus vir etiam eximie doctus, & qui gerebat cum hæreticis bella quotidiana lib. 4. pro Epistolis Pontificijs, cap. 1. hæc habet verba, *Dum lutherani, non intelligunt, quem admodum gratia Dei, cum libera potestate voluntatis conueniat, fingunt omnia nos in omnibus voluntati tribuere, nosque Pelagianos videri volunt; quia non, vt ipsi voluntatem propria virtute in contumeliam auctoris spoliamus. Quæ calumniam, vt quo quomodo colorarent conati sunt statum quæstionis invertere, & suã cū Ecclesia Catholica disputationem ad eam trahere; de qua inter Pelagium, & Augustinum olim certatum est, fingunt se agere Augustini causam, dum gratiam à se efficacem defendunt: Catholicos verò eam negantes pro Pelagij defensione contra Augustinum dimicare.* Ecce hæretici in simili impostura esse videntur. Illi in Ecclesiam Dei, is in Patrem Suarez, qui tantum negauit gratiam à se efficacem: nam hanc non distingui à physica prædeterminatione in tractatu de auxilijs, cum licuerit, ostendo. Si ergo calumnia est impingere Ecclesiæ Pelagianum errorem, quod repudiet gratiam à se efficacem libertati contrariam adstruens vocationem congruam indifferentem, non dissimilis videtur calumnia Pelagianum errorem Suario impingere; quod neget physicam prædeterminationem, & adstruat gratiam ex se indifferentem.

Immo ipse Chemnitius in lib. quæ in scriptis, *Præcipua capita Theologiæ Iesuitarum*, cap. 4. num. 3. Eodem modo videtur in nostros calumniatus: nam post relata quædam Pelagij verba sic (ait) *Hæc Pelagij verba ideo scripsi, ne arbitrentur Iesuitæ se posse labi, si dixerint se, non reijcere auxilium diuinum, etiam si prædicent vires arbitrij: idem enim Pelagius factitauit: Ergo Chemnitius hæreticus notat nos*

erroris Pelagij, quia diuinum auxilium, ita attemperamus, vt suas etiam partes relinquamus libertati, ergo cum negare non possit Nauarretus nos adstruere diuinum auxilium præuium, ante quodcumque opus pium relinquens libertati suum locum, si nihilominus impingit errorem Pelagij, videat ne in eadè sit calumnia cum Chemnitio, non quatenus ipse adstruit, vt Chemnitius gratiam destruentem libertatem; semper enim Catholicè, & constanter defendit cum sua physica prædeterminatione componi libertatem arbitrij, quod an intelligi possit, tractatu de auxilijs differendum; sed quatenus arbitratur Patrè Suarez in Pelagianismum incidisse, eo, quod cum diuino auxilio indifferenti vires arbitrij tueatur. Item Petrus Martyr super cap. 7. Epistolæ ad Romanos, pag. 437. sic (ait) de Catholicis, *Iactant se multum differre à Pelagio: ponimus enim, inquit, gratiam quamdam præuenientem, atque pulsantem, per quam aliquis thesaurus bonus in cordibus hominum includi potest, verum hoc etiam Pelagius fatebatur.* Ecce adscribit Catholicos Pelagio, quod solum constituent gratiam præuenientem, atque indifferentem, qua potest includi in cordibus hominum thesaurus boni operis, & non includi. Non dubito Nauarretum, si hæc perspecta haberet, se fore temperandum ab impostura illa, ne vir nimium Catholicus, dum in nostros inuehi conatur, conueniat in impostura cum hæreticis. Ergo controuersia inter Catholicos, & Pelagianos, non illa erat, vtum habeat homo in sua potestate rectum diuinæ gratiæ vsum, vt credere ad fidem, excitante Deo, conuertere seipsum in bonum, Deo ad conuersionem excitante, abstinere à peccato, facere opus iustitiæ, gratiam Dei in vacuum, non recipere; sed vtum sine gratia Dei hanc totam potestatem haberet; an cum adiutorio gratiæ, non solum præuenientis, excitantis, operantis; sed etiam adiuuantis, comitantis, & cooperantis. Sine gratia vtumque dixit impius Pelagius: cum gratia vtumque dixit Beatus Augustinus, non solum excitantem, & operantem; sed etiam adiuuantem, & cooperantem gratiam perpetuo inculcans. Verba sunt Stapletonij in Anthidotis contra Calvinum in Epistola prima ad Corinth. super cap. 15. Ergo cum Pater Suarez, & nostri admittant diuinam gratiam præuenientem, & excitantem adiuuantem, comitantem, & cooperantem, eamque perpetuo inculcent; & rectum vsum huius gratiæ diuinæ in potestate arbitrij constituent catholice cum Augustino sentiunt, & proiecte erroris Pelagiani in simulantur. Videat ergo lector, quam censuram mereatur, hæc tam irrationabilis impostura

Pet. Martyr

Stapleton.

16  
Similem imposturam passi sunt antiqui catholici.  
Stapleton.

postura, ut utar eisdem verbis Nauarreti. Quod verò prædicat se semper, atq; ubiq; nostrum institutum miris laudibus efferre gratiã habemus, quia facit, ut debet: nam à Summis Pontificibus auctoritate Apostolica, id non semel approbatum, atq; confirmatum est, ita attestante Concilio Trid. sess. 25. cap. 16. *Quin religio Cicerorum Societatis Iesu, iuxta priorum eorũ institutũ à sancta sede Apostolica approbatum, &c.* ita à Paulo III. anno 1540. à Julio III. anno 1550. à Pio III. anno 1561. à Gregorio XIII. anno 1573. à Gregorio XIII. anno 1591. Tandem à Domino N. Paulo Papa V. anno Domini 1606. Item ab omnibus alijs summis Pontificibus, ex quo religio nostra è cælo lapsa, ample commendata est, & singularibus beneficijs, atq; privilegijs munita, atq; exornata; quippe quæ ad pedes Summi Pontificis nata, ei deuota atq; obstricta quarto solemnibus voto. & ut Ecclesia Dei omnes religiones suo excipit, atq; fouet gremio: ita nostra quasi composita ex omnibus illis feligens sibi optima quæque, ut inseruiat Ecclesiæ Dei. Quod ait socios

atq; religiosos nostros in primordijs frequentasse gymnasia Dominicana, fatemur, & ingenue: at Magistri nostri nõ quã fuere Thomistæ iurati, sed deuoti: nõ mãcipati, sed ingenui. Nõ prædeterminati, sed sponte euntes. Principatũ itaq; facile damus S. Thomæ, non tamen seruisimus; quin, ut Ecclesia omnes complectitur scholas Catholicorum, Scotistarum, nominalium, Durandensium, atque Thomistarum: ita Magistri nostri omnia perlustrant sibi que intelligunt in vnaquaque, quod, & sacre scripturæ, & Concilij, & Patribus, atq; veritati magis consentaneum est. Senes ergo nostri, atque scriptores altiora perunt in doctrina, quam Nauarreto veniat in mentem, qui semper cogitat Theologiam nostram infantilem, suo tantum lacte nutriendam, adoleuit iam, iam roborata est in diesque Deo dante maiora recipiet incrementa; in eo demum, quod nostro Suariorum errorem Pelagij conatur apponere, gratias non habemus, quas referamus, licet ex animo gratitudinem expetamus.

Et non scripsimus propterea ut dicitur nam.

Trident. Paulus III. Julius III. Pius III. Greg. XIII. Gregor. XIII. Paulo V.

Caput III. Error Semipelagianorum, & quantum posuerint meritum gratiam natura.



VIDAM viri pii, quorum notitiam dederunt primi Prosper Aquitanus, & Hilarius Arelatensis in Epistolis ad Augustinum; quæ habentur ante librum de predestinatione sanctorum, ut fugerent errorem predestinatorum; de quibus se ci mentione cap. 1. num. 5. ceperunt aliquid tribuere soli libero arbitrio, in quo ipsa predestinatio fundamentũ haberet, & à quo tota series gratiarũ initiũ fumeret. Hi putantur Massilienses Monachi magna auctoritatis, propter eximiam doctrinã, & vitæ sanctitatẽ, ut refert Prosper in sua Epistola ad Augustinũ. P. Suarez 1. to. de gratia prologomeno 5. cap. 5. accuratè explicat in particulari, qui nã hi fuerint: nos vero in progressu huius cap. & sequentibus simul, & errorẽ explicabimus, & referentes verba Cæsiani, & Faustii, atque aliorum indicabimus, qui nã tutati fuerint hunc errorem, qui nõ de quibus cap. 7. institutam, ac precipue de Chrysostomo: an eis cõfenserit: hoc verò, & si scitu dignum sit nõ est tã necessarium, quã explicare, articulos omnes in quibus totus error cõtinetur. Quod præstabo mouendo dubitationes quasdam, quas moui publicè docens materiã de predestinatione in Salmanticensiu gymnasio, anno Domini 1616. Postea vero Pater Suarez, ut lego, tom. 1. de gratia, excuso anno 1619. Fere easdem mouet prologomeno 5. cap. 6. Spero fore tum ex ijs, quæ in nostro tractatu diligenti examine

IO Prosper Aquitanus. Hilarius Arelatensis. Error Massiliensium. Alias viri magna auctoritatis. Massilicenses. P. Suar.

inueni: tum ex face, atq; luce quã labore, atq; eruditione P. Suarez acceperunt, ut omnes latebræ Sempelagianorum è tenebris eruantur. Hic etiam error ramusculus Pelagij est, nam Licet negarint libero arbitrio vires ad consequendã perfectã iustitiã, atq; salutẽ, & perseuerantiã; & falsi fuerint gratiã necessariã esse ad proficiendũ in bonis operibus, in quo à Pelagio dicefferunt: at posuerunt in libero arbitrio per proprias vires affectum quendam credulitatis, & fidem imperfectam; seu voluntatem quãdam sanandi per humanum laborem, atq; industriã, cui subiungatur gratia perfectæ fidei; atq; iustitiæ, & perseuerantiæ in ipsa. Vnde hi appellantur Semipelagiani; quia errorẽ Pelagij partiti sunt, & in parte ab ipso discordarũt, & in parte cõcordarũt: quia autẽ graues Theologi ex recentioribus existimant, nõ solũ plures ex antiquis scholasticis in hunc eundẽ errorẽ impigisse; verum etiam patres quosdam, ut Chrysostomus, & Marcus Eremita, cuius opuscula Theologica extant in Bybliotheca sanctorũ Patrũ to. 5. Et ita scaten erroribus; ut Bellarminius suspicari cogatur ab hæreticis nostri temporis deprauata, & moneat caurẽ legẽda. Ideo ne nos etiã tãtorũ virorum auctoritate fisis aliquid dicamus in fauorẽ huius erroris, diligẽter quibusdam dubitationibus examinandus est. Sit ergo prima dubitatio, an Massilienses posuerint in libero arbitrio nudo meritũ de condigno

Partim sunt errorem Pelagij Semipelagianum.

Chrysol. Marc. & remita.

Ad posuerint meritum de condigno? Quod meritum de condigno, & congruo? Meritum de condigno appellat Theologi, quod de se secundum valorem suum meritorium habet condignitatem, & æqualitatem cum præmio. Meritum verò de congruo, quod cum inæquale sit cum præmio in valore; habet tamen quandam proportionem cum ipso, ut deceat remuneratorem dare præmium propter ipsum ad mixta quadã gratitudine. Hic obserua duo: primum, hoc meritum de congruo, non consistere in indiuisibili, nec punctum habere fixum; sed admittere latitudinem: nam quo valor meriti maior fuerit, eo magis accedet ad meritum de condigno; & quo minor magis recedet, diuersaq; erit proportio inter ipsum, & præmiũ; ac sub inde in remuneratore diuersus etiam modus decetiz resultabit. Secundum, duplex esse meritum de congruo: alterum cui debetur præmium ex infallibili lege proueniente, non ex vi valoris meritorij; sed ex pacto voluntarie inito à remuneratore cum merente. Hac ratione contritio in peccatore, quæ ut fert probabilior opinio est dispositio ad gratiam iustificantem, affert ipsam cum remissione peccatorum infallibiliter: non vero ex merito de condigno. Alterum cui contingenter datur; ita ut aliquando detur, aliquando negatur, pro ut libet remuneratori. His annotatis ego existimo Semipelagianos, non posuisse in libero arbitrio meritum de condigno; sed tantum de congruo. Moueor primo: quia Cæsianus qui fuit huius lætæ præcipuus defensor, ut subijcio infra numer. 21. declarans suam sententiam solum posuit id, quod modo Scholastici appellant meritum de congruo, lege ipsum lib. 12. de institutis Cænobiõrum cap. 11. in principio (ait) *lutronem sanctum non cursum sui merito tantam beatitudinem consequuntur, sed dono Dei miseretis adeptum.* Et cap. 14. sicut conatus *humani, (ait) non sufficiunt per se ad perfectionem capeffendam, ita laborantibus tantum atque sudantibus misericordiam gratiamque conferri in his verbis expẽde illud laborantibus tantum.* Per particulam exclusiuam excluditur adiutorium gratiæ; per particulam, *conatus humani, non sufficiunt, & per particulam misericordiam gratiamque conferri, excluditur meritũ de condigno.* Et infra subiungit *misericordia Dei præsto est, occasione sibi tantum modo à nobis bona voluntatis oblata.* Ecce solum ponit ex nobis occasionem, non meritũ de condigno. Præterea, collatione 13. cap. 7. hæc habet verba, *Dei benignitas cũ bona voluntatis in nobis quantum scintilla emicuisse perspexerit, vel quã ipse tanquam de dura silice nostri cordis excusserit conuict eam, & excuscat suaque inspiratione confortat.* Ecce bonam voluntatẽ ex nos

Cæsianus. Nõ possuerunt meritum de condigno.

Cæsianus.

tro libero arbitrio appellat *quantulamcũque scintillam*, quam ait Dei benignitatem confortare atque confortare. Quod si esset meritum de condigno, non ita extenuaret, quod liberũ arbitrium de suo censeret habere. Lege etiã cap. 8. ubi nostros conatus appellat *ortum quemdam bonæ voluntatis*, & cap. 9. initium bonæ voluntatis ex naturæ dono ortum habere. Denique cap. 13. adducit exemplum de penitentia David, & significat fuisse ex sola libertate arbitrij præmissã tantum ad monitione Prophetæ, quam, ait, fuisse gratiam diuinæ dignationis: ait enim *Deum occasione penitudinis adeptam Dei gratiam superabundasse*: ergo censuit non esse meritum de condigno. Ad hæc libro illo 12. de institutis cænobiõrum cap. 11. (ait) *Nequaquam laboris vel curus nostri merito compensante vitiorum nos facit esse victores, &c.* clare infra ibi, *nulla si quidem corporis huius afflictio, nullaque cordis contritio ad capeffendam veram illam interioris hominis castitatem post esse condigna.* Eodem modo loquitur cap. 13. ibi, *ad capeffendam iam magnificam tamque præ excelsa puritatis, & integritatis præmia, quantumlibet ieiuniorum vigiliarum lectiois, & solitudinis, ac remotiois labor fuerit impensus condignus esse non poterit, qui hæc industria sua merito, & laboris obtineat.* Et cap. 14. postquam dixit perfectionem omnino capi non posse sine humanis conatibus, nec consummari sine gratia, addit ex seniorũ sententiã, quos & ipse sequitur, *dari quidem petentibus, & aperiri pulsantibus, & à quærentibus inueniri secundum saluatoris sententiam, sed petitionẽ, & inquisitionem, & pulsationem nostram nõ esse condignam nisi misericordia Dei id, quod petimus dederit.* Et cap. 15. approbã etiam fuorũ dũcum, & magistrorum spiritaliũ submissiõnẽ animi, ac humilitatẽ adstruẽs necessariũ esse laborũ meritũ; illud tamẽ magis gratiæ, quã laboribus tribuẽdum esse, sic (ait) *id circofutura vitæ stipendia non operum sperare se merito, sed misericordia Domini proclamabant, nihil sibi de tanta circumspectiõne cordis aliorum cõparatione donãtes, quippe qui hanc ipsam non suã industriã, sed gratia diuina adscribebant.* Tandem collatione 13. cap. 13. multa habet, quib; explicat exiguitatẽ meriti humani, & laboris atq; desiderij cõparatione doni supernaturalis collati vice præmij: nã primo dicens, *ne videatur irrationalis Dei munificentiã gratiam suã sub colore cuiusdam desiderij ac laboris impertit, & nihilominus gratia Dei semper gratuita perseverat, dũ exiguis quibusdam paruisq; conatibus tantã immortalitatis gloriã, tãta perennis beatitudinis dona in æstimabili tribuit largitate.* Quod etiam confirmat ex testimonio Pauli 2. ad Corinth. 4. quod in præenti est *mometaneũ*. 2. Corint. 4. & Leue

21



et leue tribulationis nostrae, supra modum absq; comparatione aeternum gloria pondus operatur in nobis. Ex quo testimonio sic ipse infert, quã tribet ergo enisa fuerit humana fragilitas, futura retributioni pars esse nõ poterat, nec ita laboribus suis diuinam imminuet gratiam, vt non semper gratuita perseveret. Ex ijs Casiani testimonijs euidenter pariter atq; abunde constat, tum ipsum fuisse in errore Semipelagiano, tum non posuisse meritum de condigno, in quo discessit a Pelagio.

Casianus fuit in errore Semipelagiano.

22

Gennadius.

Qua propter audiendi non sunt scriptores Casianum excusantes ab hoc errore, vt Gennadius lib. de viris illustribus; tum, quia, & ipse suspectus fuit de hoc errore: tum, quia cap. 84. cõferens scripta Casiani, & Prosperi, de gratia, & lib. arbitrio, affirmat eorũ sc̃tetas inueniri contrarias, & Casiani opinionem præferendam innuit. Nec etiã Hérichus Cuychius in annotationibus ad ipsum in editione Antuerpiã anno 1578. Nec etiam Petrus Ciacconius in annotationibus ad eundẽ Casianũ in editione Romana anno 1588. nam interpretationes horũ auctoꝝ nequaquã satisfaciunt, vt medio critere versato in hac Theologia facile constabit; vt etiam notat P. Suarez tom. 1. de gratia prologomeno 5. cap. 5. numer. 6. Frustra etiam Alexander Pefantius 1. p. q. 23. art. 5. disp. 2. ait, propositiones Casiani reduci posse ad bonũ sensum, secundum editionẽ Romanã. Etenim præter Prosperum, qui scripsit cõtra Collatorẽ, Varonius anno 433. num. 27. & sequẽtib; affirmat, libros illius semper fuisse de Pelagiana doctrina infamatos: & Ado in Chron. anno 425. monet, opera Casiani cauti sine esse legenda. Item Dionysius Chartusianus in sua paraphrasi totam illã collationẽ 13. expũgit, & loco eius sanam doctrinam ponit. Idem etiã constat ex Canonibus Cõcilij Arausiacani 11. quã mox subijcio num. 26. in quibus damnatur modi loquẽdi, & sentiẽdi eiusdem Casiani. Non tamen animus est propter hæc personã Casiani damnandi erroris: nam tunc non erat ab Ecclesia sentẽtia illa erroris damnata, imo semper illam censeo hominẽ pium, atque iustũ. Gelaf. etiam Pa. in suo decreto, quod habetur in cap. sancta Romana 15. dist. opera Casiani numerat inter apocripha.

Hérichus Cuychius.

Petrus Ciacconius.

P. Suarez.

Alexander Pefantius.

Baronius. Ado.

Dionis. Chartusianus.

Arausiacũ

Gelasius.

23

Faustus Episcopus Regiensis Semipelagianus. Faustus Regiensis. Ado Viennensis.

Moueor secũdo: quia Faustus Episcopus Regiensis in Gallia, qui vixit medio tempore inter S. Prosperũ, & S. Fulgẽtiũ, qui etiã putatur Semipelagianus, teste Adone Viennensi in Chron. ad annũ 492. ita loquẽte, Faustus ex Abbate monasterij Lirinensij apud Regem Gallie Episcopus factus Pelagianorum dogma destruere conatus in errorem labitur. Vnde, qui eius sensus in hac parte Catholicos prædicant, sicut Gennadius de veris illustribus scribens omnino errat

His ergo, vt refert Gennadius in eius vita, sic docere solebat, quidquid libertas arbitrij pro labore pia mercedis acq̃uierit, non esse propriũ meritum, sed gratiã donum: ergo existimauit naturam non posse mereri de condigno. Nã si poneret meritum de condigno proprium meritum appellasset, & negasset præmium datum esse donum gratiã. Præterea idem Faustus in Epistola ad Lucidum, sic scribit, totis viribus de iudantes, ne gratia euacuetur in nobis, quidquid de manu Domini suscepimus, donum pronuntiamus esse, non pretium, scientes laboris ipsius fructum officij rem esse, non meritum. Hic etiã obiter ad monuerim frustra quosdam excusare Faustum ab hoc errore, vt Gennadius in lib. de viris illustribus, & Tritemius, qui de Fausto, ait, prius fuisse errore Pelagiano sedatum; postea a Fulgentio conuersum, & Driedo de captiuitate, & redemp. generis humani tractatu 4. cap. 2. part. 4. Vbi Faustum, & eius libros ab hoc errore defendere conatur, nam vt supra retuli illum damnat Ado Viennensis, qui etiã addit B. Auirtum Viennensem Episcopum contra ipsum scripsisse lucidissima fide. Vide Varonium anno 490. nu. 12. qui (ait) Casiani primo impugnasse Faustum, constat etiam ex Isidoro lib. de scriptoribus Ecclesiast. cap. 13. Fulgentiũ cõtra Faustũ scripsisse. Ad hæc, inter opera Fulgentij extat liber Petri Diaconi de Incarnatione, & gratia, qui in cap. vltimo ita, ait, anathematizamus, simulque Iulianum, & qui illis similia sapiunt, præcipue libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lirinensi prouectus est, quos contra prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est, in quibus nõ solum contra sanctorum Patrum, sed etiam cõtra ipsius Apostoli cõtradictionem veniens humano labori subiungit gratiã adiutorium, &c. Vide etiam Fulgentium in libro alio de Incarnatione, & gratia, vbi tacitẽ Petro Diacono cõsentire videtur, dũ impugnat Fausti sentẽtias, & argumenta profert, & diluit: licet suppresso nomine. Ioannes etiã Magẽtius in responsione ad Epistolã Hormisdæ Papæ sub finẽ inuehitur in libros Fausti, & probat ex instituto eos hæreticos esse. Aduerte, hunc Magentium censerẽ Eutichiana hæresi infectum. Itẽ, idem Hormisdæ Papa Fausti libros non recipit alludens ad decretũ Gelasij, qui libros Fausti inter Apocriphos numerat. Hoc etiã cõfirmant plura testimonia eiusdẽ Fausti, præterea, quã nos retulimus, in quibus planẽ Semipelagianũ profitetur errorem. Lege ipsa apud P. Suarez dicto prologomeno 5. cap. 5. num. 28. & licet quãdã etiã habeat loquutiones, quas refert numer. 21. in quibus affirmari videatur præire gratiam bonũ vsũ liberi arbitrij, nihilominus sub nomine gratiã intelligit externam prædicationem, reuelationem

Gennadius frustra excusat Faustum.

Driedo.

Isidoro.

Petrus Diaconi.

Fulgen.

Ioannes Magentius cõsentitur Eutichiano. Hormisdæ.

P. Suarez.

uelationem doctrinam, legemque naturã. Qua propter in voce tantum consonat cum doctrina fidei, in sensu vero dissonat: habemus ergo, & Faustum Semipelagianum fuisse, non damno personam; sed doctrinam, & non posuisse meritum de condigno, sed de congruo: ergo hi duo auctores, qui capita fuerunt Semipelagianorum, non cõstituerunt meritũ de condigno: ac sub inde idem de cæteris credendum est.

24

Augustin. Probatio ex Aug.

Secundo, probatur ex Augustino, qui sæpe docuit esse in fide supernaturali aliquod meritum remissionis peccatorum: nam Epistola 105. sic, ait, sed neque ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat: neque enim nullum est meritum fidei: quia fide ille dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori: & descendit iustificatus merito fidelis humiliatus. Et Epist. 106. Si quis dixerit (ait) quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, imo vero gratissime cõstemur: ergo Augustinus concessit fidei supernaturali aliquod meritum remissionis peccatorum. Hanc autẽ sententiam nunquam retractauit Augustinus, vt notauit P. Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 5. num. 27. Iam neq; in ea est aliquid dignum retractatione: ar qui Augustinus impugnavit in Semipelagianis hoc etiam meritum, quod tãtum est de congruo, vt constat: ergo Semipelagiani secundum Augustini mentem solum constituebant meritum de congruo. Quod vero Augustinus impugnavit in Semipelagianis hoc meritũ, quod est in fide supernaturali, euidenter constabit legenti libros de prædestinatione sanctorum, & de dono perseverantiã; in quibus passim hoc reperit. Item lib. 83. quæstion. q. 68. vbi habet hæc notanda verba, licet quis sibi tribuat, quod veniat vocatus, non potest sibi tribuere, quod vocatus sit. Quod si Augustinus non impugnaret meritum de congruo in libero arbitrio, non affirmaret, non posse sibi tribuere, quod vocatus sit: nam, qui meretur de congruo, vt vocetur aliquid sibi potest tribuere. Item affirmare contra Paulum se priorem dedisse Deo, & postea a Deo ipsi retribui. Aliã etiam habet verba in hac quæstione, in quibus affirmat expresse in fide esse meritum ad iustificationem, & negat hoc meritum, quod est in fide ad iustificationem esse in libero arbitrio ad gratiam; vt notauit Vega lib. 8. in Trident. cap. 7. & 8. Hic obserua Augustinum aliquando putasse hominem viribus naturã posse habere actum fidei: nã in expositione Epistolæ ad Rom. propositione 6. ait. Deum illos prædestinasse, quos præsciuit habituros fidem, ideo isti electi fuerunt ad opera meritoria, & per ea in vitam aeternam sunt prædestinati. At hũc errorem, in quo incidit in Massiliensium, Semipelagianam sententiam retractauit ipse, vt

Concessit Aug. meritum aliquod fidei supernaturali. P. Vazq.

Vega. Aug. aliquando cõcessit naturã actũ fidei.

constat ex lib. 1. retractation. cap. 23. & ex lib. Retractation. de prædestinatione Sãctorum. cap. 13. vbi, ait, uide fidem esse donum Dei, & esse effectum prædestinationis: id circo, non posse esse rationem prædestinationis ex parte prædestinati. In ijs vero nõ retractat illud primum, nempe in fide supernaturali esse aliquod meritum iustificationis, licet Magister putet, vtrumq; esse retractatũ. Hic etiam nota eum, qui affirmat viribus naturã posse haberi actum fidei, dum neget nõ posse haberi, vt oportet, & cum aliquo merito in ordine ad gratiam nihil errare: nam error Semipelagianorum solũ consistit in virtute merendi, quã concedunt actibus bonis, ex natura procedentibus sine auxilio gratiã. Vnde si Augustinus solum asseruisset in ea propositione sexta in expositione Epistolæ ad Romanos, fidem aliquam haberi posse virtute liberi arbitrij, si ab ea abrraderet omnem rationem meriti, nihil dixisset dignum retractatione. Quare non bene intellexit Augustini propositionem Alexander Pefantius in 1. p. q. 23. ar. 5. disp. 2. Cum affirmat, Augustinum negasse illi actũ fidei, quem retractauit, omnem meritũ virtutem. Id quod ipsa verba Augustini, quæ retulimus ex propositione sexta, manifeste significant: nam, ait, Deum illos prædestinasse, quos præsciuit habituros fidem, & ideo istos electos fuisse ad opera meritoria, & cætera: in quibus illa causalis ideo denotat fidem, quam præsciuit habituros impetrasse illis a Deo alia opera meritoria: atque adeo ipsi in esse rationem mouendi Deum, & intuitu talis fidei contulisse alia potiora dona, quibus ulterius mereretur, nec quia dixit habentibus fidem dari ex electione dona, quibus habeant opera meritoria, exclusit a fide omne meritum, sed tantum meritum condignum, quod habent opera ex charitate. Errorẽ vero Semipelagianorum in eo constituisse, quod asseruerint liberum arbitriũ habere posse de suo meritum gratiã manifestum est, & constat ex dicendis probatione 3. & 4. quas mox subijcio.

Tertio, ergo idẽ probo ex Epistolis Prosperi, & Hilarij ad Augustinũ, in quibus ad fidem referunt Massiliensium errorem, ex singulis epistolis quædam breuiter notabo, vt probem ipsos solum intendisse ponere ex nobis qualecumque initium salutis, propter quod Deus gratia sua eleuat, atque adiuuat naturam, ne videatur acceptor personarum, & irrationalis distributor suorum donorum. Et primo ex Prospero ibi, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur per venire per naturalem, scilicet facultatẽ petendo, querendo, pulsando, vt ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono natura bene vsus ad istam saluantem gratiam initialis gratiã ope meruerit peruenire. Vbi nota ipsum

Error Semipelagianus est, dare meritũ aliquod operibus ex natura. Alexand. Pefantius.

25

Probatio ex Epistolis Prosperi, & Hilarij ad Aug. Prospera.

Cencil. Pa  
lestim.  
P. Suar.

sum naturae bonum appellare Semipelagianos initialem gratiam; in qua appellatione Pelagio consentiunt, qui in Concilio Palestino, curus capita habes apud Fraciscu Suarez tom. 1. de gratia prologomeno 6. cap. 7. in quantum contradicunt Pelagio sub dolo retractavit suum errorem, intelligens donum creationis nomine gratiae, sic etiam Semipelagiani, in his verbis ipsum liberum arbitrium appellant initialem gratiam. Modo sic infero, si ponerent meritum de condigno non dicerent, in ipso libero arbitrio tantum esse, qualecumque initium salutis, seu initialem gratiam, cum sit condigna, atque aequalis gratia: ergo solum constitutere volebant meritum de congruo. Secundo, refero ex Hilario verba in quibus contra Augustinum Maffilienses propriam sententiam proferebant. *Nec ad incertum voluntatis Dei deducit se voluntas, ubi eis quantum putant ad obtinendum, vel amittendum evidens est qualecumque initium voluntatis.* In his verbis repugnabant Augustino, qui ad meram Dei voluntatem referre volebat donum praedestinationis, cuius beneficium consequimur vitam aeternam, hoc ipsi appellabant incertum voluntatis Dei, volentes ex nudo libero arbitrio sumi aliquale initium praedestinationis: ergo non ponebant meritum de condigno; sed meritum exiguum; quod significatur illis verbis, *qualecumque initium voluntatis*, quae sonant meritum de congruo, idque per exiguum. Porro in principio eius Epistolae dicens Maffilienses, ideo dare hoc initium, ut aliquarationabilis causa reddi possit electorum, & reiectorum, sic, ait, *si autem, aiunt, dicatur vel talem naturam omnibus remansisse, qua vel contemnere quis valeat, vel obedire. De compendio putant rationem reddi electorum, vel reiectorum, in eo, quod unicuique meritum propriae voluntatis adiungitur.* At qui ad reddendam rationem huius discretiois ex bono vsu liberi arbitrij, non requiritur meritum de condigno, sed sufficit de congruo; ut per se constat: ergo Semipelagiani non intenderunt constitutere meritum de condigno, quippe, quod extra institutum eorum erat. Haec etiam habes expressa verba ibidem, *ceterum ad nullum opus, vel incipiendum, nec dum perficiendum quaquam sibi posse sufficere consentiunt: nec enim alicui operi curationis eorum annumeranda putant ex territa, & supplici voluntate unumquodque aegrotum velle sanari.* In his verbis, nota, licet voluntas sanandi opus sit virtutis, & liberi arbitrij, at nollunt eam numerare inter opera, quibus homo, aut curari incipit, aut perficitur; quia per haec omnia opera curationum intelligunt dona supernaturalia, & non tantum externa, ut aliqui arbitrati sunt. Cum vero factentur nullum sibi posse sufficere, ut conferan-

Hilarius.

tur a Deo dona, quibus curantur, plane concedunt, non esse in natura meritum de condigno comparatione gratiae: nam si esset, quicumque sibi sufficeret eo, quod meritum de condigno aequalis valoris est, ac praemium in ratione pretij. Praeternitto alia ex eisdem Epistolis, quia haec, quae selegi, duco sufficere ad persuadendum nostrum intentum.

Quarto idem probo ex Canonibus Arausiacani II. quod coactum fuit tempore Leonis primi contra hunc errorem, & licet Prouinciale sit, continet iam in se auctoritatem Apostolicam Baron. anno 463. constituit hanc Synodum sub Hilario Leonis successore, anno 3. Deinde in appendice ad Annales tom. 10. retractavit suam sententiam, atque communem, de Leone non sequitur, docetque Arausiacam Synodum celebrata esse sub Felice 4. sed ego sequor, quod dicitur in praefatione ad libros de praedestinatione sanctorum Augustini, non nimum curans de temporum supputatione, quia ad rem hanc non multum refert P. Suar. tom. 1. de gratia prologomeno 6. cap. 5. ait, hos Arausiacos Canones ante coactum hoc Concilium, quoad hos articulos a sede Apostolica confirmatos, ab ipsaque ad Concilium transmissos canone tertio haec habet verba, *si quis ad inuocationem humanam gratiam Dei dicit conferri, non autem ipsam gratiam facere, ut inuocetur a nobis, contradicit Isaiam Prophetam, vel Apostolo idem dicenti inuentus sum a non querentibus me, &c.* In his verbis nota, damnare Concilium dari gratiam propter inuocationem humanam; inuocatio autem humana solum est impetratio, & haec in re non differt a merito de congruo; ergo Concilium Arausiacum damnat meritum de congruo comparatione gratiae. Ergo Maffilienses solum constituebant meritum de congruo; quia Concilium damnat errorem Maffiliensium. Nota etiam Concilium semper retinere nomen gratiae Dei, quod etiam semper tuebantur Semipelagiani, ut constat in prima probatione ex Casiano, & Fausto num. 21. & 23. sed si constituerent meritum de condigno euacuaretur omnis ratio gratiae: ergo ex hoc nomine retento bene infertur ipsos negasse meritum de congruo. Et can. 4. in quo damnat affirmantem Deum expectare voluntatem nostram, ut a peccato purgemur: quod si in voluntate nostra esset meritum de congruo remissionis peccatorum, Deus expectaret voluntatem nostram, ut a peccato purgemur: ergo dum definit, Deum non expectare voluntatem nostram, etiam definit non esse meritum de congruo ad remissionem peccatorum. Et can. 6. ubi haec verba, *si quis sine gratia Dei credentibus, valentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus,*

26

Arausiacum.  
Tributum  
ex Arausiacano.  
Baronum.

P. Suar.

petentibus, quarentibus, pulsantibus nobis misericordiam Dei dicit conferri; non autem diuinitus; ut credamus, velimus, vel haec omnia, sicut oportet agere valeamus. Per infusionem, & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confiteatur, aut humilitati, aut obedientiae humanae subiungit gratiae adiutorium, & cetera resistit Apostolo dicenti, quid habes, quod non accepisti? & gratia Dei sum id quod sum. In his verbis, duo expendenda sunt; primum, post enarratos labores nudi arbitrij dicere per misericordiam Dei conferri donum gratiae; ergo error, qui damnatur non ponebat labori humani arbitrij deberi ex condigno donum gratiae. Probo consequentiam; nam ius, quod acquirit merens de condigno non est, ut ei conferatur praemium iuri respondens ex misericordia, in qua est etiam suus modus liberalitatis, in quantum recipiens praemium caret iure obligante, ut ei conferatur, ac praecipue cum indigentia non est extrema, aut grauis; sed aut ex iustitia, si non desint aliqua ex conditionibus requisitis ad speciale rationem iustitiae, aut ex iustitia communiter dicta, in qua datur aequale cum pretio: ergo dum Concilium damnat affirmantes misericordiam Dei conferri, hoc est donum supernaturalis creatibus, volentibus, desiderantibus, & cetera, ex nudo arbitrio damnat meritum de congruo in ordine ad gratiam. Secundo, expendo damnari etiam humilitati, aut obedientiae humanae subiungi gratiae adiutorium; at si liberum arbitrium vires haberet ad merendum de congruo gratiae adiutorium, iam hoc aliqua ratione subiungeretur humilitati, aut obedientiae humanae: & verum esset nos habere aliquid ex nobis, quod non accepimus per gratiam, ut hoc nomine gratiae vtuntur sacra Scriptura, Concilia, & Patres, videlicet, ut condistinguitur a dono creationis, nam haberemus meritum ex congruo, non acceptum gratiae Dei, nec inspiratione Spiritus sancti, nec verum esset gratia Dei nos esse id totum quod sumus, siquidem per naturam, ut condistinguitur a gratia, habemus meritum de congruo: ergo hoc canone 6. meritum de congruo: damnatum est: ac subinde in eo errarunt Maffilienses.

Ad Corin.  
4. & 5.

no nos non incipimus, & postea per misericordiam Dei adiuuamur; sed ipse nobis nullis praecedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui prius inspirat. Quam etiam sententiam iterum confirmavit Tridentinum sess. 6. c. 5. ubi, *ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praecedente gratia sumendum esse, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, & cetera.* Modo sic conficio argumentum: Patres Concilij Arausiacani, atque Tridentini praespectam habuerunt distinctionem Theologorum meriti de condigno, & de congruo: ergo cum vsi sunt loquutione vniuersali excludere omnia merita, videlicet nullis praecedentibus meritis nostris, mens Patrum fuit comprehendere in sua definitione meritum etiam de congruo: etenim si solum animus Patrum fuisset excludere meritum de condigno, & occasione reliquissent offendendi, atque errandi, & mentem suam non satis explicassent. Qua propter mihi duo videntur omnino vera; primum, & damnata iam esse sententiam, quae ponit meritum de congruo, et solo libero arbitrio ad primum gratiae auxilium. Secundum, hunc eundem fuisse Maffiliensium errorem, quod notatum, quia semper video modernos aliquos, qui adhuc iudicant Semipelagianos in eo tantum errasse, quod posuerint meritum de condigno.

Sed dices: ergo sententia, quae affirmat liberum arbitrium posse mereri primam gratiam de congruo, haeretica est: cōsequens autem est absurdum, tum propter antiquos Theologos ante Tridentinum, qui hoc meritum concesserunt, quos refero disp. sequenti cap. 1. tum etiam propter graues recentiores post Tridentinum, qui existimant particulam gratis cum dicitur in Tridentino gratis iustificari, & gratiam nobis gratis dari, tantum excludere merito de condigno, non de congruo. Ita Andreas de Vega lib. 8. in Tridentino cap. 4. & sequentibus, qui ita intelligit doctrinam Concilij sess. 6. cap. 8. Fauet etiam Toletus in Epistola ad Rom. cap. 8. annotatione 3. vbi, ait, *gratia solum opponi meritum*, quod est ex iustitia, & ideo non tollere rationem gratiae, qui ex parte hominis ponit aliquam causam eius, dum non ponat meritum ex iustitia. Qua doctrina enervantur omnes nostrae ponderationes.

Tridentin.

Formatur ratio.

27

Obiectio.

Propter haec P. Suar. 1. p. lib. 2. de praedestinatione cap. 6. num. 46. ait, se non audere damnare haeresis hanc sententiam. Item 1. tom. de gratia prologomeno 5. cap. 6. dub. 7. potest reuerting; discussam, ait, sibi incertum esse, quid de illo merito senserint Semipelagiani. Verum si istudum est definitioni Concilij Arausiacani 2. ut proculdubio standum est, maxime in articulis, in quibus continentur definitiones contra Semipelagianos, ut dixi nu. 26. licet propter dicta in hac obiectione non omnino putem censendam esse haeticam illam sententiam: at proflus arbitror

Andreas de Vega.  
Card. Tolentus.

P. Suar.

Error in si de ponere meritum de congruo ad primam gratiam in nudo arbitrio.



bitior errore esse in fide ponere in nudo arbitrio meritum congruū ad primā gratiā praeuenientē, atq; vocantē. Nec opus fuit, Triderinū distinguere meritū de cōdigno, & de cōgruo, & vtrūq; damnare; quia vltus fuit termino vniuersali omnia prorsus merita excludēte; vt notabā in obiectioae; in quo per euidentē, atq; immediatā consequentiā meritū de cōgruo exclusum est: ac subinde ea propositio erroris censura digna est.

Andream à Vega legi in eo cap. 4. & 5. 6. 7. & 8. & vt video, solum vult meritum secundū cōtrarietate, quā habet ad gratiā emoliri, & tēperari, immo ferē in totum auferri adiecta limitante particula ex congruo. Qua Doctrina explicat caput 8. Triderini in sect. 6. vbi Triderinū definit, nihil eorum, quae iustificatione praecedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promereri. Supra quae verba maxima est cōtrouersia, de qua fide loquatur, & de quo merito. De qua re infra redibit sermo cap. 9. n. 88. At Vega ibi nō affirmat in esse meritū de congruo operibus nudi arbitrij cōparatione primae gratiae. Tolerus vero attingens in eo loco, an aliquid sit ex parte hominis, quod sit vel causa, vel motiū, vel aliquid cooperans ad propositū praedestinādi Dei, & relata sententiā affirmate quod iudam Patrū Graecorū ipse vero esse ex sola, & pura gratia, ait, nullo nō solum merito; nam hoc certū est, non esse in homine, sed neq; vt causa, vel motiū, quod praesertim a Deo cooperatū sit, ad hanc voluntatem Dei absolutā. Verū est ibi etiā adnotare causam, sine qua nō, non opponi gratia; ponit exēplum in manu porrigere versus donantē pecunias: nā non definit esse beneficium, & gratia, quia manum porrigit: at ipse accurate distinguit inter meritū, & causam sine qua nō; quia meritum ad causam, sine qua non addit aliquem valorem meritorium: solum ergo in eo loco adstruit causam sine qua non, in qua nullum est meritū nihil auferre de ratione gratiae. Nō ergo fauet merito de congruo nudi arbitrij cōparatione primae gratiae vocatis. An vero poni debeat, aut possit ex parte arbitrij causa sine qua non sine vllō valore meritorio dissero disputatione sequenti cap. 2.

Toletus explanatus.

29 An Semipelagiani posuerint meritū de cōgruo, cū lege infallibili. P. suar. Sententia P. suar.

verbis Prosperi, in quibus, referens errorem Semipelagianorum, ait, naturam humanam ita esse gratia Creatoris, institutam, vt ad Christi gratiam petendo, pulsando possit peruenire, & ideo accipiat; quia bono natura bene est vsa. Praeterea in idem adiungit alia verba, in quibus, ait, Deum constituisse, nullum in regnum suum, nisi per Sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutare donum omnes homines vocari voluisse, vt, qui voluerint, fiant filij Dei, qui non crediderint, pereant, & cetera. Deinde inducit alia verba, in quibus affirmant Semipelagiani, quantam hominis arbitrium habet facultatem ad malum, tantam habere ad bonum, parique momento animum moueri ad vitia, & virtutem. & bonae appetentem gratia Dei foueri; mala seclantem damnatione iusta suscipi.

Verum haec non probant efficaciter intentum P. Suarez: non primum, quia ibi tantū affirmatur ideo hominem peruenire ad gratiam Christi, quia bono naturae bene vsus est. Ad hoc autem, vt haec sententia vera sit necessariū non est, quod omnes bene vtentes bono natura ex infallibili lege Dei ad eam gratiam perueniant: sed satis est, si hi, qui perueniunt, ideo perueniant, quia bono naturae bene vsi sunt: licet alij nō perueniant, & si bono naturae bene vsi: nā vt dicemus cap. 6. Casianus affirmavit, quosdā praeniri à gratia Dei. Vnde eius error nō consistebat in vniuersali sententia, quae doceat omnes, qui perueniunt ad gratiam Christi, peruenire eo, quod bene vsi sunt bono natura: ergo pari ratione; ex eo, quod affirmauerint peruenisse aliquos ad gratiam Christi, ex eo, quod bene vsi sunt bono naturae, non fit peruenisse ex lege infallibili, & pacto.

Nec secundum, pari ratione: nam in ea sententia solum asseritur effici filios Dei, eos, qui per liberum arbitrium voluerunt credere, nō tam en effici cum infallibili lege, vt contingit in peccatore cōtrito cōparatione gratiae remissivae peccatorum. Vt enim, qui affirmaret, bene viuentes perseverare vsq; ad mortem, penitentes, ieiunantes, misericordes, saluari; non ideo affirmaret, gloriam consequi ex infallibili lege Dei, cum pereant plures, qui aliquandiu bene vixerunt, penitentes, ieiunantes, atque misericordes fuerunt: ergo pariter in nostro proposito sententia illa non continet infallibilem legem Dei.

Nec etiam tertium, & si inducatur cum maiori apparentia: nam mens eius sententiae solum est aequales esse vires libero arbitrio ad malum, quam ad bonum, ipsumque esse facultatem ex equo boni, & mali antecedenter ad omne donū gratiae, quod verum est in Masiliensium sententia, secluso omni pacto Dei: quod vero addit bona appetentem fouere gratiam Dei,

Prosper.

30 Non est sententia probata efficaciter.

Dei, & mala damnari, etiā non probat in appetente bona ex lege, & pacto infallibili, gratiam subiungi. Neq; in hoc fit rigorosa cōparatio inter mala appetentem, & bona, sed tantum declaratur quaedam inter illos proportio, quae regulariter contingit.

31 Nec resti- mendum est: alij effi- cax. Alia rursus refert verba ex Hylario, quae apparētius probāt. Haec sunt, quot dicitur credere, & saluus eris, vnum horum exigi asserūt, aliud offerri, vt propter id quod exigitur, si redditum fuerit, id quod offertur, deinde tribuatur. In his verbis contineri videtur pactum expressum, & promissio sub conditione fidei, & bonae voluntatis. Deinde ex hac lege infallibili reddunt certam rationem inter electos, & reiectos; nē duci cogantur ad incertum voluntatis Dei, vt supra retuli ex verbis Hylarij n. 25. ergo, &c. Verum nec etiam hoc testimonium efficaciter probat intentum: nam illud verbum aliud offerri, nihil aliud significat, quā Deum ex se paratum esse dare regnum credenti ex lib. arb. quod verum est aeterna bonitate diuina, inclinante ad reddendum hoc donum ex misericordia, & si ex lege infallibili non se adstrinxerit, sicut dicimus, Regē benignum, liberalem, atq; mansuetum paratum esse strenue certantibus premia liberaliter donare, licet nullam certam legem statuerit taxantem valorem, atq; pretium donandum. Quapropter ego in hac re dubius sum, & vehementer suspicor illos non ita sollicitè curasse de merito cōgruo ex lege infallibili, vt nos rigorose discutim? Moueor primo, quia neq; in Cassio, neq; in Fausto, qui fuerūt capita eius erroris, verbum est, quod significet eam legem infallibilem, & pacto expresso; immo de Cassio, omnino existimo, alienum fuisse ab ea lege infallibili; quippe, qui

32 Suber du- bus est.

Caput 4. Quid sit illud supernaturale, quod Semipelagiani nostrum arbitrium mereri de congruo dixerunt?



33

VI consideraverit modos loquendi Semipelagianorum, videbit difficile esse ex ijs coniectare, quodnā donū gratiae intellexerint, cum dant libero arbitrio initium aliquod, seu occasione ad cōparandum tale donū; negāt vero posse proprijs viribus habere incrementum fidei, aut perfectionē virtutum, easq; ex Deo misericorditer elargiente esse. Inter alias loquutiones quas seligo, quae ingerunt difficultatem. Prima ex Augustino lib. de praedest. sanct. c. 2. vbi refert hunc errorem, dicens fieri Semip. ex vobis quidē nos habere ipsam fidē,

August.

in quibusdā admittebat lib. arb. praeniri à gratia, in quibus cogebatur, & componere Semipelatam libertatem cum gratia, & duci in incertū vobis non reddere posset electorum, & reiectorum. liciti de lege infallibili, nō est, cur credamus alios curasse, si maxime, cum in alijs non legamus specialem sententiam circa legem infallibilem.

Moueor secundo, quia in Canonibus cōcilijs Arausici 2. quos retuli n. 26. nulla fit mentio de hac infallibili lege: Canones autē concilij Arausici retulerūt errores Semipelagiani, & ad vnguem examinarunt. Moueor tertio, quia ad rationem gratiae, quam pro virili defendebant Semip. etiam posito merito lib. arb. melius est excludere omne pactum, atq; legem infallibilem ex parte Dei: etenim si Deus se hac lege adstrinxisset paciscens cum homine petente, & desiderante ex lib. arb. iam in Deo resultaret obligatio conferendi donum gratiae saltem ex pacto posito merito congruo, ex parte arbitrij. Quae obligatio licet non sit rigorosa ex iustitia, est tamen ex fidelitate, & in homine bene operante ex bono vsu naturae resultaret ius strictum ad donum gratiae. Ex quo satis denigraretur ratio gratiae. Moueor quarto, quia si semel lib. arb. cōceditur vis meritoria de cōgruo, nullus est error in eo, quod Deo voluerit ex pacto proprio subiungere illi gratiā suā ex certa lege, vel in eo quod noluerit subiungere, sed totus error sit est in eo merito de cōgruo: ergo credere debemus Masilienses nō fuisse de infallibili illa lege, sed tantū de priori art. meriti de cōgruo, in quo tantū ab Ecclesia eos dānos videmus, & ita opinatur etiā P. Va. 1. p. disp. 89. c. 5. & d. 91. n. 103.

sed incrementum eius esse ex Deo. Secunda ex Arausicano can. 5. definiente, non solum fidei augmentum, sed etiam initium fidei, hoc est, credulitatis effectum esse, ex Dei gratia. Quid ergo sibi voluerunt Semipelagiani cum concedebant fidei incrementum, atque augmentum esse ex Dei gratia, an ne intensionem maiorem actus: an modum supernaturalem superadditum substantiae actus, siue moralem, siue physicum? An beneficium aliquod supernaturale à Deo solo collatum? An quosdā alios actus supernaturales, à nobis etiā cum gratia Dei effectos, per vitale, atq; liberū influxū? An demum intelligebāt gratiae auxilium sufficiens, vel efficax: ita, vt per inceptionem

Arausican. Quid potuerint Semipelagiani intelligere per fidei incrementum?

Vu nostram

nostram liberi arbitrij mereamur de congruo aliquod ex his auxilijs, & quodna illud sit: Etenim hæc omnia, & singula intelligere poterant per illud donum gratiæ, & circa ea omnia dubitatio moueri potest.

34 Non actus intentione.

Breuitur circa singula, non nihil dicere de creui quantum colligere possum ex principijs Semipelagianorum. Dico primo, non intelligebant per hoc donum gratiæ intentionem maiore actus. Probo primo argumento Philosophico, quia vires, quæ sufficiunt ad producendam substantiã actus, sufficiunt etiã ad producendam eius intentionem, si vehementer conetur. At Semip. negabãt vires lib. arb. sufficere ad hoc incrementũ, & augmentũ, & in eo recesserunt à Pelagio, qui tantũ admittit gratiã ad facilitatẽ in operando, vt constat ex c. 3. ergo Semip. per incrementũ, & augmentũ non intellexerunt intentionem eiusdẽ actus. Maior constat, quia intẽsio in omni forma intẽsibili ad eundẽ ordinẽ spectat in genere entis, ad quem substantia actus in quacunq; opinione, siue teneas intentionem fieri per maiore formę radicationẽ in subiecto ratione modi indiuisibilis, siue per latitudinem gradualẽ eiusdẽ formę: ergo si Semip. admittunt vires ad substantiam actus, etiam admitterent ad intentionem, neque ad eam per se requirerent donum gratiæ.

Confirmatur, nam gradus remissi, & intẽsio eiusdẽ qualitatis nõ possunt distingui plus quam specie partiali, immo communior sententiã fert solũ distingui indiuidualiter, siue gradus sint omõgenet, siue etherogenet: ergo si lib. arb. virtutem habet ad actum remissũ, etiã habebit ad actũ intẽsũ, si conetur: ergo credibile non est viros alias doctõs, lapsos fuisse in hunc errorẽ in Philosophia.

Confirmatur secundo, nam si in actibus remissis est meritum de congruo comparatione doni gratiæ, & si Deus non infunderet intentionem ipsis, sufficientes forent ad consequendam remissionẽ peccatorũ, atq; vitam æternã; nam, vt in actibus supernaturalibus, quibus modo cõsequimur, atq; mereamur gratiã, & gloriã, nõ est necessaria intẽsio, sed sufficit ipsa essentia specifica actus, etiam in gradu remisso. Etenim, nec gratia, vt nos iustificet, indiget intentione, nec contritio, vt sit dispositio ad illã; ita in actibus naturalibus, si in illis esset vis merendi donũ supernaturale intẽsio eorũ necessaria nõ esset ad propriũ meritũ: atqui Semipelag. ponebant augmentũ, & incrementum fidei, vt necessarium; ergo signum est non intellexisse per donum gratiæ, quod mereri lib. arb. dicebant de congruo, intentionẽ maiore eorundem actuum. Non me latet quosdam Doctores catho-

licos constituisse supernaturalitatẽ actuum nostrorũ in intensione maiori: ita Scotus in Doctores 2. dist. 28. q. vnica §. ad quæstionem, & in 3. aliqui po. dist. 27. q. vnica §. ad quæst. & Gabriel dist. suorum p. 23. q. 2. ar. 1. in fine, & ar. 2. conc. 2. atq; Paludanus in 3. dist. 23. q. 3. in fine. Quæ sententia modo fere probabilis non est: at hi Doctores non incidunt in errorem Semip., quia licet non sequantur veram sententiam, dum negant actus virtutum infusarum esse supernaturales, secundum rationem specificam, atq; essentialẽ: sed solum secundum intensionem: at illa opinio error non est, dum nõ affirmant gradus remissos naturales, vt sunt à lib. arb. sine gratia per Christum habere aliquam vim meritoriam in ordine ad maiorem intensionem, in qua ipsi constituunt ordinem gratiæ: etenim tunc ipsi darent lib. arb. per proprias vires virtutem merendi hanc maiorem intensionẽ, in qua secundum ipsorum sententiã incipit ordo gratiæ, atq; supernaturalis & humano labori gratiã subiungerent, atq; affirmarent nos ex nobis habere ipsam fidem, sed incrementum esse ex Deo, atq; initium fidei ex nobis esse, augmentum vero eius ex Dei gratia, in quibus error Sem. propriissime cõsistit, vt retuli ex Aug. & ex Arausiano in principio huius c. n. 73.

Dico secundo, nec etiam donum gratiæ quod mereri de congruo Semipelagiani dicebant, consistit in modo naturali adiecto substantiæ actuum, aut physico, aut morali. Modus supernaturalis moralis consistit aut in acceptione actus in ordine ad finẽ supernaturale, aut in ordinatione ei, vel ab operante, vel à Deo in eundem finem. Modus physicus consistit in entitate quadam modalis affixa actui, & ipsum eleuante ad altiorẽ ordinem. Exempli gratia elicit liberum arbitrium se solo actum fidei, ipsi, vt est à natura, non adhæret certitudo infallibilis: at si Deus per gratiam suam infundat hunc modum supernaturalem, per ipsum modum acquirat certitudinem infallibilem. Pariter in actu amoris Dei, dum à voluntate sola fit, virtutem non habet ad amandum Deum super omnia ex motiuo supernaturali, & ad diurnã obseruationẽ mandatorum, victoriamq; tentationũ grauium: si vero Deus ipsi infundat modum supernaturale, per ipsum virtutem habebit, atque robur ad hæc omnia: sic in spe, & in alijs actibus virtutum moralium infusarum constituunt modos supernaturales proportionatos plures catholici Theol. & ita supernaturalitatẽ nostrorũ actuum declarãt. Nec in hoc physico, neq; in illo morali constituere Semipelagianos incrementum, seu augmentum, quod dicebant subiungi

35

subiungi à Deo, probo primo argumento communi: nam neq; in Casiano, neq; in Fausto verbũ legimur, quod indicet hos modos, qui scholastica subtilitate intromissi sunt: ergo credibile non est venisse in mentẽ Semipelag. Antecedẽs cõstat ex his, quæ retuli ex Cass. & Fausto c. 3. n. 20. 21. & 23.

Nec moralem.

Secundo probo in speciali, de modo moralis: nam si per donum illud gratiæ solum intelligerent acceptionem Dei actus naturalis quoad substantiam in ordine ad finem supernaturalem non recederent à Pelagio, qui etiã docebat à Deo acceptari illa opera in ordine ad finem supernaturale; immo virtute illorum consequi vitam æternã. Vnde licet recederent in merito, quod ipsi ponebant congruum, Pelag. condignum: at in incremento supernaturali fidei, atq; augmento aliarũ virtutum nõ recederent, nec plus supernaturalitatis intrinsecẽ agnoscerent in nostris potentijs, quam Pelag. Vnde cum ipsi magno pere curarint à Pelag. recedere, & ipsius errorẽ totis neruis reuertuerint, credendum non est ei in hoc articulo consensisse.

Plures Doctores possunt super naturalitate in modo. Durandus Bonavent. Marfilus Ocham. Alarcensis D. Thom. Aluarez. P. Suarez.

Hic etiam aduerte, plures Catholicos doctores constituisse supernaturalitatẽ nostrorũ actuum in his modis superadditis substantiæ actuum, vt Durandus in 1. dist. 17. q. 2. n. 21. Bonauent. in 4. dist. 17. ar. 2. q. 3. Marfilus in 4. q. 10. ar. 1. p. 2. vbi citat Ocham, & Alarcensem. Eam etiã expresse tueri videtur D. Thomas 2. 2. q. 171. ar. 2. ad 3. & in 4. dist. 17. ar. 1. q. 1. ad 6. & ar. 4. in corpore, & q. 24. de veritate ar. 14. in corpore, & in solutione ad 1. & 3. licet Magister Aluarez lib. 7. de Auxilijs disp. 65. conetur D. Thomam pro opposita sententia inducere. Et quod plus est P. Suarez tom. 1. de gratia lib. 2. c. 5. n. 4. ait, dubitari non posse D. Thomam fuisse in opposita sententia propter quãdam testimonia, quæ ibi refert. Nõ vacat modo ea examinare, neque est opportunus locus, quæ ego retuli, expressa videntur, vnde antiqui Thomistæ eam etiam, vt D. Thomæ sequuti sunt: ita Paludanus citatus, & Capreolus in 1. dist. 17. q. 1. Caietanus 2. 2. q. 171. ar. 2. ad 3. At hi Theologi licet sententiam minus probabilem sequuti sint, cum opposita sensim inualuerit, & ea de supernaturalitate quoad modum ferẽ nunquam audiatur in Scholis, quia recentiores omnes modo supernaturalem quoad substantiam in actibus defendunt; inter eos lege Magistrum Bannes 2. 2. q. 5. ar. 7. & q. 6. ar. 1. & q. 24. vbi refert Canum, Viguerrum in institutionibus ca. 10. §. 3. versu 16. Aluarez disp. 67. ad 4. Azorium 1. p. institutionum lib. 3. c. 24. q. 2. Molinam in concordia q. 14. ar. 13. disp. 15. §. 3. Lessium in tra-

Banes Casus Viguerius Aluarez. P. Azorius P. Molina P. Lessius P. Vaz.

statu de Auxilijs c. 10. Vazq. 1. 2. tom. 2. disp. 187. At non inciderunt in Malisientiu errorem, dum negãt actui elicito à nudo libero arbitrio vim meritoria comparatione huius modi supernaturalis, vt dicebam supra de actu remisso comparatione intentionis: etenim dum hæc duo contanter asseuerentur, primum gratiam præuenire liberũ arbitrium, ad quodcunq; opus pium conducens ad vitam æternam. Secundum, nullũ opus ante auxilium gratiæ esse meritoriu alicuius doni supernaturalis, nullum est periculum incidendi in semipelagianismum: ac proinde, dum Catholici Theologi affirmant actus illos, quoad substantiam naturales elicitos per solas vires naturæ, vt præcedunt ratione, & natura modum illum supernaturalem, nihil profus conducere, atque illam particulam, sicut oportet, quam primum posuit cõsiliũ Arausicanum can. 6. & postea Tridentinum sess. 6. can. 3. solum significare actum affectum modo illo supernaturali: licet magna cum difficultate suam opinionẽ defendant, propterea quod in productione illius modi supernaturalis, nec libertas, nec meritum esse possit, nec conueniens dispositio ad gratiam, quæ quoad substantiam supernaturalem est, vt in opportuno loco dicendum: at liberi sunt ab illo errore. Hoc notari rim propter quosdam Thomistas recentiores, qui in ea opinione censenda limites iustos transierunt, si autem aliqui horũ Doctores darent meritũ de congruo actui naturali omnino in ordine ad illam modum supernaturalem, siue moraliter, siue physice sumptũ, vt explicui supra n. 36. ego nõ video qua ratione ab hoc errore liberi esse possent.

Dico 3. donum hoc supernaturale, quod mereri de congruo dicebant Semipelagiani sæpe est beneficium gratiæ, à Deo solo productũ. Probatũ primo, ex Cass. in coll. 13. c. 11. & 12. atq; 13. in quibus, vt legenti constabit, censuit proter penitentiam conceptã ex solo bono vsu lib. arb. retributam fuisse Davidi peccati sui remissionem. Item Iatro Casianus ni bono propter naturale fidẽ statim fuisse repromissum Paradisum, & Abrahamum statim iustificatum fuisse, propter fidẽ exhibitã ex lib. arb. atqui remissio peccatorum, atq; iustificatio sunt dona gratiæ à Deo solo producta: ergo Cass. per beneficiũ gratiæ, quod nos mereri putauit per lib. arb. intellexit donũ, à Deo solo productũ. Rursus idẽ probo ex Fausto lib. 1. c. 9. vbi sic ait, bone voluntatis homini deputauit vsu, sibi reseruauit effici. Et enim, ergo effectũ gratiæ soli Deo tribuit, & l. 2. c. 2. de suo, ait, est quod dat gratiã, de tuo est, quod nescit offensã. Ecce gratiã soli Deo adscribit.

Arausican Tridentin

37

Donum Semipelagianorum est beneficium gratiæ à Deo solo. Fabstus



**Prosper.** Secundo, probo ex Prospero, qui in epistola ad August. ita de Semipelagianis scribit, ad gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire hominem dicunt per naturalem facultatē, petendo, pulsando, quaerendo, &c. quia ad istam salvantem gratiam initialis ope gratia meruit pervenire: ergo concedebant meritum de congruo ad gratiam, qua in Christo renascimur. Hæc autem est ipsa iusticia, qua formaliter iusti sumus, à Deo solo in cordibus nostris diffusa. Idē dixit expressē Hylar. ibi, vt eo merito, quo voluerint &c. totius sanitatis suæ cōsequuntur effectum: in tota autē hominis peccatoris sanitate includitur, & liberatio à morbo peccati, & restitutio ad sanitatē iusticiæ: ergo non possunt non intelligere beneficia à Deo solo collata. An vero in hac remissione peccatorū, quā nos mereri dicebāt, intellexerint formā iustificatē, intrinsece nobis inherētē, & interius hominē renouantē, vel solū beneficiū extrinsecæ cōdonationis, incertū mihi, nec ex Casiano, & Fausto, principia possum depromere ad definiendā alterā partē: id certū est ipsos concessisse libero arbitrio virtutē merēdi de cōgruo siue remote, siue mediā omnia gratiæ dona, quæ necessaria esse putabant ad procedendum in virtutibus, atque ad recipienda incrementa spiritualia, vsque ad perfectionem, & perseverantiā ultimā quoquo modo ea intellexerint.

**Hylarius** Præterea probari potest cōclusio, quatenus arbitrati sunt dona extrinseca gratiæ, vt propositionē legis, prædicationē, protectionē, remotionē occasionū peccandi à Deo nobis conferri propter meritū liberi arbitrii: hæc autem dona, vt constat, à solo Deo sunt, sine villa nostra cooperatione. Quod vero hæc dona nostro merito subiecerint, manifestē probant testimonia, tum Casiani, tum Fausti.

**Casianus** Casianus enim collatione 13. c. 13. ait, nō solum ab illis, verū etiam cogitationū bonarū ex Deo esse principium, qui nobis, & in iustia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutē atque opportunitatē eorū, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Ecce declarat donum gratiæ per opportunitatē recte peragendi, quod est donum extrinsecū. Eleganter, atq; expressē id dixit lib. 12. de institutis renuntiantū c. 16. ibi, sine diuinæ protectionis auxilio, inspirationisq; eius, atque exhortationis gratia posse perficere, quam scilicet cordibus nostris, vel per alium solet, vel per semetipsum nos visitans clementer infundere. Ecce ait, labores conatusq; nostros atq; studia mereri protectionē diuinā, gratiā castigationis, atq; exhortationis. Neq; intelligas, quia dixit hæc gratiam infundere in cordibus nostris aliquid intrinsecum velle significare, vt cōstat in eo quod adiecit, vel per aliud, vel per semetipsum.

Incertum, an intellexerint gratiam iustificantiem.

Casianus

Ex quo patet de externa inspiratione, seu proportionē obiecti loquutum, quia per alium nihil gratiæ internū nobis infundi potest, & c. 18. ait, gratias à nobis referendas esse nō solum, quia nos liberi arbitrii potestate donauit, sed etiam pro eis, quæ erga nos quotidiana eius providētia conferuntur (quod scilicet ab aduersariorum nos insidijs liberat, quod cooperatur nobis, vt carnis vitia superare possimus, quod à periculis nos etiam ignorantes protegit, quod à lapsu peccati communiuit, quod adiuuat nos, & illuminat) vt ipsū adiutorium nostrum, quod nō aliud quidam interpretari volunt, quā legē, intelligere, & agnoscere valeam. Ecce explicat diuina dona per extrinsecā protectionē. Hic nota in illis verbis in parētesi positis referre tacite errorē Pelagij, nō tamē illū approbare, aut reprobare.

Idem probo testimonij Fausti, qui lib. 1. de gratia, & lib. arb. c. 12. loquens de filio Prodigo ait, per insitum sibi bonum deliberans ad paternos recurrere amplexus, hæc verba interponens gratia, quæ pulsauerat peregrinanti, ipsa suscipit reuertentem. In quibus verbis Catholicum sensum habere videbatur, quatenus gratiæ tribuit primam pulsationem, atque attractionē, & eidem post cooperationē liberi arb. filij reuertentis susceptionē: at nō retinuisse bonū sensum, pater ex alijs Fausti verbis, in quibus sic ait; qui autem attrahere, nisi prædicare, nisi scripturarū consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentate metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri. Ex hoc noto cōtra P. Lesium l. de Aux. c. 10. n. 27. dum ait, Semipelagianos nō videri requirere auxilium externum quo dæmonis potentia comprimatur, nisi eatenus, vt non reddat hominem amentē, nā illa verba, quod scilicet ab aduersariorum nos insidijs liberat, significant sane aduersariorum demonum insidias, à quibus nos per externā providentiā liberat, & licet Casianus collat. 13. c. 14. dicat, Iobum solis naturæ viribus superasse multiplices illas, & tota inimici crudelitate, quas suas tentationum moles, non tamen excludit; immo sæpe inculcat in eo c. si attente legatur, adiutorij externū diuinæ protectionis cōprimētis crudeles dæmonis tentationes. Nam primo in principio eius c. sic ait, si enim contra inimicū, non sua virtute, sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque vlla virtute patientiæ suæ, diuina tantum opprobriatione suffultus. Ecce præter proprias liberi arbitrii vires, admittat diuinæ gratiæ protectionis. Secundo, sic etiā ait, licet etiam gratia Dei, non in totū illi desuisse credenda sit, quæ rantā iētatori tentandi tribuit potestātē, quanta, & illum resistendi nouerat habere virtutē, nō cum ab illius impugnatione sic protegens, vt nullū virtuti humane

Faustus

Notatur modernus

P. Lesius

humana relinqueret locum. In quibus verbis, dum detur locus aliquis libero arbitrio per vires proprias in victoria tentationum, libenter admittit quancunque aliam gratiā extrinsecam, id quod mihi manifestum videtur in fundamentis, quibus ipsi nitentur. Nam duo erant eorum præcipua fundamenta, vt dicam cap. 9. quæ multipliciter confirmabant, atque inculcabant. Primum, vt iura libertatis illēsa seruentur. Secundum, vt distributio donorum gratiæ, atque prædestinatio fieret rationabiliter à Deo, hoc est, vt ex libero arbitrio reddi possit ratio electorū, & reiectorum, ne dicatur Deus vtī, cum hominibus iure dominātis. Ad neutrum autem eorum necessarium est, vt Deus eatenus solū potentiā dæmonis comprimat, vt nō reddat hominē amentē, vt cōstat, ergo, &c. Tertio, sic etiam ait. Non enim illam fidem, quam ei Dominus inspirabat, sed etiam illam, quam vocatus semel, atque illuminatus à Domino per arbitrii libertatē poterat exhibere, experiri voluit diuina insititia. In his verbis eiusdem capituli, non solū concedit gratiā, eatenus vt dicebat P. Lesius, sed quantum necessaria est, vt habeat sensū catholicum, nisi aliunde Casianus mentem suam explicasset. Duplicem ergo fidem hic explicat. Primo, primā habitam per liberū arbitriū, quod etiā Deus liberaliter cōtulit. Secundā habitam per vocationē, atq; diuinā illuminationē, per hanc primā fides recipit incrementū, in hoc tamen diligenter obseruandum est, nec Casianū per vocationē, atq; illuminationē diuinā docuisse interna auxilia gratiæ, quæ consistunt in actibus vitalibus nostrarum facultatū, vt definitio conclusionē sequenti, sed tantum extrinsecam aliquam propositionem, qua mens nostra extrinsece atque obiectiue, vocatur, allicitur, atq; illuminatur, nec per eam secundam fidem, qua prima recipit augmentum, intelligendū esse aliquē actum fidei intrinsece supernaturalē elicitū efficiētē à libero arbitrio & à gratia nam vt doceo cōclusionē seq. semipelagiani nunquā dederunt libero arbitrio, ex parte causæ efficientis, comprincipium intrinsecū sed tantum alicuius nouæ veritatis, atq; bonitatis expressiorē obiectiuā propositionē. Quarto, deniq; manifeste id probāt alia verba, quæ habet ad finem eius capituli, quibus eleganter exemplo quodam sic explicat, quo pacto se gerat Deus in adiunādo, atq; hominē protegendo, si nutrix, inquit. pia atq; sollicita diu sū parvulum gestat, vt quandoque ingredi doceat, & primū, quidem eum reptare permittit; dein erectum, vt alterius (alias alterius) passibus imitatur dextera sua virtute sustentat, mox paululum derelictum, si titubantem viderit protinus apprehendit, nutantem suscipit, lapsam erigit, & vel arceat à casu, vel etiam decidere leniter sinens eleuat p̄st̄ ruinam, cum autem eum ad pueritiā, vel adolecētiam, ac iuuentutis perduxerit robur, quedam etiam pondera, vel labores, quibus non opprimatur, sed exerceatur in iūgu, & cū am̄ is decertare permittit. Quanto magis caelestis ille omnium pater nouit, quem sū gratiæ suæ gessit, quem libera voluntatis arbitrio in conspectu suo exerceat ad virtutem, & tamen adiunat laborantem, exaudit vocantem, non relinquit quarentē, eripit de periculo interdum etiam neſcientem. Hæc verba manifeste ostendunt non tantum Deū eatenus protegere hominem, vt inimicus animam eius amentem non faciat, & impotentem sensu, verum etiam pluribus alijs specialibus gratijs, atque beneficijs protectionis extrinsecæ. Nec obitat in Iobo Casianum explicasse protectionem diuinam, per hoc, quod compresserit inimicum, vt animam eius amentem non faceret: nam primo, ex hoc, quod in Iobo ita se gesserit Deus; non probat in alijs hominibus, id tantum præstare. Secundo, quia solum tibi vult dæmonē ita in Iobum probatissimum Dei athletā impetuisse in singulari certamine, vt præfurore ipsū impotē sensu redditurū, nisi à diuina protectione cōprimeretur.

Dico quarto, semipelagiani non agnouerunt auxilium gratiæ intrinsecum, neque ad actus necessarios, neque ad actus liberos: ita vt, tum gratia, tum liberum arbitriū, vt cō-

Duo semipelagianorum præcipua fundamenta.

Semipelagiani non agnouerunt interna auxilia gratiæ.

39

Nec ad actus necessarios, nec ad liberos

P. Suar.

P. Vazq.

P. Arrub.



fectiones virtutum, nec hominem meliorem reddunt; quippe in illis nulla inest honestas formalis: ergo cum Mafsilienfes dicebant incrementum virtutis ex gratia Dei esse, & initium ex libero arbitrio non intelligebant hos actus non liberos maxime cum in quocunque opere virtutis, tum initiali, tum prestantiori constantiter defenderent liberum arbitrium: ergo, cum per gratiam perducere ad perfectiorem, atque robustiorem virtutem dicebant semipelagiani, nequaquam intelligere potuerunt hos actus non liberos.

Obiectio. Dices, non intellexisse hos solum; sed simul etiam actus supernaturales liberos, quorum hi sunt principia.

Satisfactio. Sed contra, nec hoc consentaneum ad sua principia tueri poterant: ipsi etenim non assequerentur, quo pacto gratia interna preueniens liberum arbitrium componi cum libertate eius possit. Nam licet alio etiam fundamento niterentur: nimirum, vt reddi possit conueniens ratio electorum, & reiectorum: at hoc etiam Augustino dicentes cum gratia, atque predestinatione, quam Augustinus docebat non constare libertatem, atque adeo homines induci ad inuitabile fatum, vt constat ex epistolis Prosperi, atque Hilarij. Quod si Mafsilienfes gratiam internam preuenientem faterentur, perspectum etiam haberent, qua ratione ipsa non laederet libertatem, neque hoc vterentur fundamento: ergo nec actus non liberos, nec liberos supernaturales agnouerunt procedentes a gratia interna, & simul a libero arbitrio.

40 Prima obiectio ex P. Suar. P. Suar. Calsianus. Obijcit P. Suarez primo, verba Calsiani ex dicta collatione c. 7. ibi, *quantulam cumq; scintillam ex corde nostro emicuisse conspexerit, eam confouet, suaque inspiratione confortat.* Et cap. 8. ait, *cum ortum bonae voluntatis inspexerit illuminat eam confestim:* ergo admittit Calsianus illuminationem, atque inspirationem, quae in sermonis proprietate actus nostros internos per gratiam infusos significant.

Secunda obiectio. Obijcit secundo, quod licet posuerint primum usum liberi arbitrij ex proprijs solis viribus; at poterant deinde agnoscere alios actus perfectiores ex gratia seruata etiam libertate, & ea non obstante redderatio-nem iuste, atque rationabilis distributionis gratiae, atque discretionis inter saluandos, & non saluandos, quatenus distributio haec fiebat a Deo propter meritum solius liberi arbitrij: ergo non est cur negemus Mafsilienfes agnoscere gratiam intrinsecam in nostris facultatibus in ordine ad actus supernaturales.

Verum haec facile diluuntur. Ad primam obiectionem respondeo verba illa Calsiani

indifferentia esse ad illuminationem, atque inspirationem extrinsecam, & ad intrinsecam. Vnde, cum nullum sit verbum, quo significet internam confortationem gratiae praue-nientis potius, quam externam per obiectorum propositionem, & cum gratia externa sit magis consentanea principijs eius, vt dixi, non est cur ea verba reslinguamus ad gratiam internam. Quod vero sint indifferentia, patet etenim externa etiam propositio nouae veritatis, atque bonitatis obiecti illuminatio, est confortatio, atque inspiratio obiectiua, & quasi formalis extrinseca, quatenus ipsa veritas proposita, atque bonitas explicata, aut per reuelationem, aut per praedicationem, aut per scripturam, & si Deus non infundat interius, atque late-ter actus illos supernaturales explicatos, atque his obiectis proportionatos, allicit, atque mouet moraliter hominem ad virtutem cape-ssendam: & sane mihi non persuadeo viros alios Doctos constituisse in libero arbitrio virtutem ad substantiam actus fidei, atque aliarum virtutum sine vlla gratia interna, & eam negasse ad actus perfectissimos intra illam speciem: nam perfectio eorum actuum in sola intentione consistit, facultas autem, quae virtutem habet ad actus substantiam etiam eam habet ad eiusdem intentionem, si conari voluerit. Et licet aliquando propter graues tentationes, aut alia impedimenta occurrentia: ac propter actus excellentiam necessaria sit gratia per Christum, vt docent plures catholici Theologi: at id est quasi per accidens ratione impedimentorum, atque difficultatum, quae occurrunt in diuturna obseruatione mandatorum Dei, & in victoria grauis sine insurgentis tentationis, & inex-cellestia actus amoris Dei, per quem ipsi adhaerent super omnia; non vero ratione substantiae actus, aut perfectionis intrinsecae, aut in sua specie, aut intentione, aut in indiuiduatione: ergo cum Mafsilienfes concesserint libero arbitrio vires ad cuiuscunque actus virtutis substantiam credibilis est, etiam concessisse ad perfectionem virtutis, & solum adstruxisse gratiam esse necessariam ad consequendam peccatorum remissionem, atque iustitiam, & vitam aeternam, aut ad consequendam aliquam specialem protectionem extrinsecam Dei, per quam, & liberum arbitrium confortetur, atque adiuuetur extrinsece, vt incepto labore perseueret, & augmentum virtutis recipiat, semper tamen ex solis intrinsecis viribus liberi arbitrij. Ideo vero ad haec, quae diximus, dicebant gratiam esse necessariam, quia, vt fuisse vidimus c. 1. negarunt meritum de condigno operibus liberi arbitrij. Confirmo hoc ex Aug. lib. de Dono perseuerantiae c. 1.

c. 17. vbi haec verba, *hi cum quibus disputamus initium fidei & perseuerantiam, usque in finem: sic in nostra constitutum potestate, vt Dei donum esse non putent:* qui vero in nostra constituit potestate per seuerare in virtute usque in finem vite. Neque ad hoc admittit necessarium donum intrinsecum Dei, de quo ibi loquitur Augustinus, plane concedit libero arbitrio vires intrinsecas ad complendam virtutis perfectionem.

Satisfactio ad secundam. Ad secundam obiectionem respondeo vno verbo, Semipelagianos admisisse se per vltiore gratiam post bonum initium liberi arbitrij, vt illud crescat in virtute, non tamen internam: quia nec putarunt cum ea componi posse libertatem, nec necessariam esse ex parte principij, vt iam dixi. Solum ergo exigebat gratiam Dei per Christum ad externam protectionem, atque propositionem obiectorum virtutum, vt oblata opportunitate, actus earum exerce-ret, per virtutem tamen internam liberi arbitrij, gratia solum, extrinsece adiuuante.

41 P. Suarez. Dubitatio de gratia efficaci, & sufficienti non habet locum. Ex dictis colligo, nullum habere locum aliam dubitationem, quam mouet P. Suarez in tom. de Gratia, prologomeno 5. c. 6. n. 24. nimirum, an Semipelagiani posuerint meritum de congruo, in ordine ad auxilium gratiae sufficientis, vel efficaci: etenim dubium hoc procedit supponendo agnouisse Semipelagianos gratiam internam, quae diuiditur in auxilium sufficientis, & efficaci. P. Suarez in suis principijs, sic soluit hanc dubitationem distinguens duplicem sensum: primus est de auxilio in ordine ad perficiendum actum, cuius intuitu datur, vt consequenter adiuuet ad bonum vsu libertatis in actu perfecto supernaturali. Alius est in ordine ad futuros vsus liberi arbitrij exercendos in progressu vitae diuersis temporibus, & locis, atque opportunitatibus. Concedit Mafsilienfes posuisse meritum ex libero arbitrio gratiae efficaci in ordine ad praesentem actum, qui per vires gratiae perficiendus erat: negat vero posuisse meritum de congruo auxiliorum gratiae efficaci in ordine ad futuros bonos vsus liberi arbitrij, sed solum sufficientis.

Sententia Auctoris in alienis principijs. Licet vt dixi, haec dubitatio locum non habeat in doctrina, quam sequimur in hac quarta conclusione: quia tamen ad maiorem intelligentiam Semipelagianismi, vtile erit sententiam nostram proferre, etiam in alienis principijs, id breuiter praestabo obseruans primum, Mafsilienfes omnibus adultis, tum dignis, tum indignis, concessisse auxilium sufficientis: nam etiam in eorum sententia verum erat Deum velle omnes homines saluos fieri, atque eis ex animo praeparare media necessaria: at Mafsilienfes in eo errarunt, quod hoc auxilium sufficientis posuerint in ipso natu-

rali lumine liberi arbitrij, atque lege naturae: vnde ad illud, nullum meritum humanum petebat. At vero aliud distinguendum est auxilium sufficientis, necessarium quidem in eorum sententia ad augmentum in virtute, & ad consecutionem gloriae; hoc ipsi constituerunt in diuinis reuelationibus, in praedicatione Euangelij, in doctrina, atque extrinseca prouidentia: ad hoc comparandum exegerit meritum libertatis, ita vt non dari existimarint indignis; in quo etiam inter ipsos non fuit concursus eorum sententia. Nam Calsianus aliquando indignum gratiae Dei praue-niri dicebat, vt de deo cap. 6. nec negari nisi propter aliquem usum malum libertatis: adeo, vt in paruulis decedentibus in aetate infantili, in quibus nullus malus usus prauideri potuit, adhuc dixerint ratione bonorum, aut malorum operum, sub conditione prauiusorū hunc eligi, illum reijci, huic dari baptismum, illi negari; vt expressè affirmarunt Prosperus, & Hilarius in Epistolis ad Augustinum, a quo euidenter refutantur in libris de Predestinatione Sanctorum, & dono perseuerantiae. Sive vero hoc auxilium extrinsecum sit per extrinsecam propositionem, vt ego puto, siue intrinsecum per infusionem gratiae praue-nientis, & excitantis: De hoc potuit velle, aut infundere gratiam praue-nientem in ea congrua opportunitate, in qua praenouerat cooperaturam liberam voluntatem illi gratiae, aut velle, vt proponatur, aut praedicetur doctrina in ea opportunitate, in qua praenouerat liberum arbitrium, bene vsurum suis viribus amplexando honestatem obiecti propositi: vel e contra in ea opportunitate potuit velle infundere, aut velle proponere, in qua Deus praenouerat non esse futuram bonam operationem, immo negationem eius: & tunc ea infusio auxilij praue-nientis, quae beneficio scientiae mediae habet infallibilem connexionem cum pia operatione, siue ea obiecti propositio, quae eadem habet connexionem, est auxilium gratiae efficaci: nam quo ad hanc partem pares sunt infusio gratiae praue-nientis intrinseca, & propositio extrinseca obiecti. Ea vero quae non habent hanc connexionem infallibilem cum bona operatione, immo quae habet eam, aut negationem eius, aut cum actu contrario, erit auxilium sufficientis, vt fuisse explicui in tractatu de Auxilijs.

Obserua secundo: aliud esse, nunquam dare haec auxilia indignis, aliud esse, semper dare dignis, nam esse decretum comparatione indignorum nunquam dandi, seu semper negandi in poenam peccati actualis (nam hic loquimur de adultis). Et simul stat non esse decretum, aut infallibilem legem dandi

Prosper. Hilari us!



semper dignis, propter meritum de congruo: vt constat ex dictis a nobis cap. 3. n. 29.

42  
1. Conclusio.  
P. Suarez.

Modo dico primo; comparatione futurorum actu in progressu vitæ, non posuerunt meritum de congruo ad auxilium gratiæ efficacis Semipelagiani. In hac parte conuenio cum P. Suarez, & est per se manifesta: nam multi, qui aliquandiu bene vixerunt, atque suum liberum arbitrium exercuerunt in operibus virtutum, non perseverarunt, nec salutem consecuti sunt. Quod tam certum est, atque manifestum, vt neminem lateat: ergo meritum congruum non fuit gratiæ efficacis in ordine ad omnes occasiones totius vitæ, vsque ad decessum in gratia. Hæc conclusio alia probatione non indiget.

43  
2. Conclusio.

Dico secundo: nec ad singularem actum, immediate exercendum posuerunt Semipelagiani meritum de congruo in ordine ad auxilium gratiæ efficacis. Hæc conclusio probanda est eisdem rationibus, quibus cap. 3. n. 29. probantur meriti, Semipelagianos non posuisse meritum de congruo, in ordine ad dona supernaturalia ex lege infallibili, quas hic repetere non oportet. Ex ea autem doctrina manifestè inferitur nostra conclusio, quia si non est à Deo statuta lex infallibilis dandi aliquod donum supernaturale propter meritum de congruo,

ex Semipelagianorum sententia; nec etiam statutum est decretum dandi donum gratiæ efficacis ad singularem actum immediate exercendum. Vnde eandem probabilitatem habet hæc conclusio, quam doctrina ibi tradita.

Demum dico, nec etiã propter meritum de congruo dari semper, atque immediate auxiliũ sufficiens secundum Semipelagianorum sententiam pro singulari actu immediate exercendo. In hac conclusione loquor non de auxilio sufficenti generali, quod Semipelagiani constituerunt in ipsa naturæ constitutione, atque lege naturali, quodque confertur omnibus hominibus ante omne meritum, sed de auxilio sufficenti speciali, quod dixit P. Suarez consistere secundum Semipelagianismũ, in actibus internis vitalibus nostris. Ego verò censui, nullã gratiam internam eos admisisse, sed in eorum sententiã consistere in speciali propositione legis Euangelicæ, atque doctrinæ, vt dixi n. 39. Hoc posito, hanc etiam conclusionem probant, quæ dixi eo cap. 3. nam si non est lex statuta dandi donum supernaturale propter meritum de congruo, ex infallibili lege: nec etiã semper dabitur hoc donum speciale supernaturale gratiæ sufficientis; sed tantum aliquando; aut regulariter, prout Deo libuerit. Hæc etiam non indigent alia probatione.

44

3. Conclusio.  
Nec pro  
sufficenti  
speciali.

*Cap. V. Semipelagianos non tantum posuisse initia fidei ex nudo libero arbitrio, sed etiam aliorum operum pietatis.*

45

Aug.

Semipelagiani initia omnium operum pietatis ponunt ex libero arbitrio.



CONCLUSIO in capite præfixa probatur primũ ex verbis Augustini ex lib. de Dono perseverantiæ, cap. 17. quæ retuli capite superiori, hum. 40. in quibus affirmat, perseverantiã vsque in finem constituisse Semipelagianos, ita in nostra potestate, vt putarent, non esse donum Dei; sed perseverantiã vsque in finem in amicitia Dei continet in se collectionem omnium operum pietatis, quæ necessaria sunt sapientissimè, vt non violet homo præcepta, quæ urgent ante decessum ab hac vita, verbi gratia, castè, & sobriè viuere, colere Deũ in sacro, in præcepto ieiunare, opera charitatis exercere, & alia huiusmodi: ergo hoc ipso quod Massilienses constituerint perseverantiã in nostra potestate iudicandum est, constituisse vires in libero arbitrio, non tantum ad fidem iniciandã, sed etiam ad efficiendum alios actus virtutum.

Nullum miserum, de quacumque miseria liberari, nisi qui Dei misericordia præuenitur. Nota in his verbis, peccata vocari miseriam, & canonè huc definire contra Semipelagianos, quatenus dicebant, posse liberũ arbitrium mereri de congruo remissionem cuiuscumque peccati per actus contrarios virtutum: ergo definitiones hæc supponunt Semipelagianos posuisse in omni opere bono nos incipere, & contra omne peccatum nos conari: ergo posuerunt actus omnes virtutum ex libero arbitrio: nam aliàs definitiones hæc non viderentur ad rem.

Confirmatur ex canonibus eiusdem Arausiacani, iam sæpè allegatis, & præcipue cap. 7. n. 26, ex quibus constat, Semipelagianos dixisse, nos incipere petendo, & pulsando, quod orationem sonat, labore, & ieiunio, atque vigilia, quod sonat penitentiam, voluntate sanandi, quod desiderium expellendi quodcumque vitium, & amplectendi quamcumque virtutem: ergo ponebant in libero arbitrio initia ad omnia pietatis opera.

Denique probò, quia opus fidei, ex se, est difficillimum: ergo qui putarunt liberum arbitrium ad initia fidei sufficiens esse, potiori ratione

45  
Arausiacen. Probo secundo ex Concilio Arausiacensi, in cuius canone 25. definitur, quod in omni opere bono, nos non incipimus, & postea per Dei misericordiam adiuvamur. & canone 14. definitur,

ratione putarent ad alia pietatis opera, etiam esse sufficiens. Maxime cum quicumque actus fidei, in quantum est actus humanus, intrinsece componatur ex duobus actibus nostris: altero voluntatis, altero intellectus. Voluntatis actus est affectus credendi, qui terminatur tanquam ad obiectum ad ipsum actum fidei, quique regulatur, atque dirigetur ab alio actu intellectus practico iudicante hic & nunc prudenter, atque honeste credi posse; atque debere: actus intellectus est ipse assensus elicited a facultate intelligendi, qui exhibetur propter diuinam veritatem renelantem rei ab ipsa proposita: ergo hoc ipso, quod Semipelagiani putauerint esse vires in libero arbitrio ad actum fidei, concedunt, non in solo intellectu, sed etiam in voluntate actus honestos virtutum, quod si semel voluntati nostræ concesserunt virtutem ad opera honesta in materia fidei, quibus deberetur de congruo donum supernaturale augens virtutem in ea merita, etiam credendum est concessisse eidem voluntati virtutem ad opera honesta in alijs materijs, quibus etiam de congruo debeantur dona supernaturalia ad augenda opera earundem virtutum.

Cum expresserunt suam sententiam in fide.

Nec obstat, Semipelagianos frequentius suam sententiam expressisse, in fidei initio: nam hinc non fit negasse aliarum virtutum operationes, vt manifeste constat ex dictis; ideo vero in ore versabant frequentius credere tantum nostrum esse; quia in fide, vt in exemplo commodiori declarabant aptius suam sententiam de principio, & causa predestinationis, ne ipsa à Deo fieret irrationabiliter, vt magis constabit ex argumētis eorumdem, quæ refero, & diluo infra cap. 9.

Hinc constat, non in eo errasse Mass. quia pu-

tauerint liberum arbitrium se solo posse efficere opera supernaturalia, aut quoad modum Semipela- aut quoad substantiam, quæ essent initia salutis, vt existimarunt aliqui recentiores: etenim, dum eis daretur initium salutis ex nullo solo libero arbitrio, neque Deus posset dici personarum acceptor licet tale opus tantum esset naturale, aut morale, ipsi sane conquiescerent: nam iam daretur gratia secundum nostra merita, & gratia subiungeretur nostris actionibus: immo ipsorum errori consentaneum magis foret, quod hæc opera mere naturalia sint; nam ipsi semper contendebant in ipsa natura nuda præciso quocumque adiutorio intrinseco esse sufficientes vires ad eliciendum opera, quæ Deum mouere possent, vt intuitu ipsorum Deus hunc arriperet sua predestinatione, & dirigeret ad vitam æternam: quia initia habuit bonorum operum ex natura, illum vero relinqueret, atque reprobaret, quia non habuit: ergo ad rem ipsorum non erat constituisse in nuda natura principia ad actus intrinsece supernaturales, aut quoad modum, aut quoad substantiam. Præterquam quod tam absurda esset hæc sententiã, & tam contra bonam Philosophiam, vt si quis diceret potentiam materialem, atque corporeã virtutem ex se habere ad eliciendum actum spirituales, aut potentiam non vitalem ad actum vitalem, vt credibile non sit in tantum absurdum deuenisse: etenim tam improportionata est facultas naturalis ad actus intrinsece supernaturales, quam facultas non vitalis, & corporea, ad actus vitales, & spirituales; ergo credi non debet in hoc constituisse eorum errorem, quod nimis Philosophicum, aut Metaphysicum est. Id etiam notauit P. Vazq. i. p. disp. 91. c. 12.

*Caput. VI. Aliqui ex Massiliensibus concesserunt quosdam præueniri à gratia Dei.*

46  
Cassianus concessit quosdam præueniri à gratia.



VI legerit Cassianum in collatione 13. præcipue à cap. 15. vsque ad 18. quod est vltimum, non dubitabit ipsum proximum ad veritatem accessisse, quatenus concedebat quosdam nihil de salute cogitantes, & etiam nolentes: ita præueniri à gratia Dei, vt veluti coacti fuerint ipsius efficaciam ingredi viam salutis, & credibile est alios habuisse in hac parte assensum. Hoc vero Cassianum dedisse doctrinæ catholicæ constat primo ex eo cap. 15. ibi quod etiam Evangelicarum vocationum exemplis

possumus approbare, Andream namque, ac Petrum ceterosque Apostolos nihil de salutis sue remedio cogitantes, spontanea gratia sua dignatione præelegit. Et post pauca, inuicem, ac repugnantem attrahit Paulum. Alium ita præcepit sibi inseparabiliter inherere, vt ei postulanti breuissimas pro sepultura Patris non concedat indurias.

Constat secundo ex c. 17. ibi diuersis, atque in numeris modis, & inscrutabilibus vijs Deum salutem humani generis procurrare, & quorundam quidem volentium, & sitientium cui sum ad maiorem inuitare flagrantiam, quosdam vero etiam nolentes, inuitosque compellere, & nunc quidem, vt impleantur ea, quæ vtiliter à nobis desiderata perspexerit

spexerit adiuuare : nunc vero etiam ipsius sancti desiderij inspirare principia , & vel initium boni operis, vel perseverantiam condonare, & post pauca, in eo enim, quod prior aduocat, & ignorantem nos, atque inuitos attrahit ad salutem protektor, atque saluator est: in eo autem, quod annitentibus nobis opem ferre refugientes, quae suscipere, ac munire concesserit, susceptor ac refugium nominatur.

Tertio, constat ex c. 18. ubi haec habet elegantissima verba, & idcirco fide non dubia, & ut ita dicam palpabili experientia comprobatur vniuersitatis Deum veluti piissimum patrem, benignissimumque medicum, secundum Apostolum indifferenter omnia in omnibus operari, & nunc quidem salutis inspirare principia, & inserere vnicuique bonae voluntatis ardorem: nunc vero ipsius operationis effectum, & consummationem donare virtutum, & nunc a ruina iam proxima, lapsusque praecipiti, etiam inuitos, & in suos reuocare: nunc autem occasiones, & opportunitates salutis ingerere, ac praecipites, violentosque conatus a lethalibus dispositionibus inhibere, & alios quidem volentes, currensque suscipere: alios vero nolentes, renitentesque pertrahere, & ad bonam cogere voluntatem. Haec sufficiunt, ut videas Cassianum gratiam praenientem in quibusdam agnouisse. Praeterea con. Araus. can. 8. haec habet verba. Si quis alius misericordia, alius vero per liberum arbitrium quod in omnibus, qui de praenicatione primi hominis nati sunt constanti sententia hominum ad gratiam baptismi posse venire, contenti a recta fide probatur alienus, in quibus ipse Cassiani error videtur damnari. Nam illa vox alius misericordia, & alius libero arbitrio distinguit quosdam consequentes gratias baptismi ex misericordia, per quam gratia praenientur, & quosdam ex meritis liberi arbitrij; duo vero in his testimonijs in dubium vocari possunt: primum an haec gratia praenientem sit interna: & pars, quae affirmat eisdem testimonijs probari videtur, quatenus hanc gratiam praenientem appellat principium inspirans, & bonae voluntatis ardorem incertum. Quae verba in propria significatione gratiam praenientem intrinsecam denotare videntur.

47 An interna illa gratia.

Arausican.

Secundum, an in his, in quibus admittit hanc gratiam praenientem meritum nostrum existimauerit ledi libertatem, vi eius gratiae. Et pars, quae affirmat, probari videtur eisdem testimonijs, quatenus ait, quosdam nolentes, inuitosque compelli, & ita pertrahit renitentes, ut ad bonam cogat voluntatem: ergo Cassianus existimauit hanc gratiam praenientem, si interna est in praenientis, ledere libertatem.

48 Dubitat auctor.

Quoad vtrumque dubium, haereo dubitabundus: equidem, si quis vellet multum insistere in vocum rigore, in vtroque dubio partem affirmantem facile tueri posset, maxime

cum ea magis sit consentanea principijs Massiliensium, atque Cassiani, qui quidem in hoc articulo recessit a reliquis. Quapropter ne inconstantia in doctrina ab eis redargueretur, dicere poterat in his gratia Dei praenientis ex eius efficacia ledi liberum arbitrium, & Deum uti iure dominantis, eos vero dicere poterat esse quosdam eximie praedestinos, ad idque potuit moueri ex testimonijs sacrae scripturae, atque exemplis, quae in his locis copiose allegat: ceteros vero communes praedestinos non praeniri gratia, eamque Deum impartiri propter meritum ipsorum; ita ut labori humano gratia subiungeretur. Nam si etiam in gratia praenientis, componere cogatur liberum arb. cum gratia, & rationale distributione gratiarum, libera a vitio acceptionis personarum euidenter conuincitur poterit incostantia in doctrina: nam ut haec duo in his paucis hominibus coniungit vitando incommoda, propter quae Massilie. posuerunt initium, & causam praedestinationis ex nobis; ita in hominum vniuersitate illa poterat vitare, & in totum a Massiliensibus recedere, atque ad August. eiusque discipulos se conferre. Nec adfirm.

49

Quia vero non possum mihi persuadere, ut Cassianum non defendisse libertatem in omnibus, licet verba oppositum sonare videantur; ideo demum magis propendo in partem negantem in vtroque dubio: nam si in omni praedestinato libertatem arbitrij tuebatur, & ideo negauit gratiam internam ex parte facultatum, quia putabat eam cum libertate constare non posse, ut dixi c. 4. n. 19. necessum est, cum in his testimonijs affirmat, Deum in quibusdam inspirare sancti desiderij principia, & initium boni operis, atque inserere bonae voluntatis ardorem, intelligere de principio extrinsecum, tenente se ex parte obiecti proponente clare, atque distincte bonitatem obiecti, ex qua propositione naturaliter excitatur in nobis affectus, seu ardor quidam in tale obiectum: is vero affectus, & ardor siue sit actus indeliberatus, siue deliberatus a solo elicitur libero arbitrio. Id confirmo ex eodem Cassiano dicente, cum Deus prior aduocat & ignorantem, atque inuitos attrahit ad salutem obire munus protektoris, atque saluatoris: munus autem protektoris, atque saluatoris extrinsecum est. Vnde in eo c. 18. explicans hoc ipsum, exempla adhibet in extrinsecis protectionibus, ibi, nunc autem occasiones, & opportunitates salutis ingerit, ac praecipites, violentosque conatus a lethalibus dispositionibus inhibet. Ecce praenire gratia in sensu Cassiani est offerre salutis occasiones, & opportunitates, & praecipitis cohibere lethalis conatus: hoc vero totum extrinsecum est.

Nec

Nec etiam, cum ait Deum compellere inuitos, atque nolentes, & cogere ad bonam voluntatem sibi vult, & si voces id sonent libertatem laedi: etenim cum subita, atque efficax extrinseca illustratio in causa est, quod homo se conuertat in meliorem partem, licet ea conuersio libere fiat, si tamen homo ille in peccato erat, & ad terrena vitia affectus: verum est Deum sua diuina illustratione nolentes, atque renitentes, quantum est ex vi status, atque dispositionis praecedentis pertrahere, sua tamen voluntate trahitur, non vi, non coactione rigorosa; sed tantum morali per vim allicientem, non per virtutem determinantem; ergo haec Cassiani testimonia, non omnino cogunt affirmare ipsum concessisse in gratia praenientis auxilium intrinsecum ex parte facultatum, & negasse libertatem arbitrij.

50 Licet vero hac ratione Cassianus libertatem ab inconstantia in doctrina in puncto libertatis: at in alia parte, quod nimirum in incertum voluntatis diuinae duci cogatur in his hominibus gratia praenientis, quod erat praecipuum fundamentum Massiliensium, liberari non potest.

51 Compendium erroris Semipelagianorum.

Licet vero hac ratione Cassianus libertatem ab inconstantia in doctrina in puncto libertatis: at in alia parte, quod nimirum in incertum voluntatis diuinae duci cogatur in his hominibus gratia praenientis, quod erat praecipuum fundamentum Massiliensium, liberari non potest. Compendio ergo colligens, quae circa errorem Semipelagianum dixi, primum censeo eos non contulisse meritum de condigno. id fuisse probauit c. 3. censeo secundo, hoc meritum de congruo non esse cum infallibili lege donandi donum gratiae, id probauit c. 3. n. 29. in his duobus discesserunt a Pelagio, qui

Caput VII. Quid sentiendum de Chryso. an cum Cassiano senserit.



LICET de alijs viris illustribus suspicio irreplevit, an infestati fuerint errore Semipelagiano, ut ad finem huius c. mentionem facio: nihilominus, quia de Ioane Chryso. Episcopo Constantinopolitano, eximio Ecclesiae graecae doctore, acrior subortus est controversia inter recentiores Theologos grauissimos: quippe, quae maioris momenti, ideo mentem Chrysi. in hac parte aggredior indagandam; id vero comode praestabo, si quae ex Chryso. hinc, atque inde adferuntur verba, atque indicia, ad vnguem examinauero, & quantum probent, diiudicauero.

52 P. Vaz. P. Vaz. Cassianum facit Semipelagianum infestum.

Atque imprimis P. Vaz. r. p. disp. 91. c. 8. n. 44. existimat Chry. cōsensisse Cass. immo hunc ex Mag. Cassiano hausisse suam sententiam, de quibusdam praenientis gratia, & de alijs gratia praenientibus, de qua disserui c. 6. quia ut in Cassiano varia testimonia reperiuntur in quibus hanc attestatur sententiam: ita & in Chryso. quae in progressu subiiciem.

posuit meritum de condigno remissionis peccatorum, & salutis: ac per consequens infallibilem legem. Censeo tertio: donum si per naturale, in ordine ad quod ponebant meritum de congruo, quod quae appellabant incrementum, atque augmentum huius, non esse maiorem actus intentionem. Id probauit c. 4. n. 34. Neque esse modum supernaturalem, aut physicum, aut moralem intrinsecum actui. Id probauit n. 36. Censeo quarto: donum hoc supernaturale a solo Deo produci. Id probauit n. 37. Censeo quinto, non esse intrinsecum nostris potētibus, ut principia actuum aut non liberorum, aut liberorum. Id probauit n. 39. Censeo sexto, omnem gratiam, quae agnouerunt Semipelagiani, extrinsecam esse & consistere in propositione legis, & doctrinae, & protectione, atque gubernatione extrinseca: in his Semipelagiani non recesserunt a Pelagio, nisi quatenus ipsi hunc modum gratiae dixerunt esse necessarium ad perfectionem, consummationemque virtutis: Pelagius vero solum ad faciliorem obseruantiam mandatorum, atque consecutionem gloriae. Censeo septimo, non tantum posuisse initium fidei ex libero arbitrio, sed etiam initia omnium operum pietatis. Id probauit c. 5. Censeo octauo, Cassianum, & asseclas (si quos habuit) agnouisse quosdam praeniri gratia ante merita, hanc vero gratiam neque inter nam fuisse, nec libertatem laesisse; id probauit & explicui in hoc capite numero 46. & sequentibus.

52 Chryso. Cassianum diaconum ordinavit.

Verum haec leuis coniectura est; nam licet Cass. profiteatur se esse discipulum Chry. atque fidelem auditorem in lib. de Incarnatione D. aduersus Nestorem haeticum ad finem: at cum solemne sit discipulis Mag. suis plura super imponere, vel ipsos excogitare noua leuibus fundamentis, haec coniectura non potest esse alicuius momenti, & forte propter haec adiuuata Cass. praeter mentem Chrysi. post aliquos annos, & postquam diaconum ordinavit ab ipso expulsus est: ita attestante Ioanne Trithemio in catalogo virorum illustrium, & post hanc expulsiōem apud Mass. praebiter consecratus fuit, ubi suam haec doctrinam seminavit, & Monachos Massilienses in eam induxit.

Adducit secundo idē P. Vaz. verba Chrysi. ex tom. 3. hōm. 17. in Ioanem super illa verba, conuersus autem, Iesus sic scribetis, hinc ad moneri possumus Deum suis in nos beneficijs non stras non praenire voluntatis, sed a nobis incipientem esse, sed cum nos prompto parato animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas in nobis offert salutis occasiones. In ijs verbis clarissime Chry. videtur

Chryso. i. testim. Ab ipso post ea expulsus. Chryso. videtur

Maldon. verba Maldonatus in c. 1. Ioannis affirmat  
Maldona- Chryso-  
tus Chryso-  
stomum per  
admodum cautis, si nō sensu Pelagio fauere.  
bis non cau-  
ris fauere  
Pelagio. Respondēo tamen, nec hoc testimonium  
conuincere intentum, in quo duas inuenio  
locutiones, quæ sono vocū fauere vidētur  
Semip. altera negatiua, cum ait, nostras non  
preuenire voluntates: altera affirmatiua, cū  
ait, a nobis incipiēdu esse. Verū sensus prio-  
ris locutionis esse potest nostras non ita  
præuenire volūtates, vt lædat arbitrium; ita  
enim se explicuisse videtur idē Chryf. tom.  
4. ad Hæbreos c. 7. hom. 12. morali, ibi, oportet  
enim nos primū eligere, & tūc offert, quæ sua sunt  
non præuenire nostras voluntates, ne perdat nostrum  
liberū arb. Itaq; solum negat præuenientem  
gratiam prædeterminantem, & libertati ad-  
uersariam, non autem suauem, & congruam.  
Quæ etiā ratione Damascenus lib. 4. de fide  
c. 2. ait, Deū non prædesinare, seu prædestinare  
nostros actus, hoc est, non prædeterminare cō-  
tra libertatē. Quid verō significet, cum ait,  
nos primū eligere, quod etiam videtur fauere  
Semip. iam explico. In altera verō affirmati-  
ua, cū ait, a nobis incipiēdu esse, solum signifi-  
cat, liberū etiam nostrum arbitrium coo-  
perari, non tamen excludit gratiā ab ea coo-  
peratione. Nec obstat Chryf. adijcere, tunc  
Deū multas in nobis offerre occasiones salutis, cū  
nos exhibemus prompro ani. nō ad suscipiendam gra-  
tiam: nam id referendum est ad alia vteriora  
auxilia, quibus, & magis proxime disponi-  
mur ad suscipiendā iustitiā, & remissionē  
peccatorum, ac demum in gratia perseuera-  
mus: itaq; promptus, & paratus animus ex  
gratia præparatur, non tamen sine coopera-  
tione lib. arb. ad suscipiendā vteriorē gra-  
tiam, vt etiam adnotat Sixtus Senensis lib. 4.  
innot. 101. Hanc fuisse eius mentē possumus  
confirmare, ex ipso Chryf. tom. 4. in epist. ad  
Cor. hom. 12. super illa verba Pauli, quis est,  
qui te discernit, &c. vbi sic ait Chryf. non enim  
quæ sunt recte facta, sed Dei gratia, etiam si fidem  
dicas, ea exitit ex vocatione, & si illius remissionē  
peccatorum, si dona, ac charismata, si docendū ratio-  
ne omnia ex inde accepisti: quid ergo habes (inquit)  
quod nō habes acceptū a ipse ex te ipso recte existi-  
non potes hūc dicere: sed accepisti. In his verbis  
fidem, quæ est prior actus in progressū iustifi-  
cationis, & fundamētum ceterorum fateatur  
esse ex vocatione: non ergo negat vocatio-  
nem præuenientem, sed solum affirmat a no-  
bis etiam illam incipere, & cooperationem  
lib. arb. immo si rem hanc attentius inspiciā-  
mus inueniemus Chryf. propriissime loquu-  
tum, cum ait, a nobis esse incipiēdu, & oportere

53  
Testimoniū  
difficile cō-  
tra Chryso-  
stomum ex  
planatum.  
Chrysof.

Damascen.

nos primū eligere: nā posita gratia præuenien-  
ti ex parte lib. arb. & composita cum ipso,  
vt super naturalitas actus tribuitur gratiā,  
tanquam causā proximā, atque directā, nō  
tamen sine lib. arb. ita determinatio, & exi-  
stentia exercita operis, tanquam causā pro-  
priā, & directā tribui debet lib. arb. licet nō  
sine gratia: hāc enim petūt immunitatē iura  
libertatis, atq; indifferentiā, vt non ab alio,  
sed a se ipso, licet comitante gratia incipe-  
re debeat ipsa determinatio, & exercitium  
operationis; vt fusius explicui tractatu de  
auxilijs: propriissime ergo, & sine periculo  
erroris dixit Chryf. a nobis esse incipiēdu, &  
oportere nos primū eligere.

Præterea ad hoc confirmandū est optimū  
locū Chrysof. ex hom. 22. in Genesim, vbi  
defendens nostram libertatē, ait, vidisti quō-  
modo sui iuris naturam nostram Dominus formauit,  
& post pauca, non ne manifestum, sua quæque vo-  
luntate, vel malitiam, vel virtutem eligere nam  
nisi ita esset, & naturæ nostræ potestas insita esset,  
nec illos puniri, neque istos virtutum retributiones  
accipere oportet. Ne quis vero putaret plus iu-  
sto lib. arb. tribuisse, sine debita mentione  
gratiæ, adiecit hæc notanda verba, verū, quia  
in nostra voluntate totum post gratiam Dei relictum  
est: ideo, & peccantibus supplicia proposita sunt,  
& bene operantibus retributiones. In his verbis  
post gratiam: ideo ait, totum nostræ volun-  
tatis relictum, quia in potestate ipsius est be-  
ne vti gratia oblata a Deo; quemadmodum  
habituibus vtitur, cum volumus. Nec quia  
dicit totum in nostra potestate relictū; ideo  
totam operationē soli tribuit arbitrio: nā  
dixerat post gratiam, supponens ipsam iam  
infusam, atq; solum sibi vult, quod supra di-  
cebat, nimirum actuale in determinationē  
ipsi tribui, tanquam causā directā: atq; adeo  
tantum abest, vt Chrysof. periculose  
loquatur, vt accurate consortium gratiæ, cū  
libero arbitrio, & modum cooperationis  
eius explicauerit.

Est etiam ad hoc ipsum confirmandū aliud  
elegantisimum testimonium tom. 3. hom.  
44. in Ioannem super illa verba Matthei 16.  
beatus est Simon Bariona, quia caro, & sanguis non  
reuelauit tibi, vbi sic ait, quod significat non parua  
rem esse fidem, sed super nō indigere auxilio, quod  
per totum Euangelium generosa cuiusdam animæ,  
& inspirationis diuinæ esse contendit. In his ver-  
bis ad fidem coniungit vtramque princi-  
piū, & generosum liberi arbitrij, & su-  
pernum auxilium inspirationis diuinæ. Ne  
vero quis putaret, plus in his verbis gratiæ  
dedisse, & nimium depressisse vires liberi  
arbitrij, vt explicet ipsum suas etiam par-  
tes habere, hāc his verbis format oblectio-  
nem,

Chrysof.

Chrysof.  
Pro Chry-  
sof. elegā  
testimonij  
Matthei.  
16.

nem. Sed dicit fortasse quispiam, si omne, quod  
dat Pater venit ad me, & quoscumq; traxerit, &  
nemo potest venire ad te, nisi datum sit ei desu-  
per quibus Pater non dat, y nullo crimine tenentur.  
Ad hanc obiectionem respōdet, verba hæc  
inania, & friuola esse, opus est enim voluntate  
nostra. Ecce, & tractionem patris, & coopera-  
tionem voluntatis nostræ ad fidem exigit. Hoc  
testimonium pro sana mente Chrysof. mi  
hi efficax foret, nisi viderem ipsum explicans  
postea hoc supernum auxiliū ad fidem neces-  
sarium in reuelatione constituisse, in illis ver-  
bis, quæ post pauca sequuntur, docere enim cre-  
dere voluntatis, hic autem nihil aliud ostendit his  
verbis (quod dat mihi Pater) quam non paruum  
quiddam esse credere, atq; humanam cogitationē  
superna indigere reuelatione, & anima, quæ eā si-  
deliter accipiat. In quibus omne gratiæ auxiliū  
videtur ad reuelationē retulisse, nisi dicamus,  
per verbum accipiat ultra reuelationem si-  
gnificatam esse gratiam internam in anima re-  
ceptam.

54  
Pro defen-  
sione Chry-  
sof. no-  
tantur te-  
stimonija  
Scripturæ.  
Ierem. 30.  
Psal. 118.

1. Reg. 3.

55  
Hieronym.  
Suffragan-  
tur Chry-  
sof. locu-  
tio Hiero-  
nymi.

Præterea, in defensione Chrysof. notare  
possumus quædam scripturæ testimonia, in qui-  
bus initiū boni operis, videtur homini tribui,  
& fortè propter dictā causam, quia ipse est prin-  
cipium se determinans: nā qua liber est, nō po-  
teat ab alio determinari. Ita loquitur Isaias cap.  
30. Expectat Dominus, vt misereatur vestri, qua-  
si dicat, nō stat per ipsum liberare vos a miseria  
peccati, sed tantum expectat cooperatio-  
nem vestram, & David Psal. 118. ait, de se ipso,  
præueni in maturitate, & clamauit, hoc est, ora-  
tione præueni beneficium accipiēdu a Deo;  
non tamen sine gratia. Pariter 1. lib. Reg. cap. 3.  
preparate corda vestra Domino, ergo credendū  
est, Chrysof. hāc phrasim sacre Scri-  
pturæ imitatum. Rursus ex sanctis patribus quæ-  
dam testimonia notare possumus, qui pariter  
ac Chrysof. loquuntur Hieronymus lib.  
3. aduersus Pelagiū in principio vbi, aiens, bap-  
tismum præterita donare peccata, non futurā ser-  
uare iustitiā, quæ labore, & industria, ac diligē-  
tia, & semper super omnia Dei clementia custo-  
ditur, vt nostrum sit rogare, illius tribuere, quod  
rogatur, nostrum incipere, illius perficere, nostrū  
offerre, quod possumus, illius implere, quod non  
possumus. Hæc verba non minus sapere viden-  
tur Semipelagianisimum, quam Chrysof. mi:  
ergo, vt ea bonum sensum habent: nam nemo  
dixerit Hieronymum accerrimum gratiæ de-  
fensorem, & Pelagij impugnatorem in illis tri-  
bus libris, hac labe, vel leuiter maculatum: sen-  
sus ergo est nostræ cooperationis esse ora-  
re, incipere, nos deuotos exhibere, non ta-  
men sine gratia, & Dei esse tribuere iustitiā  
remissionem peccatorum, aliaq; vberiora au-  
xilia. Qua ratione P. Vazquez supra num. 48.

explicat Hieronymum, ea etiam Chrysof. sto-  
mum poterat explicare.

Secundo, Ambrosius lib. 2. de Abrahā, cap. Ambros.  
7. sic, inquit, talē te præbe bonis studijs, & prop-  
ta fide, vt Deus tui misereatur, & vocet te. Quæ sicut.  
verba Vazquez supra intelligit in ordine ad  
vberiora auxilia nos debere prima gratia exci-  
tatos, promptos exhibere: ergo id ipsum de  
Chrysof. dicere poterat. Maxime cum suā  
etiam mentem catholicam in necessitate gra-  
tiæ in alijs locis a nobis notatis explicauerit.

Tertio, Hilarius in Psal. 118. in illa verba, in-  
clina cor meum, sic, ait, est ergo cum a nobis ora-  
tus exordiū, vt munus ab eo sit. Deinde, quia de-  
rius.  
exordio nostro munus est eius, ex nostro rursum est  
vt exquiratur, & obtineatur, & maneat. In his  
verbis, licet dicat exordiū orationis a nobis ef-  
se, nemo dixerit, si illū Hilarij locū legat, ipsum  
in Semipelagianismū impegisse: nā vt diximus  
de Chrysof. in ea homil. 44. in Ioannem si-  
bi Hilarius obicit ita, si omnia a Deo sunt, huma-  
na ergo ignorantia caret culpa, cū nihil obtinere  
possit, nisi, quod donatū a Deo sumpserit. Ad quā  
obiectionē, ita respōdet, & primū hoc impia est  
voluntatis existimare, & post pauca, sed omnem  
occasionem huius impie excusationis Prophetas  
submonit; primum enim cum orat cōueniens infir-  
mitatis sue egit officium: dehinc Dei munerebus  
humana deuotionis studia connexuit. Et infra, &  
in ceteris quoq; loquitur de Dauide, vtrumq;  
quodā cōplexu sibi inuicē colligauit: prius enim,  
quæ a Deo sunt cum honore præposuit, & tunc,  
quæ hominis sunt cum humilitatis officij sui con-  
fusione subiecit: ergo cum pariter Hilarius, &  
Chrysof. loquantur, & eodem modo obie-  
ctioni, quæ ipsis fieri posset, satisfaciant, nes-  
cio cur notetur Chrysof. Semipelagianis-  
mus, & liberetur Hilarius.

Hilarius.  
Et Hila-  
rius.

Optatus Me-  
liuitanus.  
Et Opta-  
tus Meli-  
uitanus.

Quarto, Optatus Meliuitanus lib. 2. cōtra Par-  
menianum, qui habetur in 2. tom. Bibliothecæ  
sacre exprimens illud Ioannis. 1. si dixerimus,  
quod peccatum, non habemus, &c. sic, inquit,  
est Christiani hominis, quod bonum est velle, quod  
bene voluerit currere: sed homini non est datū  
perficere, &c. Quæ verba sanū sensum habent,  
quia non negant gratiam ad primū velle, & illā  
petunt ad perfectionē, aut ad perseuerantiam  
consequendā, ad quæ necessariū est speciale pri-  
uilegiū gratiæ: ergo pariter Chrysof. potest  
defendi, atq; explicari. Mitto alia: nam hæc  
sufficiunt, atq; superfluent, vt intelligamus il-  
lud testimonium Chrysof. mi ex homil. 17. in  
Ioannē longè ab esse a sententia Masiliensium. Nō potest  
Sed obicies; quare vt explicamus Chrysof. Casianus  
tomū, Casianū etiā nō explicamus? Respōdeo explicari  
primo, nō esse locū explanationi Casiani prop vt Chrysof.  
ter verba a me cita. a cap. 3. n. 20. 21. & 22. & tomus.  
quia Gelasi' Papa in suo decreto quod habetur Gelasius.  
X x in

56

Prosper.

Arausican.

57 P Vazq. Chrylost. 2. Chry. sof. testimoniu

P Molina. P. Molina Chrysof. mo errasse innuit.

Faunt ex rori duo Chrysof. mi exem- pla.

in cap. sancta Romana 15. dist. opera Casiani numerat inter apocripha, & quia Prosper scrip sit cõtra Collatorem. Denique, quia ex nostro cap. 5. constat, ipsum expresse admisisse liberũ arbitrium gratiam præuenire in quibusdam; cuius sententiam damnauit Arausicanum se- cundum, vt ibi notari num. 47.

Tercio, adducit P. Vazquez, vt probet Chry- softomum fauissẽ Semipelagianis verba eiusdẽ in Epistolã ad Hebræos ad caput 7. homil. 12. in morali, vbi sic, ait, est ergo in nostra, & in ip- sius potestate; oportet enim nos primũ eligere, & tunc affert, quæ sua sunt, nõ præuenit nostras volũ tates, ne perdat nostrũ liberũ arbitrium; quando autẽ nos elegerimus, tum nobis multũ affert auxi liũ. Propter hæc etiã verba censet P. Molina in cõcordia q. 14. ar. 13. disp. 41. quod sicut Au- gustinus sine culpa antequã esset Episcopus re nõdum bene perspecta, & examinata, quã pos- tea occasione Pelagianorum diligẽtius discuf- sit, in eo fuit errore, vt crederet initiũ fidei esse a nobis, ita etiã Chrysofomũ cum intelligere non valeret, quia nam ratione libertas arbitrij nostri salua posset cõsistere, si Deus sua gratia nostram præueniret electionẽ credidisse elec- tionẽ, qua primo acceptamus bona, eaq; face- re decernimus, esse priorem ipsa Dei gratia. Vt hoc asserat expendit magis P. Molina hunc Chrysofomũ locũ notans illa verba, ecce nõ dor- miet, neq; dormitet, qui custodit Israel, & ne des incommotionem pedem tuum, non dixit nõ com- mouearis, sed nõ des: igitur in nostro arbitrio est nõ dare, & in nullo alio. Si enim voluerimus stare firmi, & immobiles non cõmouebimur. In his ver- bis soli libero arbitrio dat nõ cõmouere: ergo soli libero arbitrio dat liberare se à vitiosa ac- tione resistendo occasione peccandi. Ad idem etiã intentũ, ego expendo duo exẽpla, quibus

Chrysofomus vtitur ad suã mentẽ declarandã, vt exempli causa dico, ait, videmus ades pulchre edificatas, & dicimus totũ esse artificis, quamquã nõ totũ sit eius, sed, & operariũ, & Domini, qui præbet materiã, &c. sed tamẽ quoniam ille, quod plus est attulit illius totũ esse dicimus. Alterũ exemplum, & rursus, inquit, in multitudine vbi sunt multi omnes esse dicimus, vbi autem pauci, neminem: sic etiã dicit Paulus, nõ volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. Hic autem duo magna, & præclara efficit, vnũ quidem ne effera mur etiã si curras, etiã si studiũ ponas, inquit, ne tuum esse existimes, quod recte gestum est. In his exẽplis plane videtur aliquid dare, licet parũ li- bero arbitrio, vt in ædificio aliquid habet ope- rarius, & Dñs præbens materiã distinctũ ab eo, quod habet artifex, vt in multitudine in qua ali- qui absunt re vera nõ sunt omnes: ergo pari ra- tione si illa verba Pauli nõ est volẽtis, neq; cur- rẽtis secundũ mentẽ Chrysofomũ totũ tribuit

Deo in eo tantũ sensũ, quod totũ ædificiũ tri- buimus artifici, & quo affirmamus esse omnes in multitudine, in qua aliqui absunt, re vera Chrysofomus aliquid tribuit soli libero arbi- trio cõdistinctũ ab eo, quod præstat gratia. Vnde de ita cõcludit, Non enim suũ esse totum voluit Deus, ne videretur nos temerẽ coronare, neq; rur- sus nostrũ, ne incidamus in arrogatiã: nã si cũ mi- norẽ habeamus partem efferimur, & præclare de nobis sentimus, quid faceremus si totũ esset in nos- tra potestate: ergo Semipelagianismo fauet.

Rursus versus finẽ ita, ait, vides, quod oportet nos priores mũdare, & tũc Deo mũdat: nã cũ prius dixisset, lauamini, mũdi stote, tũc subiunxit egode albabo, alludit ad verba Isaie c. 1. Ergo tribuit ini- tiũ purgationis à peccatis soli libero arbitrio.

Negabit nemo hoc testimonium, vt à nobis propositũ est grauẽ difficultatẽ ingerere, Didac- cus Aluarez tractatu de auxilijs disp. 22. n. 23. post relata verba P. Molina, & aliã solutionem desumptam ex verbis Chrysofomũ in homil. de Adam, & Eva, quæ habetur in 1. tom. quæq; incipit, Deus institutor mundi, ad quam statim redeo non quiescens in ea solutione. Tandem negat verba illa haberi in originalibus græcis Chrysofomũ, & fuisse à Pelagianis illius ætatis inserta, vt auctoritate Chrysofomũ suam hære- sim confirmarent: & hoc quosdam viros doc- tos adnotasse.

Verum hæc solutio friuola est, & inanis: dum enim non nominat viros doctos in speciali, & fundamẽta adfert ad affirmadũ corruptũ esse à Pelagianis hoc Chrysofomũ testimonium, hoc suum assertum credibile non facit, præsertim, cum discursus totius illius homiliæ ad id tẽdat: nã alias nihil esset in Chrysofomo, aut in alio Ecclesiæ patrẽ certã, & indubitatã auctoritatis.

Addit secũdo Aluarez, nec materialiter sanc- tũ Chrysofomum errore Pelagianorũ infectũ esse, cum in alijs suorũ operũ scriptis recte de gratia Christi senserit, ac præsertim in homil. de Adã, & Eva de qua feci mẽtionẽ, cuius ver- ba prolixè refert. At nec hoc Chrysofomũ tu- tamẽ solidũ est: nã homilia illa est incerti aucto- ris, vt in capite eodem annotatur. Et animad- uertit P. Molina, & plane affirmat Card. Bellar. in lib. de scriptoribus Eccles. in obseruatione in tomũ primũ Chrysofomũ, id colligit, satis ve- ro similiter ex eo, quod duo integra capita vi- delicet tricesimũ primũ, & tricesimũ secundum in ea inserta sunt ex lib. latino de Eccles. dog- matibus: liber autẽ iste habet auctorem Chry- softomo posteriorem, nimirũ Gennadiũ Mas- siliensem, quẽ ipse misisse creditur ad Gelasium Papam, vt suæ fidei redderet rationem.

Qua propter etiã locus iste Chrysofomũ eã- dẽ recipit interpretationẽ, eamq; propriissimã, quã accomodauimus secũdo testimonio supra num.

58 Difficile est hoc testi- monium. Aluarez. Aluar. in merito as- serit ver- ba illa Chryso- fomo inserta ab hereticis.

Card. Bellar.

59

Explica- tus ab au- thore Cory- so.

Causa di- versã de- terminati- onis, non est gratia, sed liberũ arbitriũ.

num. 53. & cõfirmauimus, tũ ex eodẽ Chryso- tomo, tũ ex sacra Scriptura, tum ex alijs patri- bus n. 54. & 55. Quia verò ipsa verba difficilia sunt opere præteritũ sensum catholicũ eis spe- cialiter applicare. Et primo cũ (ait) esse in nosira & in Dei potestate, oportet cõiungit duo princi- pia necessaria: cũ vero (ait) oportet nos primũ eligere, nõ excludit gratiã, quã iam supposue- rat esse à Deo, atq; esse necessariã. Quia autem determinatio, seu exercitiũ operariõis tribui- tur voluntari, vt causã directã; vt diximus n. 53. Ideo, ait, priorẽ esse nostrã electionẽ, priorita- te quadã causã directã, quatenus per illã opti- ma redditur causalis in hoc quæsito. Quare vo- luntas se determinat: Nec enim respõdemus cõ- gruerter, quia gratia, quæ est alterũ principũ eã determinat, sed quia ipsa se pro suo arbitrio inflectit: & hoc est in phrasi Chrysofomũ, nos primũ eligere, nullatenus gratiã excludendo. Et cũ, ait, & tunc affert, quæ sua sunt, plane loquit- ur de beneficio supernaturali à Deo solo col- lato, nimirũ de infusione infuit, ac de cõdona- tione peccatorũ, hæc appellat sua propria Dei, quia in immediata infusione nulla intercedit cooperatio liberi arbitrij, quippe nos tantum passiuè nos exhibemus in suscipiẽda gratia ius- tificatẽ. Cũ verò, ait, nõ præuenit nostras volũta- tes, ne perdat nostrũ liberũ arbitrium. Iam dixi, tantum negare præmotionem prædeterminan- tem cum libertate pugnantem. Demum ea vlti- ma verba, in hac prima parte huius testimo- nij, quando autem nos elegerimus, tunc nobis mul- tum affert auxilium. Intelligentia sunt, cum nos prima gratia bene vtentes elicitus bonã ope- rationem, Deus confert vberiora auxilia, qui- bus viam mandatorum curramus.

Difficiliõr est secunda pars, propterea, quod ita (ait) esse in nosiro arbitrio, non dare incommo- tionem pedem nostrũ, vt non sit in potestate alica- ius alterius. Verum, hæc etiã propriissimã acci- piunt significationẽ, eamq; catholicã, verba Chrysofomũ formalia hæc sunt, dare ergo est in nosira potestate, nõ in alicuius alterius, hoc est, ita exerceas suã propriã libertatẽ, vt nos exer- cemus cũ honeste operamur; nã licet Deus li- berẽ infundat gratiã præuenientẽ necessariã, quæ nõ negatur a Chrysofomo, at ea semel in- fusa bonus vsus per immediatũ exercitiũ liber- tatis in nosira tantummodo potestate est, non quod gratia non influat: sed quod in eo influxu nullus alius nisi sola creatura formaliter, atque immediate suã libertatẽ exerceat; quippe, qui Deus infusa semel gratia in manũ, atq; cõsilio liberi arbitrij, creati prætermisit eius bonum vsus, aut abusus. Vnde actus bonus compara- tione voluntatis humanæ formaliter, & imme- diate liber est: comparatione verò Dei tantum- mediate, & denominatiue.

Demũ, tertia pars adhuc difficilior est: in qua duo producit exẽpla, in quibus si stricte intelli- gatur videtur ita partẽ effectus tribui vni cau- sã, vt nõ tribuatur alteri, sicut in ædificio mate- ria tribuitur domino, figura artificialis optifici, & alia quæ intercedunt, operarijs. Si verũ esset actũ supernaturalẽ, cui inest meritũ ad gratiã, esse naturalẽ, quo ad substantiã, & supernatura- lẽ quoadmodũ, vt docuerũt graues Theologi, quos allegaui cap. 4. n. 36. Hæc tertia pars testi- monij accomodatissimã exẽplo haberet decla- rationẽ: nã in eo actũ pars materialis esset sub- stantia actus, eãq; dominus exhiberet domino libertatis, modus illẽ intrinsecus esset, quãsi for- ma eleuas, quæ ita respõderet gratiæ, vt figura ar- tefacti respõdet artifici, & nõ esset nostrũ totũ, sed, quod plus est Deo foret tribuẽdũ, quia su- pernaturale Dei est: quod quia nos eleuat ad ordinẽ gratiæ, & adfert valorem meritorij plu- ris estimandũ est, quam tota materia, seu actus substantia: Ecce in hac opinione, quæ huc vsq; censura Theologica notata non est; modus lo- quendi Chrysofomũ sanus est. Sed nec ea opi- nione necessarium est nam licet tota substantia actus supernaturalis sit, at sunt in ea quadã præ- dicata, quæ respõdent voluntari, vt est princi- piũ vitale, & liberũ cõmuniẽ eis, & alijs actibus virtutũ abquisitarũ cõtentis intra cancellos na- turæ, licet hæc prædicata sola ratione distingui- tur ab vltimis differentijs, à quibus accipiunt supernaturalitatem; at sunt veluti fundamentũ, & materia cõparatione differentiarũ supernatu- ralis, quia genus, vt dicunt logici analogiam ha- bet ad materiã, differentia ad formã: cum ergo volũtas nostra, quæ est domina suæ actionis do- minio libertatis sit causa directã vitalitatis, & libertatis, quæ reperiuntur in actibus supernatu- ralibus, iã domino respõdet materiã, & gratiæ forma, & nos totum nõn efficiamus, & Deus ef- ficat, quod plus est, & vera sunt in omni rigore, quæ affirmat Chrysofomus.

Nec obstat, in exemplo ab ipso producto, figuram respondentem artifici distinctam esse, ante operationem intellectus à materia: nam non curabat Chrysofomus de his minu- tijs in exemplo, nec eum tantũ stricta similitu- dine illud adducere vult, vt eandẽ peni- tus velit esse distinctionem in opere nostro, vt à gratia, & à libero arbitrio, quæ est in arte factõ, vt à Domino materiã exhibente, & vt ab artifice formam inducente. Pariter res- pondendũ est ad aliud simile de multitu- dine, & ad verba, quæ restabant. Quia verò, hæc explicationem confirmaui supra ex ip- so Chrysofomo num. 53. & infra numer. 66. alia adducemus, quæ eadẽ nõ mediocriter iu- uabunt; hic opus non est alia confirmatione.

Quarto loco adduci potest Chrysofomus

Modus lo- quendi Chry- soft. de sen- ditur in- na opinio- ne.

Defendi- tur in vera sententia.

3. Testim. Chrysof.

60





in fauorē Massiliensiu in homilia 42. in Genes. vbi loquēs de Patriarcha Abrahamo, dicēs animā eius esse imaginē quādam animatam varijs virtutū coloribus depictā, & expendens virtutē huius Patriarchæ, & reprehendens segnitiam virorū fidelium in lege gratiæ sic, ait, *Et istuc ipsum, quod Patriarcha, qui ante gratiæ tempus, & ante legem fuit à seipso, & à scientia, quæ natura insita est in tantum peruenit virtutis fastigiū, sufficit vt omnes nostras excusationes refuet. At fortē dicent aliqui, quod vir ille multā à Deo gratiā consequutus sit, & omnium Dominus eius singularem habuerit curā, fateor ita esse, & ego. Verū nisi primū, & ipse, quod suū erat fecisset nō tanta à Domino obtinisset. Et post pauca, attende, inquit, quomodo primū in omnibus virtutis sue iudiciū exhibuerit, atq; sic diuinū meruerit præsidium. In his verbis tria habet, in quibus consentire videtur Semipelagianis. Primū à scientia naturæ insita peruenisse in tantum virtutis fastigium. Secundum, initium virtutis ipsum meruisse seipso, hoc est proprio libero arbitrio. Tertium, per hoc initium obtinuisse, atq; meruisse alia vberiora diuina præsidia.*

Rursus in eadē homilia idem repetit super illa verba, *num celabo Abraham puero meo, quæ ego faciam, &c.* sic scribens, *scit enim abdita cordis nostri, & quando videt volentes, quæ oportet, ac sanam præferentes mentem manū porrigit, & ante labores remunerat.* Ecce ponit bonam voluntatem ex nobis, & ipsis subiungit adiutorium gratiæ, quam significat per diuinæ manus porrectionem: immo cū Deum remunerare dicat, innuit in nostra voluntate aliquale vigere meritum gratiæ. Et post pauca, *Nam cum sciat imbecillitatem humanæ naturæ, & nō in arduis, & difficilibus nihil se posse putet, inter laborandū ita suum auxiliū, & remunerationes præbet, vt, & labor aleuietur, & feruor crescat.* Ecce affirmat nostrā naturam imbecillam, non nihil posse in arduis, & Deū conanti laborare, suum auxiliū præbere, quod vocat remunerationē, quia in labore per naturam incapto aliquale meritum constituebat, ac demum per auxiliū Dei aleuari laborem, & feruorem crescere. In hoc loco expendit naturam discreuisse à gratiā hoc ipso, quod illam dixerit imbecillam, & nō nihil tantum posse in arduis, & difficilibus: nam si loqueretur de ipsa instructa gratiā, neq; appellasset imbecillā, nec dixisset, nō nihil, sed totū posse vi gratiæ quantumuis essent ardua, & difficilia. Alia habet in ea homilia, quæ eandē doctrinā redolent, sed quæ propofui difficilio ra sunt, quibus si sufficientem explicationē adiungere possimus ex ea, alia accipient lucem.

Verū nec hoc testimonium, licet satis difficile cogit nos cōsentire P. Vazquez, & alijs appingētibus Chrysofostomo errorē Semipelagianū:

nā in prima parte huius testimonij Chrysofostomus cōsiderabat Abrahamū, nec per legē scriptam, nec per euangelicā exterius illustratū; sed tantū lege naturæ ductum: at nō negauit gratiā internam communem omni legi tenentē se ex parte facultatū nostrarū, per quam quotquot iusti fuerunt in omni lege iustitiā consequuti sunt: Nō verō hāc gratiā internā exclusisse. Probo primo, quia in illis verbis, *qui ante gratiæ tempus, & ante legē fuit*, solū excludebat extrinsecam protectionē legis scriptæ, & euangelicæ. Secundo; quia dixit Abrahamum, *à seipso & à scientia, quæ natura insita est in tantum peruenit virtutis fastigiū.* In his verbis, si gratiā internam exclusisset, nō tantū Semipelagianizaretur, sed etiā Pelagionem plane faueret, quippe concederet libero arbitrio, nō tantum initia virtutum, verum etiam perfectionem, atq; consummationē. Tertio; quia plane fatetur ipsum Abrahamum multam à Deo gratiā cōsequutum, & omnium Dominū ipsius singularem habuisse curā. Quæ verba cum intelligi nequeant de gratiā extrinseca legis scriptæ, atq; euangelicæ doctrinæ, necessario admittunt gratiā internam: Vnde cum dixit *à scientia, quæ natura insita est peruenisse ad fastigium virtutum*, non remouebat gratiam præuenientem, & adiuuantem, atq; eleuatē natiuam nostram virtutem seu radicalem, atq; remotā facultatem, quam à natura insitam habemus ad hoc, vt ad ordinē supernaturalem euehamur à Deo medijs auxilijs supernaturalibus. Cum verò in vltimis verbis huius testimonij dixit, *Verū nisi primū, & ipse, quod suū erat fecisset, &c.* plane loquitur de cooperatione liberi arbitrij, cum prima gratiā auxiliatrice, quæ sanè optimè declaratur, per illa verba, *quod suū erat*, secundū dicta à nobis supra, hanc cooperationē appellat primam, quia libero arbitrio, vt causā directā tribuitur ipsa determinatio quo ad exercitiū. Quiavero huic cooperationi gratiæ Dei in est aliqua vis meritoria cōparatione aliarum gratiarum, ideo dixit, *non tanta à Domino meruisset.*

Secūda pars testimonij, adhuc magis vrget nihilominus illa prima verba, *quādo videt volentes, quæ oportet, ac sanā præferentes mentē*, intelligo de cooperatione liberi arbitrij nō excludēdo gratiā: quia in his nullū est verbū, quod eā excludat; cū vero, ait, *Deū manū porrigere, & ante labores remunerare*, intelligit de vberioribus auxilijs, quæ quidem Deus præstat bene conanti, & incipienti ex gratiā ante labores, hoc est, vt à laboribus huius vitæ, atq; impedimentis occurrentibus executio non retardetur, aut in totum impediatur. Eodem modo intelligo ea verba, *nā cū sciat imbecillitatem humanæ naturæ*; nā Chrysofostomus cōsiderat nostram fragilem naturam debili, & exigua gratiā instructam in

Non conclusiua tiam internam.

in ordine ad ardua, atq; difficilia, & ideo, ait, nō nihil, hoc est aliquid tantū posse; quia nec diu, nec constanter ardua huius vitæ impedimenta superare potest, licet aggrediatur quoquo modo victoriam, & tunc præsto adest Deus auxilio validiori, atq; robustiori, quo, & labor aleuiatur, & feruor crescit, & omnia tandem superantur. Quod verò per verba, quibus significat imbecillitatem naturæ humanæ, non excludat gratiam saltem exiguam, effici videtur ex eo, quod cum in ipsa aggressionē arduorum, & difficilium suas etiā partes habeat imbecillis nostra natura, qui affirmat nō nihil eam posse: dum nō, ait, *eam solam non nihil posse*, non excludit gratiæ adiutorium. Ad hoc confirmandum, produco ex Ambrosio lib. 1. in Lucam circa illa verba, *visum est, & mihi*, insignem sententiam, *non ipsi soli*, inquit, *visum est: non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei* (inquit) *qui in me loquitur Christus, quid vt id, quod bonū est, nobis quoq; bonū videri possit, operatur. Cui enim miseretur, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur potest interrogatus, cur esse voluerit Christianus? Respondere visum est mihi, quod cum dicit, nō negat Deo visum: Deo enim præparatur voluntas hominū; vt enim Deus honoretur à sancto, gratia Dei est. Quæ verba, & optimè declarāt præcipuas partes gratiæ in opere pio, & illis verbis, *visum est, & mihi*, optimam adferunt explicationem congruentē etiam locutioni Chrysofostomi: nam vt non excluditur gratia in illis verbis *visum est mihi*, ex eo quod adscribitur humanæ sententiæ ea definitio ita Chrysofostomus nō excludit gratiam ex eo, quod affirmet, *humana naturæ imbecillitatem*, aliquid posse in arduis, atq; difficilibus.*

Quinto loco adduci potest testimoniū eiusdē Chrysofostomi ex homil. 27. in Genes. vbi agēs de penitentiā latronis sic ait, *nā vbi viderit volū tatis nostræ firmū propositū, & feruenti nos desiderio ad se accedere nō tardat, neq; differt, sed accellerat suamq; solitam liberalitatem exhibens dicit adhuc loquente te, dicā ecce ad sum: ergo dat libero arbitrio voluntatem aliquam salutis, quod dicebant Semipelagiani esse velle sanari. Sed hæc verba, nō tā difficilia explicari sunt, ac ea, quæ huc vsq; retuli, illa habet Chrysofostomus post mediū eius homiliæ pergens ad finē, in ijs verò tantū sibi vult, breui nos tempore cōsequi à Deo posse veniā nostrorum peccatorum: nam latro, ait, *in cruce, neq; vno die opus habebat, & quid dico die vno? neq; breui hora. Tanta est Dei erga nos misericordia.* Itaq; ad rē Chrysofostomi, tunc nō erat sermō habere de solo libero arbitrio, & ei tribuere desiderium salutis. Deniq; fauere videtur Chrysofostomus tom. 3. homil. 13. in Ioānem, quatenus ipsam hominis formationem vocat gratiā, eamque nos accepisse nullis*

Ambrosius

62

Chrysof. 4. Testimonium Chrysof.

Explicatur.

63

5. Testimonium.

præcedētib; meritis nostris. Qui modus loquē di sapit Pelagianismum: nam Pelagius in Concilio Diophysitano hac nominis æquiuoca significatione decepit Patres Græcos eius Concilij: ergo, & cetera.

Verum cum ipsa formatio hominis beneficium, atque gratia non in probanda ratione dici possit, licet postea in Concilijs, & patribus contra Pelagium, & reliquas eius significatio restricta sit ad significanda dona naturæ superaddita ipsam euentia ad ordinem supernaturale condistincta à dono creationis, & ab his, quæ ad ipsum consequuntur, Chrysofostomus in sano sensu creationē gratiā appellare potuit, maxime cū huius nominis gratia restricta, atq; limitata significatio post Chrysofostomum à Concilijs, & patribus explicata atq; usurpata sit. Hactenus, quæ adferuntur cōtra Chrysofostomū produximus atq; discussimus, & qua potuimus ad sanum sensum reduximus. Vidēda modo, quæ in fauorē adducuntur, atque examinanda.

Quotquot post P. Vazquez scripserunt defensionē Chrysofostomi, pro virili suscipiunt: quidā, vt specimen pietatis erga Chrysofostomum præferant, quidam, vt cum P. Vazquez manus cōferere videatur, ex nostris P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa predestinationis c. 8. ex professo, P. Petrus Arrubal in præfati disp. 75. c. 3. & P. Iustinianus 2. tomo in Epistolas Pauli in explanatione capitis 2. ad Philippens. super illa verba *Deus est enim, qui operatur in vobis*; ex alienis Magister Lorca 2. to in 1. 2. materia de gratia disp. 11. & Didacus Alvarez lib. 3. de auxilijs disp. 22. Quia vero omnes hi à Patre Suarez de præfati serunt, quæ in fauorē Chrysofostomi satis leuiter produciunt: ideo, quæ à P. Suarez expēduntur sigillatim examinare decreui, atq; in primis, quibusdā vtitur cōiecturijs, vt Chrysofostomum defendat. Prima, quod doctrina catholica contra Semipelagianos clare docetur à Paulo; Chrysofostomus vero tam versatus in Pauli Epistolis mentem Pauli ignorare non potuit in hoc articulo; quod si non ignorauit, neq; contradixit.

Sed hæc coniectura nō est magni momenti, primo, quia Massilienses putabāt, suā sententiā antiquorū patrum calento esse firmatam. Vnde Prosper in Epistola ad Augustinū sic, ait, *obstinationem suā vetustate defendunt, & ea quæ de Epistola B. Apostoli Pauli Romanis scribentis ad manifestatiōem diuinæ gratiæ præueniētis electorū merita proferuntur a nullo vnquā Ecclesiasticorū, ita esse intellecta, vt nūc sentiuntur affirmāt*: ergo licet Paulus satis expresse doceat cōtrariā doctrinā Semipelagianis; at antiqui patres Paulū explanātes, nō ita expresse loquuti sunt, maxime Græci, vt opinari nō potuerit Pauli mētē, vt explanatā ab his patribus aliā nō fuisse. Porro Hilarius Arelatēsis in Epistola ad Augustinū nomine

Explicatur.

64

P. Suar. P. Arrubal. P. Iustinian. Lorca. Alvarez.

Examen testimonio rum, & cōiecturaru, quæ a Doctoribus adferuntur in fauorem Chrysofostomi.

1. Coniectura in fauorem.

Leuis.

Prosper. Massilienses in fauorem adducebant Patres antiquos.

Hilarius Arelatēsis.

nomine Malsiliensium, sic scripsit, quid opus fuit huiusmodi disputationis incerto, tot minus intelligentium corda turbari? Neq; enim minus vtiliter sine hac definitione, aiunt, tot annis a tot tractatoribus, tot precedentibus libris, & tuis, & aliorum: tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos Catholicam fidem fuisse defensam. Ad hæc vero respondens Augustinus lib. de predestinatione sanctorum cap. 14. (ait) quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui prius, quam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad soluendum questione versari? quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Vnde factum est, ut de gratia Dei, quid sentirent breuiter, quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent: immo erant vero in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesie disputabant. Intelligit Manicheos, qui euerendam putarunt libertatem arbitrii, & ipse Augustinus de se lib. 1. retractatio. cap. 9. Respondens ad quædam testimonia ex suis libris de prompta, male à Pelagio intellecta, quibus confirmabat libertatem contra Manichæos ante Pelagianam hæresim, sic, ait, in his, atq; in huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur; putant Pelagiani, vel putare possunt, suam nos tenuisse sententiam; sed frustra putant: voluntas, quippe est quæ, & peccatur, & recte viuatur, quod his verbis egimus. Et post pauca, quod in alijs opusculis nostris satis egimus, istos inimicos huius gratiæ nouos hæreticos resellentes, quamuis, & in his libris, qui non contra illos omnino, quippe illi nondum erant: sed contra Manichæos conscripti sunt de libero arbitrio, non omnimodo de ista gratia reticimus, quæ nefanda impietate conatur auferre. Quod si antiqui patres locos Pauli, in quibus gratia hæc docetur leuiter tetigerunt, quia nulla circumspecta orta hæresi necessitatem, non habuerunt eam ex Paulo haurire; sed potius libertatem nostram confirmare, mirandum non est, si Chrysoströmus ex Paulo eam non eruerit: etenim facta Scriptura semper intelligenda est, ut à Patribus Ecclesie illustratur.

65 Id efficaciter confirmat coniecturam hanc non esse magni momenti, quod in locis Pauli, in quibus docetur hæc gratia, semper Chrysoströmus, ita eos interpretatur, ut det locum libero arbitrio ad incipiendum bonum opus. Duo habet Paulus præcipua testimonia. Primum ex Epistola ad Rom. cap. 9. ibi, igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Quam conclusionem colligit Paulus ex Malachia 1. cap. Vbi dicitur Iacob dilexi, Esau odio habui. Et ex c. 33. Exodi, vbi dixit Deus Moyfi, Miserebor cuius miserebor misericordiam præstabo, cuius miserebor, quorum sensus est, non esse iniustitiam ullam apud Deum in

eo, quod propria voluntate, & non ex operibus Iacob elegerit, & Esau reiecerit: nam (inquit) afficiam beneficijs, quem afficere voluero, & misericordiam præstabo, hoc est, liberabo à misericordiam peccatorum, quem voluero liberare. Ex ijs Paulus optime colligebat, non esse volentis, neq; currentis, utiq; propria voluntate: Chrysoströmus verò intelligit hunc locum, dicens, ex Pauli sententia solum haberi diuina consilia, atq; abditas, & penitus occultas rerum causas humano ingenio, non esse curiose peruestigandas. Quis enim explicet? cur Deus Iacob dilexerit, Esau verò odio habuerit? Cur item, vni misericordiam impertiat, alterum verò iuste puniat? Toletus in hunc locum ait, ideo sic exponere Chrysoströmum, quia perseuerat in sua opinione existimans, Deum vnum eligere, alterum non, ex eo, quod præuidit in vno aliquid boni, quod non in alio. Porro ad illa verba, igitur non volentis, & c. duas adhibet interpretationes: prima, Paulum hæc in propria persona loquentem, non tamē, ut soluentem, & definitentem quæstionem propositam, sed ut magis vrgentem: ergo putabit Chrysoströmus, Paulum affirmatiuè non dixisse, igitur non volentis, & c. Sed disputatē: ergo dabat locum libero arbitrio ad ponendum initium bonæ operationis ex se. Altera, non est volentis, neq; currentis tantum, sed etiam Dei miserentis. Ecce dabat etiã suas partes libero arbitrio. Contra hæc interpretationem obicit Augustinus lib. 1. ad Simplicianum. q. 2. Si ea vera esset, ut dixit Paulus non est volentis, sed Dei miserentis: ita dicere potuisset non est miserentis Dei tantum, sed etiam volentis, & currentis est hominis. Similia habet in Enchirid. cap. 32. Verum hoc prætermisso: ex his satis constat ex hoc Pauli testimonio, Chrysoströmum non eliciisse gratiam præuenientem omne bonum initium ex libero arbitrio.

Secundum, habet Paulus in Epistola ad Philipenses cap. 2. ibi, Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere. Ex quo, qui a Luthero, & à Caluino nomen habent, deducunt liberum arbitriū euertere. Alij vero catholici physicam prædeterminationem ad actum volendi, contra vtriusq; fuisse disputati in tractatu de auxilijs. Chrysoströmus verò sic exponit, quæ sequitur Theophylactus, & Theodoretus Græci, quia, ait, voluntatis promptitudinem ad bene operandum, quæ inuenit in nobis, iuuat, auget, & promouet: ideo operatur in nobis velle: quia bene operando propiores sumus, & fortiores ad eadem bona opera iteranda, & augenda. Vnde etiam P. Iustinianus ait, cautè accipienda esse, quæ hoc loco scribit Chrysoströmus: nam dixit, si volueris, tunc operabitur velle: in quibus innuit aliquale velle nostrum, semper præcedere, & licet Iustinianus defendat Chrysoströmum propter alia verba, quæ subdit dicens, non te iste metus angat, & ala-

& alacritatem voluntatis ipse nobis dat, & operationem: at etiam in eodem loco, dixit, Chrysoströmus, etenim vbi voluerimus, de cætero augetur propensionem voluntatis. In quibus significat initium bene volendi in nobis præcedere: ergo in his testimonijs Chrysoströmus mentem Pauli, ita intellexit, ut concedat locum bene incipiendi libero arbitrio. Igitur coniectura prima P. Suarez magi momenti non est.

67 Secunda, sumitur ex Cælestino Papa in Epistola ad Gallos, vbi Pontifex confirmat Augustini doctrinam contra Malsilienses. Et eos reprehendit, ut perniciosè, & nouiter contra patrum sententiam opinantes. Quod si Chrysoströmus esset à parte Malsiliensium credibile non est, Pontificem contra eius doctrinam tam acerbe acturum. Huic secundæ coniecturæ adiunge tertiam ex Arausicano 2. quod contra Malsilienses coactum fuit, & continet auctoritatē Leonis primi approbantem sententiam Augustini, in quo ad finem canonum affirmatur, doctrinam illam esse acceptam à patribus; hoc non diceretur, si contraria patronum haberet Chrysoströmum.

Neque hæc duæ coniecturæ maioris momenti sunt: nam distinguere debemus errorem damnatum in se; ab exploratione personarum, quæ eum contentiosè tuentur, Cælestinus, & Leo primus in Arausicano damnarunt errorem in se, atque declararunt personas, quæ se prodebant in contentiosa eius defensione, & perturbabant fratres religiosos deprimendos, corrigendosque esse; non tamen explorarunt, qui nam ex scriptoribus, aut sanctis patribus, qui præcesserunt in eundem impegissent errorem, neque hoc declararunt. Nos vero quo ad personam Chrysostrómi in hoc versamur. Porro licet Chrysoströmus aliquo modo ipsum insinuaauerit, non tamen tam aperto Marte eum expressit, atque defendit, sicut Cassianus, & Faustus Regiensis: decuit ergo Pontifices Maximos sollicito studio, quo semper intendunt sedare Ecclesiam suam errorem excrescentem, & fratres religiosos perturbantem succidere: interim relinquendo antiquos Patres, nec explicando, an contineatur in eorum scriptis.

68 Quarta coniectura sumitur ex Concilio Palestino Episcoporum Orientalium, quod refert Augustinus Epistola 106. colum. 11. & 12. & affirmat in eo fuisse damnatam sententiam Semipelagianam antequam esset exorta. Quod si Chrysoströmus eam teneret, non damnaretur: nam Concilia Orientalia adherere solent sententijs Patrum Græcorum, & maxime Chrysostrómi, qui tunc vivebat, & cuius doctrina vigebat, in manibusque omnium versabatur, præcipue si verum est, quod aliqui dicunt adfuisse ei concilio.

Hæc coniectura est non contemnenda: at non potuisse ad Concilio: quia obiit anno Domini 407. Sexto Innocentij, & decimo tertio Arcadij, & Honorij: Diospolitana vero Synodus celebrata fuit anno 415. aut 416. mense Decembri, Innocentij decimo quarto, Honorij 21. secundum Chronographos, vide Varonium tom. 5. anno 407. Gordonium ibidem, & Bellarminum in sua breui Chronographia. Secundo, non oportet, licet in ea Synodo iacta fuerint fundamenta ad euerendam hæresim Semipelagianam, & aliquæ eorum propositiones damnentur: at ex professo errores Pelagij propositi sunt, atque damnati, ut constat ex actis eius Concilij, quæ refert P. Suarez 1. tom. de gratia, prologomeno 6. cap. 3. in quibus non damnatur assertio, quæ affirmat, naturam nostram ex se aliqualē habere posse conatum, licet non perficere consummationem mandatorum, quod postea ex professo à Cælestino, & Leone primo in Arausicano secundo funditus euersum est: cum ergo in Concilio illo Palestino, non ageretur de hoc tam subtili errore, neque etiam exploratum esset, an Chrysoströmus ipsum tutaretur: an etiã damnabilem contineret doctrinam, non probat illa coniectura propter Chrysostrómum Synodum Diospolitana abstantem iri à disquisitione, atque damnatione Pelagij. Obserua hic, Concilium Palestinum appellari Synodum Diospolitana, quia celebratum est Diospoli ciuitate Palestinæ.

Quintam coniecturam summit ex Augustino; quod in ea Epistola 106. pronunciet, catholicam Ecclesiam semper tenuisse hanc doctrinam, & quod lib. de predestinatione sanctorum cap. 14. affirmet, antiquos Patres contrarium non docuisse, sed de gratia Dei quid sentirent breuiter, & transitorie attigisse, & in speciali Chrysostrómum interpretatur lib. de natura, & gratia cap. 64. & lib. 1. contra Iulianum cap. 6. & 7. & lib. 2. cap. 6. vbi notat P. Suarez, Augustinum dicere Chrysostrómum eo tempore se vere fuisse loquentem in Ecclesia Catholica, quia Pelagiani non dum erant exorti. Cæterum ad hanc etiam coniecturam dici potest in prioribus testimonijs Augustini, nimirum in Epistola 106. & in eo cap. 14. in speciali non agere de Chrysostrómo. Nec quia Augustinus in vniuersum proferat, Ecclesiam semper eam doctrinam tenuisse, statim fit hunc patrem, aut illum, aut illud determinate nihil docuisse, quod oppositam non sapiat: ut constat in pluribus exemplis v.g. Ecclesia semper tenuit Angelorum substantiam omni corpore, etiam tenuissimo carere; nihilominus plures patres censuerunt habere corpus subtile, atque aereum; sic in alijs sexcentis. In alijs testimonijs verum est non

Nō cōtem-  
nenda.  
Chrysostrō-  
mus nō ad-  
fuit Con-  
cilio Pa-  
lestino.  
Baronius.  
Gordonius.  
Card. Bel-  
lar.  
P. Saar.  
Palestinū  
Concilium  
quare ap-  
pellatur Sy-  
nodus Dios-  
politana.  
69  
August.  
5. Coniec-  
tura.  
Non myl-  
tū vrges.



natim de Chrysofomo sermonem instituere. At in eo lib. de natura, & gratia cap. 64. non exponit Ioannis Chrysofomi verba, quae nos proposuimus. Nec ibi aliquid habet momenti pro Chrysofomi defensione, nisi in quantum non affirmat errasse, & ut quid hoc ab Augustino affirmaretur. In libro vero primo contra Iulianum cap. 6. nihil habet de Semipelagiano errore, sed tantum vindicat Chrysofomum ab impostura Iuliani, de negato peccato originali, quem eiusdem testimonij couincit. Idem profequitur cap. 7. adiuncta magna copia testimoniorum ex patribus Ecclesiae; idem demum lib. 2. cap. 6. ex Ambrosio, & Chrysofomo, in quo capite ego non lego verba, quae notauit P. Suarez.

70  
6 Coniectura.  
Cyprian.  
Ambros.  
Nazianz.

Sexta coniectura sumitur ex alijs patribus Graecis, quos allegat Augustinus pro sua sententia, ut in lib. de praedestinatione sanctorum in principio, & de dono perseverantiae cap. 14. ubi affert Cyprianum, & cap. 19. & 23. ubi Ambrosium, & Nazianzenum propter verba similia ijs, quibus utitur Chrysofomus, quae statim refero: ergo ut hi patres alieni sunt a Semipelagiano errore: idque probat Augustinus eorum modo loquendi. Idem sentiendum est de Chrysofomo: quod vero ipse tam loquatur in fauorem gratiae, quam illi partes, probat P. Suarez conferens quaedam testimonia, primum ex tom. 1. homil. 28. versus finem, ubi egregie loquitur de gratia, & cum proposuisset impedimenta ad fidem, hominibus suadendam subdit, *praeuia gratia sustulit haec omnia.* Verum, hoc testimonium non est magni momenti: nam ibi Chrysofomus loquitur de gratia miraculorum, quam habuerunt Apostoli, ut fidem diuinam orbi persuaderent, nam sic, ait, *vidisti illiteratos piscatores contemere tot furentes populos, & ad caedes, ac mactationes paratos? At tu dilecte audiens haec omnia, quae sunt, ne tribue illis? (Loquitur de miraculis,) sed diuina gratia, quae confirmat, & instruit illorum alacritatem, quia, & ille Beatus Petrus cum ex utero matris claudum, rectum faceret omnibus obstupescantibus, & admirantibus suam ipse gratitudinem declarans, inquit, viri quid in nos intenditis, quasi, qui propria potentia, vel pietate fecerimus illum ambulare, &c.* Vbi profequitur se illa miracula parrasse virtute Christi Domini a Iudaeis negati, & Pilato traditi, & non obstante hominum illorum illiteratorum, & idiotarum abiecta sorte philosophorum ora obturasse, orbem quasi alatos transcurrisse, quae omnia, inquit, egerunt quin aliquid obstaculo esse possit, quia *praeuia gratia sustulit haec omnia, & magna facilitate operati sunt per ipsa obstacula maiorem accipientes alacritatem.* Semipelagiani vero, non negabant gratiam necessariam esse

P. Suar.

Nec est magni momenti.

ad eximia Apostolorum opera, sed tantum ad aliquantulam boni operis inchoationem: ergo parum fauet Chrysofomi hoc testimonium ad eiusdem defensionem.

Secundo, adducit ex homil. 38. in Genes. ubi Chrysofomus inter alia, ait, *alioquin preces nostras semper praeueniens:* Sed neque hoc testimonium alicuius momenti est; nam ibi agit Chrysofomus de muliere Cananae, quae dicebat Domino Matthaei. 15. *miserere mei Domine, quia filia mea male a Daemonio torquetur.* Vbi ponderat Chrysofomus sine responso eam relictam a Domino clementissimo, cum alioquin *preces nostras semper praeueniat*, hoc est, annuat rationi nostrae concedens, quod legitime petitur, & cum conditionibus necessarijs ad efficacem orationem. Itaque ibi non agit de gratia praeueniente ad pium opus; sed de diuina coeptione liberali praeueniente preces nostras concedendo postulata, neque in tota ea homilia verbum habet, quo indicet fidem Cananae a gratia initium habuisse.

Matth.

Tertio, producit verba Chrysofomi ex tom. 4. homil. 12. in primam ad Corinth. circa illa verba cap. 4. *quid habes, quod non accepisti.*

Hoc testimonium ego retuli supra num. 53. & ei adiunxi alia duo, alterum ex homil. 22. in Genes. alterum ex homil. 44. in Ioannem, & factis expedi. Propter quae ibi ego iudicavi, Chrysofomum, non esse alienum a sano sensu. Poterat autem quis ea eneruare duplici ratione, prima dicens in quibusdam agnouisse gratiam praeuenientem: in alijs negasse cum Casiano, de quo capite 6. Secunda, dicens, per diuinam gratiae vocationem intelligere externam legis propositionem, a qua fides initium habeat: sed nullus Theologus sine iniuria Chrysofomi fundamento harum rationum uti poterit. Non prima, quia discrimen illud nusquam suorum operum insinuauit; sicut Casianus ex professo docuit, & quo ad potuit confirmauit. Non secunda; quia cum gratiam agnoscat ad fidem, & nomen gratiae propriissime significet praeuenientem internam censor rigidus erit in Chrysofomum, qui eam ad externam restringat.

Autem Chrysofomum iudicat sane sensisse.

Quarto, producit alia verba ex homil. 8. ad Philippes. nimirum, *et propensionem voluntatis ipse nobis praebet, & operationem.* De hoc testimonio egi num. 66. ubi dixi quaedam verba, non recedere a Semipelagianis: ibi enim, ait, *si volueris, tunc operabitur, ut velis, & ubi voluerimus de cetero augebit propensionem voluntatis.* Qua propter hoc testimonium, non iudico magni ponderis.

Philipp.

Demum, adducit P. Suarius homil. 38. ad populum Anthiochenum; ubi agit de humilitate, & ait, *oportet humiliari te, quod alios praetergressus in te Deus inclinauit.* Verum mens Chrysofomi

sofomi nihil fauet: nam ibi loquitur de dono eloquentiae, & doctrinae, sic enim scribit, *verbum habes, & docendi gratiam, &c. quid altum sapias, quoniam per verba doces, & in offensa fluens dicendi copiam ostentas.* Cum vero Chrysofomus addit, *ne mercedem reputes, ut copias mercedem gratia consistere saluari, ut ipse tibi se de bitorem coequeatur.* Quae verba notat P. Suarez, non sunt ad eius intentum; quia ibi tantum damnat extollentiam ex meritis, quae semper fugienda, siue gratia interna procedat, siue non: immo in contextu illius homil. in oppositum semper inclinare videtur, ut legenti constabit. Alij autem PP. Graeci, a quibus ducit argumentum alieni omnino fuerunt ab hoc errore, imo acerrimi gratiae Christi propugnatores; non ergo ex his ad Chrysofomum legitima ducitur coequectia.

71  
Aliquam Chrysofomum generat suspicionem.

His, hinc inde diligenti examine discussis, facile colligo; quid sentiendum sit in hac controversia. Dico primo: non potest negari modum loquendi Chrysofomi aliquam suspicionem generare. Id constat ex eiusdem testimonij a parte contraria adductis. Id etiam probo hac ratione. Si doctrina Mafsilienfium catholica esset, non dubitarem, ipsum eius praecipuum patronum constituere cum fundamento in his eiusdem testimonij; ergo dubitari non potest, quin ea suspicione generent, cum eodem modo affirmet, doctrinam, quam agnoscimus esse a catholica fide alienam, quam tunc affirmaret si catholica esset. Qua propter bene dixerunt Iansenius in concor. cap. 59. Chrysofomum, & Euthymium, & aliquos, ex Graecis nisi attente legantur, & pie explicentur occasionem praebere Pelagiani erroris. Item Maldonatus, & Iustinianus iam relati.

Iansenius Euthym.

P. Maldon. P. Iustin. Nulla nota dignus, & si inclinet in eum errorem.

Censeo secundo, ferè nullam notam iniuri Chrysofomo, quod inclinasset in tam subtile errorem, sua etiam pietate palliatum, non dum re in Ecclesia catholica explicata; ut fere nulla nota est Augustino, quod aliquando initium fidei posuerit ex nobis. Ex hoc infero, auctores scholasticos, qui in hac re examinanda operam, & oleum posuerunt, atque arbitrati sunt Chrysofomum fauere Mafsilienfibus propter impietatem in ipsum immerito carpi: imo dignos esse, qui laudibus afficiantur; nam quanta maior est in Ecclesia Chrysofomi auctoritas, tanta operiosior diligentia adhibenda in scrutiny eius mentis, ne lectio Chrysofomi non notatis locis cante legendis occasio sit labendi, aut doctis, aut indoctis. Et errorem Mafsilienfium iam extinctum a Chrysofomi studiosis suscitandi.

Excusatur Chrysofomus, quod non disputans loquitur.

Censeo tertio: locutiones praenotatas Chrysofomi bona ex parte excusari, ex eo, quod non inter disputandum cum haeticis, sed inter concionandum catholicis fidelibus eos ex

hortando ad virtutem capeffendam segnitiamque, & torporem excutiendum ea verba fecerit: nam cum ex parte liberi arbitrij nulla tunc haeresis exorta fuisset, secure communi populo loquebatur, sua eloquentia eos alliciens ad vitam spiritualem, atque exercitium mortificationis.

Chrysof. debet intelligi in bono sensu.

Demum censeo: fatius esse, atque prudētius omnes locutiones Chrysofomi ad catholicum sensum reuocare, ut nos praestare conati sumus in discursu huiuscapitis, qui aliquāto longius processit quam par cuiquam videbitur: at cum res haec singularis sit, & magi momenti, non teritur tempus in vtiliter in tanto Ecclesiae patre ab errore etiam materiali vindicando.

72

Alij etiam viri illustres suspicionem subierunt de hoc ipso errore, quos breuiter enarrabo. Et primum, Vitalis contra quem Augustinus scripsit Epistolam 107. videtur Semipelagianus, quia concessit initium fidei ex nobis; licet non constet, an a Pelagio discesserit. Deinde Rufinus etiam suspectus est: tum, quia eius opera inter apocripha numerantur, tum propter Epistolam Prosperi ad Rufinum, & quidam Vincentius Monachus Mafsilienfis distinctus a Lirinensi. Prosper scripsit librum responsionum ad obiectiones Vincentianas. De Marco Eremita res dubia est: Vazquez disp. 91. cap. 8. eum condemnat. Absoluit P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa praedest. cap. 8. Ego subscribo sequutus eandem viam, quam cepi in Chrysofomo. Hic nota, Maxentium grauiter peccasse in Hormisdam Pontificem, quatenus ei impingit eundem errorem: & quia affectata ignoratia scripsit contra Epistolam eiusdem ad possessorem. At haec impostura Magentij parui momenti est, quia fuit haeticus Eutichianus. Gennadius etiam eiusdem farinae putatur cum Casiano, quia ipsum excusat, Faustum, & Rufinum, & eorum libros laudat, Prosperum damnat. At forte in catholica doctrina discessit, quia tandem librum de sua fide misit ad Gelasium, a quo expunctus est: is vero liber est de Ecclesiasticis dogmatibus. Lege P. Suarez 1. tom. de gratia prologom. 5. cap. 3.

Iudicium de alijs Patribus. Vitalis.

Ruffinus.

Vincētios.

Marcus Eremita. P. Vazq. P. Suar. Maxentius. Gennad.

Vitalis, Rufinus, Vincētius, Semipelagiani.

Marcus liberatur.

De Seuero Sulpicio res dubia, penitentia esse probabile

De Seuero Sulpicio res dubia, penitentia esse probabile. De Seuero Sulpicio dixerunt aliqui (ut Gennad. in Catalogo virorum illustrium, fidemque praebet Baron. ann. 431. n. 189.) in senectute a Pelagianis fuisse deceptum, & doctrina Semipelagiana demigratum: postea vero resipuisse, & penitentiam egisse: ita P. Suarez supra. Non commemoro alios sanctos patres Ecclesiae lumina, de quibus dubitatione mouit P. Vazq. disp. illa 91. c. 8. Quia, & ab ipso sufficenter excusantur, & per se conspicuum est, eos praecipuos in Ecclesia patronos semper fuisse doctrinae catholicae gratiam adstruentis.

Caput VIII. Refutatio erroris Semipelagiani.

73



VOTQVOT Pontifices, Concilia, & patres Pelagianismu euerterunt, adduci possunt contra Semipelagianos: etenim vt constat ex dictis a nobis cap. 2. definitum

reliquerunt liberum arbitrium nihil posse caelestibus auxilijs destitutum. In qua definitione Semipelagiani comprehensi sunt, qua parte Pelagio consentiebant. Nihilominus, quia extincta iam Pelagiana haeresi, haec postea pullulavit, & contra ipsam in speciali a summis Pontificibus a Concilijs, ab Ecclesiae patribus, pugnatum est loci proprii Theologici contra huc errorem ab ipsis perendi. Atque primus Augustinus, & auctoritate, & ingenio, atque doctrina eam expugnat in Epistolis 105. 106. & 107. & in libris de praedestinatione sanctoru, cap. 12. & 13. & de dono perseverantiae cap. 9. & 10. Et Prosper lib. contra Collatorem, & lib. 1. de collatione gentium cap. 11. a quo creduntur concinnati Canones Arausici 2. & conscripta Epistola Leonis ad Gallos: cum vero, tum a Leone, tum a Caesestino in Epistola 1. ad Episcopos Galliae maxime Canone 7. 8. & 9. cum etiam definitione Concilij Arausici ni 2. a Canone 4. vsq; ad 25. penitus videretur extincta haec haeresis: eam suscitavit Faustus Regiensis in duobus libris de gratia, & lib. arb. contra quem surrexit Cessarius Arelatensis scriptor librum contra Faustum, & misit ad Felicem 3. aut 4. Hic liber non extat. Trithemius (ait) eum floruisse anno Domini 670. At Bellarminus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis falsum putat, quod scripsit Trithemius, sed anno 454. & peruenisse vsque ad annum 499. Deinde Fulgentius maxime laboravit, atque feliciter in profunda Fausti calliditate detegenda, ipsum confutavit lib. 1. ad Monimum, praecipue cap. 8. & 9. qui totus est de praedestinatione, & gratia. Et lib. de Incarnatione, & gratia in quo a cap. 12. vsque ad finem operis acriter inuehitur in Semipelagianismum. Hic obsequia, librū hunc esse magnae auctoritatis post Augustinū, & Prosperum, qui nomine quinque Episcoporum Romam missus est, vt Episcopi Africani suam fidem profiterentur. Vnde Concilij eiusdem Prouincialis vim habere videtur. Deinde Petrus Diaconus in lib. de Incarnatione, & gratia contra Nestorium, & Pelagium in tribus ultimis capitibus Semipelagianos vehementer exagitat. Hic obserua, Nestorianā, & Pelagianam haeresim inter se connecti, quia Nestorius dixit, Christum Dominum a principio purum hominem fuisse, & merito nudi arbitrii vni onem diuinam ad Verbum sibi comparasse. Indicauimus iam Ecclesia, & patrum

Agustin. Aug. praecipuus expugnator Semipelagianismi. Ab eo concinnati creduntur Canones Arausici.

Faustus Regiensis. Faustus Regiensis suscitator erroris.

Cessarius Arelatensis. Trithemius. Card. Bell. Fulgentius. Fulgentius calliditatem Fausti detexit.

Petrus Diaconus.

Petrus Diaconus contra Semipelagianos.

Connexio Nestorianae, & Pelagianae rejeos.

auctoritatem contra hunc errorem. Ex nostris etiam scholasticis scriptoribus doctissime, atque diligentissime elaboratum est. Vide Bellarm. lib. 2. de gratia, & lib. arb. cap. 2. 3. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. & P. Valentia in praesenti disp. 1. puncto 4. §. primo, & 1. 2. disp. 8. q. 6. puncto 4. §. 2. P. Ludouicum a Molina in praesenti art. 4. disp. 1. & in concord. dif. 6. P. Vazquez 1. p. disp. 89. cap. 4. & 5. & disp. 91. cap. 8. & sequentibus, & P. Suarez lib. 2. de praedest. cap. 6. & lib. 3. de auxilijs, cap. 2. & 1. tom. de gratia prologom 6. cap. 6. in quo mira eruditione cogit, quae a patribus contra hunc errorem acta sunt.

Ex his omnibus, eos ego solum peto locos Theologicos, qui mihi vrgentius contra huc errorem facere videbuntur. Ac primum ex sacra Scriptura, de qua Innocentius primus Epistola 93. inter Epistolas Augustini, ita ait, in omnibus diuinis paginis voluntati libera non nisi adiutorium Dei legimus esse nestendum, eamque nihil posse caelestibus auxilijs destitutam: ex ea ergo summo expendendum locum Pauli ad Rom. 9. ibi, dicis itaque mihi, quid ad huc queritur, sine diphthongo, hoc est, quid conqueritur Deus, si ei non obediunt, quos ipse deserit: na suppositum illius verbi queritur, est Deus, vt docet communior sententia Patrum Graecorum, & Latinorum, licet oppositum doceat P. Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 13. dicens suppositum illius verbi esse, quid adhuc queritur homo, ita vt sit quasi conclusio quadam illata ex antea dictis a Paulo: sensus ergo loci huius is est, sicut massa figuli nullam habet querimoniae occasionem, si a figulo vna pars deputetur in vas in honorem, alia in contumeliam; ita homo comparatus massa nullam habet conquerendi occasionem de Deo; si vnum eligat ad vocationem congruam, & ex ea ad gloria, non alium. Quodcumque ergo fuerit suppositum illius verbi hunc esse eius loci planum sensum omnes interpretes conueniunt. Ex quo dupliciter sic infero contra Semipelagianos. Primo: quoniam vt massa luti nihil profus efficere potest, vt eligatur a figulo in vas in honorem: ita secundum mentem Pauli, nec homo ex proprio arbitrio quidquam potest efficere, vt eligatur ad gratiam congruam a Deo, & per ipsam ad vitam aeternam. Secundo infero, nullum opus bonum ex solo arbitrio procedens quidquam valere; vt homo propter illud eligatur ad gratiam per Christum: nam si aliquid valeret, & nihilominus non eligeret Deus hominem facientem quantum est in se ex solo libero arbitrio; conqueri de Deo posset, & sic obijcere, eum ex me fecerim, quod

Card. Bell.

P. Valenz.

P. Molina

P. Vazq.

P. Suarez

74

Primum pugnam ex J. pagina. Innocent. Rom. Paulus applicat ad Rom.

P. Vazq.

quod potui, & hoc, quod feci vim habeat merendi gratiam, quare O Deus non respondes meo merito? Quare mihi beneficium tuae gratiae subtrahis? videris sane in vitium in gratitudinis incidere. Cum autem absurdum sit, posse hominem iure de Deo conqueri, plene fit ex mente Pauli liberum arbitrium ex se nihil posse praestare, quare a Deo eligatur.

Secundo, formo argumentum ex alio Pauli testimonio 1. Epist. ad Corinth. cap. 4. vbi Apostolus, quis est qui te discernit, quid autem habes, quod non accepisti, &c. Circa hunc locum duplex est sententia erga personas, ad quas Paulus dirigit sermonem: prima (ait) dirigi ad discipulos, & baptizatos, quibus dicit Paulus Corinthios Cathecumenos gloriari, non debere propter magistrum eloquentiorem, & alios eruditos a minus eloquenti despiciere. Secunda, ait, dirigi ad magistros, quasi dicat, o magister quare te extollis propter maiorem, & meliorem eloquentiam in Euangelizando? Si mihi dicas, te tuam tibi comparasse eloquentiam labore proprio, & industria te vrgo dies quid habes, quod non accepisti, quia omne ingenium, eloquentiam omnem a Deo accepisti. P. Cornelius in hoc loco ait, hunc esse Pauli genuinum sensum. Idem indicat P. Ioanes a Mariana eruditione, atque ingenio singulari, eloquentia ornatissimus in breuibus commentarijs nuper editis in vetus, & nouum testamentum in hoc cap. 4. Hoc posito circa Pauli litteram obserua a S. Augustino, a Prospero, a Fulgerio, a Cocilio Arausicano 2. can. 6. & ab alijs patribus propugnatoribus gratiae Dei hanc Pauli sententiam ex discretione in eloquentia, & ingenio, de qua Paulus in sensu litterali videtur loquutus ad discretionem supernaturalem in donis gratiae fuisse translata, non solum propter aequalem, sed etiam propter potiorem rationem: in hoc vero sensu Paulus egregie retundit elationem hominum ex libero arbitrio. Etenim supponit ipsum creatum, & ornatum donis, quae consequuntur creationem: nam licet haec a Deo acceperit non vult Paulus annumerare inter accepta; sed distinguit beneficia supernaturalia per gratiam Christi Redemptoris a beneficijs Dei creatoris, & argumentum format contra superbam elationem hominis sibi tribuentis discretionem gratiae pra alio dicens, non a se sed a Deo discretum per dona gratiae, quae accepit. Quod si homo propter bonum usum proprii liberi arbitrii per creationem accepti causa se discernendi quoquo modo esse posset, haberet aliquid non acceptum in hoc sensu Pauli, & quo posset gloriari aduersus alium, qui non se ita discreuit, quia bono naturae, non bene vsus est: ergo is locus Pauli efficaciter probat in libero arbitrio, nudo non esse vim ali-

75

Paulus explicatus 2. ad Corinth. 4. 1. Corinth. 4.

P. Cornel.

P. Mariana.

Agustin. Prosper. Fulgentius. Arausican.

Bernardus.

quam se discernendi per meritum quantumvis exiguum. Bernardus serm. 74. pulchre dixit ad hoc propositum, quod si dicat quis gratia Dei sum id, quod sum, studeat autem captare gloriosam pro gratia, quam accepit, non ne fur est, & latro? Hic nota, Bernardum minimam etiam gloriosam exclusisse, ac subinde minimam etiam meritum. Iam dixi hoc testimonio vti Arausicanum, quod sane, non modicam ei affert auctoritatem.

Alia sunt testimonia, vt ex Paulo ad Rom. 10. ibi, inuentus sum a non querentibus me, palam apparui his, qui me, non interrogabant, quo etiam vtitur Arausicanum, quod allegat Paulus ex Isaia cap. 65. & ad Philip. 1. qui capit in vobis bonum opus ipse perficiet, & secundo, ibi, Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere. Et 2. ad Corinth. 3. non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, hoc est, idonei, sed sufficientia nostra ex Deo est, hoc est, idoneitas. In quibus significat Paulus, quae apud illos fecit non sua, sed Dei virtute fecisse. Ex ijs ergo, & alijs testimonijs Sacrae Paginae satis refutatur is error, vt a primo loco Theologico.

Secundus locus desumi debet, ex Epistolis Caesestini, & Leonis iam citatis num 73. & ex canonibus Arausici 2. cuius verba abū de retulimus cap. 3. num. 26. In praesenti expendendum suscipio contra hunc errorem caput 5. sessiois 6. Concilij Tridentini, in quo confirmata est Arausicana doctrina, vbi haec verba, ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praeueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum praecedentibus meritis vocatur, &c. Deinde ibi, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris litteris cum dicitur conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos libertatis nostrae ad monemur: cum respondemus, conuerte nos Domine ad te, & conuertemur Dei nos gratia praeueniri confitemur. In his verbis quater affirmat, liberum arbitrium diuinis auxilijs destitutum nihil posse in ordine ad gratiam, primo, dum, ait, exordium iustificationis desumi a praeueniente gratia per Christum: nam si liberum arbitrium ex se aliquale meritum quantumvis remotum habere posset iustificationis, non desumeretur exordium a praeueniente gratia per Christum. Secundo, ibi, quam nullis eorum praecedentibus meritis vocatur: in quibus affirmat ad primam vocationem, qua exordimur iustificationem nullum praecedere meritum nostrum. Terio, ibi, neque, tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam, &c. in quibus negat libero arbitrio omnem motum ad iustificationem sine gratia praeueniente. Et: ipsum considerat, vt cadaver

Rom. 1. Alia testimonia contra eundem errorem. Isaia 65. Philip 1. 2. Corinth. 3.

76

2. Impugnatio ex Leone, & Caesestino, & ex Arausicano 2. Tridentini. Expenditur Trid.

emortuum in ordine ad opera vitæ, seu vt corpus immobile loco in ordine ad motum progressionis. Nihil sane clarius aut elegantius à Còcilio dici poterat: còtra Semipelagianismũ. Quarto, in illis verbis, *Dei nos gratia praeueniri cõspicimur*, in quibus, & affirmat, & ex testimonio scripturæ allegato probat, nos minime posse aliquo modo ad Deum conuertere sine gratia praeueniente, atque vocante.

77  
3. Impugnatio ex Theologico discursu.  
Rom. 3.  
P. Cornel.

Notatur quia vis ductus.

Tertius locus sumitur à discursu Theologico ducto ex principio fidei, quod tradit Paulus pluribus locis, maxime in Epist. ad Rom. cap. 3. ibi, *iustificati gratis per gratiam ipsius*, in quibus significat nõ ex debito operum dari nobis auxilia gratiæ ad iustitiã necessariã. Hic nota, P. Cornelium admittere dispositionem ex parte nostra in quãtũ actus fidei, spei, & timoris qui præcedunt iustificationẽ actus humani sunt: in hoc vero dupliciter peccat; primo, quod in dispositione morali, quæ solum est in his actibus distinguat ipsam a merito. Quod si loqueretur de dispositione à solo libero arbitrio, ita vt affirmaret seipsum disponere posse in ordine ad gratiã maius peccatum esset, & redoleret Semipelagianismũ. Hæc doctrinã repetit cap. 11. versu 6. vbi Paulus statuit hoc idẽ principium dicẽs, *Si autẽ gratia iã nõ ex operibus, aliòquin gratia iã nõ est gratia*. Secũdo peccat, quod illud, *iustificati gratis*, restringit ad formale iustitiã nostrã, cũ ampliare debuisset ad totã seriẽ gratiarũ vsq; ad ipsam iustificationẽ: id cõstat; quia Paulus ait, nos iustificari gratis per gratiã Christi, & per redẽptionẽ, quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit Deus propitiatorẽ, &c. at per gratiã, quæ est in Christo Iesu, & per redẽptionẽ eius nõ tantũ datur nobis iustificatio restricte pro causa formalinostre iustitiẽ, sed etiã iustificatio ample pro omni seriẽ auxiliõrũ: maxime cum gratia iustificationis, & gratia, in qua iustificamur, omnes gratias a prima vocatione vsq; ad ipsam formã iustificatẽ cõplectãtur, vt notauit P. Vaz. dif. 88. c. 1. & dif. 91. c. 5. n. 2. 7. ergo cũ Paulus ait, *iustificati gratis*, intelligit omnẽ progressum auxiliõrum a prima vocatione vsq; ad ipsam formã iustificatẽ. Idem principiu clare statuit Paulus c. 4. ibi, *ei autẽ, qui operatur merces, non imputatur secundũ gratiã, sed secundũ debitũ*, hoc est, si opus naturæ meritum haber, in ordine ad gratiã iã ipsa debita est, iã merces est, nõ gratia. Ergo Paulus ex ratione gratiæ infert liberum arbitrium nostrum eã ex se mereri, nõ posse. Idẽ adstruit c. 2. & 3. ad Gallat. & alibi sæpe. Ex hoc principio sic formo argumẽtum: si propter opera per vires naturæ daretur nobis prima vocatio gratiæ, & alia auxilia, quibus promouemur ad iustificationẽ ea nõ essent ex gratia, sed dãtur nobis ex gratia: ergo dici nõ potest auxilia gratiæ dari

P. Vazq.

nobis propter opera liberi arbitrij. Minor syllogismi de fide est ex Paulo in locis relatis. Cõsequẽtia est manifesta. Maior declaranda, & declaratione probãda. Ad propriam rationẽ gratiæ duo saltẽ necessaria sunt: primũ, quod donũ detur personæ. Ratio est, quia licet brutis cõferamus res nõ debitas, quia vero iuris prorsus incapaces sunt, carẽtia iuris habet rationẽ negationis, nõ priuationis. Hac etiã ratione non possumus in rigore brutis formaliter beneficiã conferre: quia beneficiũ formaliter respicit subiectũ capax gratitudinis, ita etiã donum gratiæ respicit subiectũ, cui cõfertur cũ capacitã ad acquirẽdum ius ratione, cuius res donata poterat esse debita. Vnde Aristoteles lib. 2. artis rethoricæ cap. 7. sic gratiam definit, *gratia est per quã dicuntur rogati gratis aliquid facere non pro re aliqua, neque, vt sibi quidquam, qui faciunt subueniant, sed vt cui faciunt*. Vbi nota illud verbum *rogati*, in quo supponit subiectum recipiens gratiam personam esse debere. Nota etiam, petitionem non tollere rationẽ gratiæ, dum ipsa nihil valeat comparatione donatoris, sicut nec promissio donãtis, si liberalis fuit, obstat rationi gratiæ: etenim debitum oppositum gratiæ fundari debet, vel in valore rei, vel operis, vel in aliquo iure personæ. Id significauit Aristot. in illis verbis, *nõ pro re aliqua, neq; vt sibi quidquam, qui faciunt subueniant*.

Duo necessaria ad propriam rationem gratiæ.

Aristot. Definitio gratiæ Arist.

Petitio tollit rationem gratiæ.

1. Recipit gratiã proprie gratiã.

Augul.

Recipiens gratiã propriam debet omni iure ad rem.

Ex hac prima lege gratiæ, infero ego primã rei cõditionẽ improprie gratiã dici: quia nihil ad ipsam supponit ex parte subiecti: at qui diximus supponi debere creaturã rationale: ergo, & si cõparatione alterius personæ iã producta creatio gratia esse possit: at ne quaquam cõparatione eiusdẽ. Vnde neq; etiã est propria liberalitas, aut misericordia, in quibus virtutibus exercetur donatio gratiæ. Ex quo etiã cõstat, quã improprie Pelagius loquutus fuerit in Synodo Palestina quatuordecim Episcoporũ, cũ per nomẽ gratiæ intellexit ipsam naturã cõditionẽ callidẽ decipiẽs illos patres Græcos latinã linguã imperitos. Hinc etiã fit, Augul. cũ Epist. 25. dixit donũ creationis nõ improbadã ratione gratiã nũcupari posse largissima significatione hoc nomẽ vsurpasse, aliena ab ea, quã ipse semper docuit, & quam sacra Pagina, Cõcilia, & patres Ecclesiastico vsu docuere. Secũdo, necessariũ est ad rationẽ gratiæ, quod in persona, quẽ recipit sit priuatio omnis iuris, & persona, quæ dat sit immunis, & libera ab omni obligatione debiti. Itẽ ipsa res, quæ cõferenda est pariter immunis esse debet cõparatione personæ, cui datur; ita vt nullo titulo sit obligata. Quo fit, eo gratiam fore puriorẽ, quo subiectũ, cui datur magis sit priuatũ iure ad accipiẽdã rem a donãte, & hunc magis liberum, ab omni obligatione donandĩ. Eo itẽ fore minorem

minorem gratiã, quo persona recipiens strictius habuerit ius, & donans iure magis stricto obligata fuerit.

Ex hac secunda cõditione infero primo, perpetuã cõseruationẽ Angeli, & animæ rationalis, emanationẽ naturalẽ potentiarũ, & cõprincipia, atq; cõcursus ad operandũ naturales actiones nõ esse proprie gratias, sed quãsdã secũdas cõdonationes consequutas ad primã: etenim semel cõdito Angelo, aut animo rationali, vt respiciunt Deũ auctorẽ suũ, aliquale ius habent ad accipiẽdũ à Deo hæc omnia, & alia similia, nõ quidem ius morale fundatũ in merito, aut impetratione, sed cõnaturale fundatum in reali existentia talis naturæ. Quemadmodũ filij ius naturale habent ad aimenta exigenda à parẽtib; maxime eo tẽpore, quo nequeunt ea sibi cõparare: ergo pari ratione, si omniũ Pater Deus semel voluit cõdere naturas rerũ, cũ ipsa sibi cõparare non possint facultates operãdi, cõprincipia, cõcursus necessarios, fit, ipso iure naturæ exigi hæc omnia à Deo parente suo.

Infero secundo: diuinam legem æternam naturalem, quæ ex natura rei consequitur ad cõditionẽ personæ, propter libertatẽ nõ esse proprie gratiam. Etenim supposita creatione eius personæ ipsa iure naturæ exigit, vt à Deo auctore suo regatur, dirigatur, protegatur, etiam obligetur ad nõ operandũ difformiter ad suam naturã; ac subinde respicit Deũ, vt gubernatorem, protectorẽ, prouisorẽ, atq; legislatorẽ: quoniam si Deus condidit personam præditã libertate defectibili, ex ipsa natura obligatur ad curandum, vt fugiat defectus, constituatq; legem, quæ est forma actionum liberarum: ergo licet leges posituæ, quæ sunt præter id, quod natura exigit, rationem gratiæ fortiantur, quatenus indebitæ sunt. At lex naturalis, & æterna gratia proprie esse nequit.

Hinc tertio infero, intellectus illustrationes, & voluntatis affectiones, & assidetiã omnipotentia ad cooperandũ, quãtum necessaria sunt, vt possit seruare legem naturalem, & æternam gratias non esse proprie loquendo. Hæc tertia illatio euidenter infertur ex duabus prioribus. Hic se se offerebat occasio disputandĩ, an cogitatio cõgrua in ordine ad adimplendã legem naturalem ea, nimirũ, cui de factõ annexa est obseruatio præcepti, gratia sit, nec ne? Aut cõparatione naturæ, aut cõparatione personæ particularis? De qua est grauis cõtrouersia inter graues scriptores nostros. Id mihi certum, gratiã nõ esse ecclesiastico nomine: nã gratia hæc, præter rationẽ indebiti, cõfertur propter insufficiẽtiã naturæ, propter Christi merita eleuans illã ad ordinẽ supra eius vires, vt in materia de gratia disputari solet, at ea cogitatio cõgrua si-

Distinctio gratiæ ecclesiasticæ a naturali.

ue indebita sit, siue nõ: nõ eleuat naturã in ordine ad superiorẽ ordinẽ, quippe, quæ est propter virtutes naturales morales; ergo non est gratia Theologicã, seu ecclesiasticã, licet esset gratia moraliter.

Hæc maiorẽ propositionẽ radicatus declarãt, atq; ita cõfirmant, vt ex his validũ argumentũ theologicũ formetur cõtra vtrũq; errorẽ, & Pelagianorũ, & Semipelagianorum: nã si ponitur meritũ cõdignũ in bonis operibus liberi arbitrij, vt Pelagius, in totũ euacuatur gratia. Vnde nec iustificatio, nec glorificatio non en gratiæ meretur. Si verò ponitur meritũ de cõgruo, vt Semipelagianos posuisse probauit c. 3. an. 20. & sequẽtib; ex parte euacuatur gratia. Vnde merito hi Semipelagiani appellati, quia ex parte tenuerunt errorẽ Pelagij, & ex parte gratiã euerterunt. Hæc cõsequẽtia nota est ex dictis: nã hi naturã dederunt nõ solũ virtutẽ operishonesti, sed etiã meredi vim, saltẽ ex cõgruo ad augẽdã fidẽ, ceterasq; virtutes, quoquo modo augmentũ hoc intellexerint, de quo egi cap. 4. n. 38. & 39. ergo donum illud, quod cõfertur, nõ cõfertur a Deo sine aliqua obligatione dãdi, neq; accipit homo sine aliquo iure cõparato ex merito de cõgruo: ergo in eo esse non potest pura ratio gratiæ; vt satis probatũ est. Quod vero pura rationi gratiæ obstat quodcũq; meritũ, plane docuit Paulus in locis supra allegatis n. 77. Quod etiã cõfirmare possumus ex Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. vbi tractat locũ Pauli ad Rom. 11. & ex lib. de præd. sanct. c. 2. vbi habet hæc notãda verba, *qua vtiq; nõ est gratia, si eã vlla merita præcedãt*. Nõ dixit cõdigna, sed vlla: significãtis quodcũq; meritũ purã rationẽ gratiæ denigrare. Hæc etiam vserunt rationẽ Prosper lib. 1. de vocatione gent. c. 18. Fulgentius lib. de Incarnat. & grat. c. 18. iniuste, inquit, dicitur gratia, quia non gratis homini datur, sed bona retribuitur voluntati. Et infra, atq; ita gratiã nõ miseratione tribuẽtis, sed equitate Dei retribuẽtis accipimus. Quod consequens, vt absurdum intulit ex Semipelagianorum sentẽtia. Item Pet. Diaconus lib. de Incarnat. & grat. Domini nostri Iesu Christi, capit. 8. Idem docuit elegantissimẽ Celestinus Papa in Epist. ad quõsdã Episcopos Gallia, cap. 8. vbi, ait, *quod omnia studia, & omnia merita sanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat nisi ex eo, quod ipse donauerit*. Si autem bona opera nostra ante gratiam praeuenientem haberent aliquam virtutem meritoriam, aut impetratoriam primæ vocationis vtiq; placerent Deo: quia Deus ipsorum intuitu moueretur ad cõferendam gratiam, quem ex se ardentem cupit cõmunicare. Ad hanc rem cõfirmãdam, alia plura habes ex patribus apud P. Vazquez, 1. p. disp. 91. c. 15. Nõ omitam nouum, atq; elegantissimũ

80  
Formatio ratio Theologica, contra Pelagianum, & Semipelagianos.

Augustinus

Prosper. Confirmatio ex Patribus. Fulgentius.

Pet. Diacon. Celestinus.

P. Vazq.



Augustinus  
 P. Suarez.  
 Elegans  
 Augustini  
 testimonii

risimum testimoniū Augustini in lib. de gestis contra Pelagiū in Concilio Palestino nuper excuso diligentia P. Suarez, qui primo inuētus fuit in Bybliothea manu scripta Abbatiae S. Barth. Fesularum Canonicorum regulariū Lateranensium, & postea Florentiae in Bybliothea Magni ducis, vt refert P. Suarez i. tom. de grat. prologom. 6. cap. 7. In hoc ergo libro, cap. 11. sic, ait, ipsum quippe gratiae nomen, & eius nominis intellectus affertur si nō gratis datur. Et postquā hoc probauit testimonijs Pauli, quibus nos etiam vsi sumus, n. 77. sic adiecit, quisquis ergo dignus est, debitum est ei, si autem debitum est, gratia nō est gratia: quippe donatur, debitum redditur: gratia ergo donatur indignis, vt reddatur debitum dignis: ipse autem facit, vt habeant quacumq; redditurus est dignis, qui ea, qua non habebant, donauit indignis. En, vbi est debitum, & redditum, propter illud negat gratiae donationem. Nec putes loqui de merito condigno; quia vtitur hoc nomine dignus. Nā frasis Augustini ibi vniuersalior est, & per dignum intelligit quemcumq; habentem aliquod ius; vt constat ex contextu.

81

Tres conditiones pure donationis ex iure Ciuili.

Papinianus

Rom. 11.

Confirmatur discursus ex tribus conditionibus, quae iura requirunt ad puram donationem. Prima, quod res donata statim fiat accipientis: nam dum non fit, promissio est, non donatio. Secunda, quod sit irreuocabilis, alias non foret absoluta, sed conditionata. Tertia, quod sit omnino liberalis, vt donans exerceat munificentiam, aut liberalitatem non ex aliquo prius accepto, aut intuitu alicuius commodi. Ita habetur in l. i. ff. de donat. in quo etiam titulo in l. Acquilius definit Papinianus donationem factam Nicostrato magistro ab Acquilio de vsu cuiusdam canaculi non esse meram donationem, sed remunerationem officij, quia ipsum eloquentia instruxerat. Hae tres conditiones inueniuntur in gratia diuinā largitione. Prima, quod eam Deus nobis confert cum libera facultate ipsa vtendi in bono vsu, & etiam eam amittendū. Secunda, quod dona Dei sunt sine pœnitentia, vt dixit Paulus ad Rom. 11. Tertia, quod ipsam non dat in remunerationem boni officij ex libero arbitrio, sed mere gratis ex liberalitate. Id etiā constat ex Paulo dicto cap. 11. vbi expendens liberam Dei electionem, per quam quibusdam misertus est, alijs non electis exclamat, o altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei, &c. In quibus fateretur Paulus se huius discretionis rationem ignorare. Quod si Paulo in mentem veniret eos Deum elegisse, qui electionem aliquo modo impetrarūt, atq; meruerunt per vires naturae; non elegisse, qui non meruerunt, nō esset cur se reciperet ad altitudinē diuitiarū sapientiae, & scientiae Dei: cū facile satisfacere posset, dicēs merito eos, quos

liberauit, liberasse; quia ex se conati sunt, & æquum est, vt assurgere conanti Deus porrigat manum, & alios merito non liberasse, quia ex se nihil conati sunt. Vnde subiungit, quis prior dedit ei? & tribuetur, quasi dicat, nullus. Pariter dictum est à Iobo, cap. 41. quis ante dedit mihi, & reddam ei. Recognosce quae dixi disp. 23. ca. pit. 5. tractans quintum testimonium ex Paulo ad Rom. 9. ibi, cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, &c. Vbi manifeste ostendi, omnia opera a Paulo exclusa expendens quamdam obiectionem, quam Paulus à parte Iudæorum proposuit, ibi, quid dicemus? nunquid iniquitas est apud Deum? in quibus vtebar hoc eodem argumento: nam si discreti per electionem gratiae haberent opera, quibus deberetur aliquo modo discretio per electionem, nec umbra esse poterat iniquitatis apud Deum, nec Pauli obiectio erat momenti, aut ad rem.

Rursus: Deum mere gratis nobis conferre dona gratiae, probo hac ratione: quia Deus confert ex pura misericordia: ergo tantū supponit miseriam, non meritum. Antecedens mihi de fide certū est ex illo Pauli ad Rom. 9. miserebor, cuius miserebor, misericordiam praestabo, cuius miserebor, quae verba allegat Paulus Iudæis tanquā à Deo dicta Moysi Exodi 33. apud quos ille maximae erat auctoritatis. Ex quibus Paulus infert, non igitur volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. Cuius planus sensus est, vt omittam alias expositiones, non est iniquitas apud Deum, quia Deus non ex debito, sed ex misericordia hunc eligit: illum non eligit: qui enim nihil debet nulli facit iniuriam, cum non dat. Ita Toletus in hunc locum annotat. 22. vbi notat ex Hieronymo illam geminationem, miserebor, cuius miserebor, & misericordiam praestabo, &c. phrasim esse Hebraeam, & Latine significare miserebor, cuius voluero misereri ex mera mea voluntate. Deinde probo ex cap. 11. vbi Paulus gentes loquitur, & ipsis, ait, sicut enim, & nos aliquando non credidistis, nunc autem misericordiam consequuti estis. Ecce plane affirmat, gentes ex misericordia fide consequutos. Demum illud antecedens probatur: quia passim in sacra Scriptura electi Dei, seu praeestinati appellantur plebs misericordiam consequuta. Consequentia verò est manifesta: quia propria ratio misericordiae in eo consistit, quod respiciat solam subleuationem miseriam, propter honestatem ipsam secundum se sine vilo debito ex parte subiecti: nam hoc ipso, quod debitum admittatur, secundum rationem debitam, deficeret à ratione misericordiae.

Cōfirmatur: si homo prius ex se offerret Deo bona sua opera in obsequiū ipsius, cū Deus postea confert gratiā, vt cōpenset acceptū ab homi-

S. Thom.

Gratitudo quid proprie.

Aristotel.

Catd. Tolet.

85

1. Mafsi-liensiu ob-iectio. Satisfac-tio.

Tridentia.

ne obsequiū, non ex liberalitate, aut misericordia, sed ex gratitudine retribueret suā gratiā: at cōsequēs hoc illatū absurdū est; vt iā ostēdit: ergo, &c. Sequelā probo ex doctrina S. Tho. ab omnibus Theologis recepta in 2. 2. q. 106. vbi agit de virtute gratitudinis, & distinguēs ipsam ab alijs, quae versantur circa alterū, ait, distinguī à religione, quia hae debent cultū exhibere Deo: à pietate, quia patri, & patriā: ab obseruantia, quae personis in dignitate cōstitutis exhibentur reuerentiā: at in gratitudine ponit speciale debitu, & respicit beneficia particularia, à quo quā recepta: ergo si Deus propter acceptū obsequiū virtute liberi arbitrij gratiā retribuit eā ex gratitudine cōfert. Quod verò gratia à Deo retributa pluris aestimetur, quā bonū opus Deo per vires naturae exhibitū, nō impedit rationē gratitudinis, immo per se petit, vt quod datur in cōpensatione gratitudinis pluris aestimetur, quā aestimatur beneficiū receptū teste eodē S. Thoma supra art. 6. Cuius ratio à priori est, quod cōpensatio gratitudinis esse debet gratuita aliqua ratione: sicut beneficiū ipsum primo collatū gratuitū fuit, si autē solū daretur aequalē nihil haberet de gratuito. Ita docēt Aristot. 5. Ethic. cap. 5. ibi, Refamulari oportet ei, qui gratiā fecit, & rursus ipsum recipere: ergo cōpensatio gratuita vltra debitu ex beneficio resul-tans aliquid de suo conferre debet: ac proinde si per vires naturae meritū habemus in ordine ad gratiā, quotiescūq; homo bona propria Deo offerret animo ipsi obsequendi, Deus cū confert gratiā, neq; ex liberalitate, neq; ex misericordia, sed ex gratitudine cōferret: nihil obstāte valore maiori gratiae, si cōferatur cum bono nostro opere, & cum gratitudo redducatur ad iusticiā, vt pars eius potētialis nō potest nō ali-quale debitu cōtinere, cui si Deus, nō satisfaccret, videretur labi in vitium ingrati-tudinis; quae cum absurdissima sint ex ijs efficaciter cō-

vincitur falsitatis error Semipelagianus. Deniq; sic formo ratione à priori: nā prima vocatio ad opus pietatis Christianū necessariō supernaturalis est, vel quo admodū, vel quo ad substantiā: etenim consistit in illustratione intellectus, & inspiratione voluntatis erga res in ordine supernaturali constitutas, quas iam potentia nostrae per illā gratiā praeuientē eleuata attingunt proportionato modo, & eis conaturali, licet supernaturali cōparatione hominis operātis: ergo nostra bona opera per proprias vires elicitā nō habent proportionē, quae necessaria est ad valorē meritoriu in ordine ad res cōstitutās in gradu supernaturali. Antecedens in omni sentētia certū est, & cōsequētia efficacis: etenim cum opus in se est impropor-tionatū, & persona pariter nō potest habere efficacitā ad hoc, vt remunerator moueatur ad con-ferendū prēmii: at qui in praesenti, tum opus, tū persona sunt in proportionata. Opus, quia est naturae nudae: persona, quia aut est peccato infecta, aut sine vlla intrinseca eleuatione: ergo nō est vnde refundatur vis merēdi res cōstitutās in ordine supernaturali. Poterit quidē homo ille bene vtens libero suo arbitrio mereri à Deo, vt auctore naturae intra limites ordinis naturalis vberiora auxilia ad actus virtutū moralium specialē protectionē remouentē occasiones peccādi, & adferentē opportunitates virtutū exercendarū, & adimplenda praecpta naturalia, & demū felicitatē naturalem: at nequaquam poterit per naturam virtute propria mereri eleuationē naturae: ita vt acquirat aliquod ius, & vt absurdum esset in moralibus affirmare artificem mechanicum propter benefutas crepidas, exempli gratia mereri dignitatem senatoris: ita in nostro casu absurdius est, quippe maior est distantia, atq; inpropor-tio inter prēmium, & meritum in nostro casu, quam in hoc alio in exemplum producto.

84 Ratio à priori.

Caput IX. Argumenta a parte Mafsiensium, & solutiones.



V AEDAM sunt obiecta à Mafsi-liensibus cōtra Augustinū facilia dilutu: à quibus nos breui expediemus. Alia etiā sunt cōtra discursum capituli superioris maioris momēti, vtriusq; conabimur satisfacere. Atq; in primis Mafsienses obijciebāt, si gratia Dei praeueniret nostrū liberū arbitriū, libertatē impediri: sed hoc nullius momēti est. Nā Deus optime nouit ira per gratiā pulsare ad ostiū vitale nostrarū potētiarū, vt se se ipsis acōmodet semper relinquens in potestate nostra gratiae vocanti, dissentire, si velit, vt docuit Tridentinum

sessione 6. cap. 5. Hanc gratiae vocationem mirē, & mille modis explicuit Augustinus, ac maxime efficacem, modo appellat congruam, quia, & temperata est subiecto, & consensui efficiendō, & fini, quem intendit Deus, modo secretam, & altam vocationem, vt in Epistola 107. quia Deus ita vocat quomodo scit cōgruere vt vocantem non respuat, modo, vocationem secundum propositum, & sine pœnitentia: vt conitat lib. de praedest. sanct. cap. 3. & 11. & de Corrept. & grat. cap. 7. quia est ex speciali illa electione, qua primo discernitur praedestinatū à reprobo, quam quae se explicuit disp. 23.

Augustinus Gratiam efficacem varie conpellat August.

cap. 13. modo certam scientiam, vt constat ex lib. 2. de peccat. mer. cap. 19. quia confertur ex præscientia effectus sub conditione futuri, quã scientiam fufe docui tractatu de scientia Dei disp. 7. Modo deniq; victricem delectationem, & suauitatem; vt constat ex lib. 2. de peccat. mer. citato cap. 27. quia scilicet vincit voluntatem non cogendo, & libertatem euertedo, sed delectado, & suauiter attrahendo. Hæc fufe explicui in tractatu de auxilijs.

86

2. Obiectio

Satisfactio.

Secundo obijciunt: si Deus præuenit gratia sua non expectata voluntate nostra vtitur iure dominantis, sine causa acceptat personas, homines iam nascuntur iudicati, non iudicandi. Hoc argumentum turbare quidem potest vulgus indoctum: in se tamen leue est. Primo, quia vt vidimus cap. superiori Deus ita est gratiæ suæ Dominus, vt nulli debeat, sed neq; debere possit; quia creatura per opera sui liberi arbitrij nullum acquirere potest ius in gratiam, ac propterea Deus liberalitate, & misericordia motus nulla habita ratione operum ex viribus naturæ omnibus offert gratiã sufficientẽ, specialiter eligit quos vult, eisq; impertit gratias cõgruas: cõmuniter ceteros, eisq; nõ congruas, & sufficiẽtes: etenim de suo vniciq; licet dispensare pro libito absq; vllõ vitio. Vnde diuina gratiæ distributio Dei occulta quidẽ nobis; at in se decetissima, & finibus à Deo intẽtis, sibiq; perspiciuis accomodatissima. Et cū homines per opera propria ius nõ habeant in gratiã, ipsis eam nõ conferedo, nequaquã cõmittitur vitium acceptionis personarum: nam vbi non est ius, neq; iniusta distributio esse potest.

Dices; irrationabiliter Deus distribuit suã gratiam, quia nullam reddere potest rationẽ, quare hunc vocet gratia congrua, non illum, hunc specialiter eligat, non illum? Respondeo; huius rei, atq; discretionis Deum semper habere honestã motiua nobis satis occulta. Hoc solum affirmare possumus, nullum esse vitium in eo, quod cum Petro, exẽpli gratia exercent misericordiam, atq; liberalitatem suam, non cum Iuda, sed iustitiam.

Quo etiã fit, nullũ hominem nasci iudicatũ; primo, quia nullus damnatur ante demerita præuisa. Secundo, quia licet ante natiuitatẽ diuersæ gratiæ præparentur, vni ac alteri: at ideo semper prædestinato cõfertur gloria, quia gratia sibi præparata bene vsus est; reprobo verò non confertur, quia non bene vsus est, licet forte maior gratiæ quantitas, & vberior, atq; frequentior ei præparata sit, quam prædestinato.

87

3. Obiectio

Tertio obijciunt, si gratia specialis pro prædestinato ex gratuita electione, atq; æterna Dei ante omne meritũ liberi arbitrij præparata est, frustra oramus, vt Deus eã conferat specialiter electo. Consequens verò absurdũ est: ergo, &c.

Respondeo, vnumquemq; nõ orare pro propria prima vocatione: nã oratio ipsa si fit, vt oportet, & vim habet impetratoriã, à prima vocatione gratiæ præueniẽtis ducit originem. At potest, & debet vnusquisq; orare pro sequẽtibus, atq; vltioribus auxilijs gratiæ. Item potest, & debet preces fundere pro prima alterius vocatione: quia licet ab æterno præparata fuerit a Deo, potuit tamẽ præparari depẽdenter à merito alterius orationis. Vnde nõ omnino gratuito, sicut defacto omnis gratia, quæ post originale hominibus collata est, depẽdenter à meritis Christi præparata, atq; collata est; vt explico fufe disp. 27. c. 1. Hæc, & alia huius generis habes apud P. Vazq. 1. p. disp. 91. c. 17. satis, superq; diluta: Ego ad difficiliora prope- randum duco.

Qua propter obijcio quarto, cõtra nostrum discursum cap. superioris Tridentinũ sess. 6. c. 8. vbi explicãs quid sit impiũ iustificari per fidẽ gratis, ita, ait, *ideo per fidem iustificari dicimur, quia fides est humane salutis initiũ fundamentũ, & radix omnis iustificationis.* In his verbis plane loquitur de fide diuina: nã fides habita per vires naturæ nõ est fundamẽtũ, & radix omnis iustificationis, vt vero explicet quid sit gratis iustificari sic, ait, *Deinde gratis autẽ iustificari ideo dicimur, quia nihil eorũ, quæ iustificationem præcedũt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiã promeretur: si enim gratia est iã nõ ex operibus, alioquin, vt idẽ Apostolus, inquit, gratia iã nõ est gratia.* Ex his ad probandũ meritum de cõgruo, nihil obstare ad gratiosã iustificationẽ; sic formo argumẽtũ. Nã in eo cap. distinguit Cõciliũ iustificationis gratiã à fide, de qua ibi loquitur; primo, in illis verbis, *nihil eorum, quæ iustificationẽ præcedũt, siue fides, siue opera, &c.* ergo iustificationis gratiã restringit ad formã iustificantẽ cõdistinctã à fide. Secundo; quia fidẽ dixerat esse fundamẽtũ, & radicẽ omnis iustificationis. Deinde peruenit ad ipsam formalem iustificationis gratiã: ergo cõdistinguebat fidẽ à formali iustitia, vt condistinguitur à radice fructus: sed nec negari potest, ibi Cõciliũ loqui de fide diuina, vt iã probauimus: nec etiã negari potest eã habere meritũ congruum in ordine ad formale iustitiã, cū hæc sit Augustini expressa sententia epist. 105. & 106. & docte probat P. Suar. to. 3. de Gratia lib. 12. c. 32. ergo secunduẽmentem Concilij meritum de congruo non obstat gratiosã iustificationi.

Rursus cū Tridentinũ confirmat suum decretum ex illo Pauli, *si enim gratia iã nõ ex operibus alioquin gratia iã non est gratia; vel decernit ad rationẽ gratiæ excludẽda esse omnia opera, etiam, quæ solum habeant vim meritoriam de congruo, vel decernit solũ excludenda esse opera, quæ vim habeant meritoriam de condigno.*

Nemo orat pro propria prima vocatione.

P. Vazq.

88

Trident. 4. Obiectio difficultior.

Vrgens difficultas Tridentini locus.

Augustina. P. Suar.

digno. Si primum: ergo definire videtur fidem supernaturalem, de qua ibi loquitur, & sumit vt condistinguitur à forma iustificante, non esse meritoriam eius de congruo, quod nullus concedet, propterea quod damnaret sententiã Augustini nullibi ab ipso retractatam, & quia rationi videtur satis consentaneum, quod ille, qui vocatus ad credendum assensum fidei exhibet omnino infallibilem, & certum Deo reuelati, solum quia ipse reuelauit, aliquid mereatur apud ipsum, & cõgrua ratione obliget, vt vltorius ipsum moueat ad pœnitendũ de peccatis; ac tandẽ vt ei gratiam iustificationis conferat. Nã prælitit opus fidei difficillimũ: ergo nullus Theologus cõcedet, Tridentinũ definiuisse in fide diuina nõ esse vim meritoriã de congruo gratiæ iustificationis. Si secunduẽ: ergo meritũ de congruo non pugnat cum propria ratione gratiæ, nec S. Paulus in eo testimonio, vt illud intellexit Tridentinũ, exclusit merita de congruo ex libero arbitrio. Ex quo, & enervatur noster discursus, & eleuatur præcipuum argumentum Augustini aduersus Semipelagianos, quatenus ex ratione gratiæ deducebat, opera legis, & habita per vires naturæ nihil cõducere ad initium fidei, atq; aliarum virtutum; hæc autem absurda esse non dubito: ergo, &c.

P. Vazq. Declaratio P. Vazquez.

Tridentin. Non placet.

Pater Vazquez disp. illa 91. cap. 5. satis obiter tetigit hunc textum, & ait, per iustificationem nõ tantũ intelligere Tridentinũ ipsam formalem gratiam iustificantem; sed etiã totũ progressũ à prima vocatione gratiæ vsq; ad perfectã iustitiã. Quemadmodũ aliquando philosophi per generationẽ nõ tantũ significant solam formæ substantialis productionem: sed etiã ad quartam mutationem, ex prima productione remotioris dispositionis, vsque ad formæ substantialis introductionẽ, & tunc (inquit) Cõcilium hanc iustificationem, vt cõplectitur totum progressum, fidem nõ mereri. In quo duo indicat, primũ, ab ipsa fide iustificationem originem ducere. Secundum, illam nõ esse ex proprijs viribus, sed inter dona Dei connumerari: ac subinde à fide per proprias vires iustificationem non habere exordium.

Verum hæc solutio inter proponendũ argumentum à nobis confutata est. Præterea, quod Tridentinũ in ea sess. 6. apprimẽ distinguit gratiã iustificationis latẽ sumptã, ab ipsa formali iustificatione, & per hanc semper intelligit solam formam iustificantem, vt distinctã ab omni præuia gratia necessaria ad præcedentes dispositiones, lege caput 5. in quo Concilium distinguit dispositiones præuias, ab ipsa iustificatione, & caput 6. vbi sic, ait, *disponuntur autem ad ipsam iustitiã, dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes liberẽ mouentur in Deum credentes, &c.* Ecce fidem, ait,

esse dispositionem primam ad ipsam iustitiã. Deinde idẽ docet de spe, & de odio, atque de refectione, quibus mouentur aduersus peccata, & cap. 7. post descriptam dispositionem, ait, *hanc dispositionem, seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, &c.* cum ergo in hoc cap. 8. loquitur de iustificationis gratia credendum non est, aliter hoc nomen a Concilio vsurpatum, ac in alijs capitibus superioribus: nam alias obscure, & æquiuocẽ fuisset loquutus, & in legentibus Tridentinum confusionẽ pareret. Ad hæc can. 3. & 4. iustificationis gratiam distinguit à fide, spe, & charitate, & pœnitentia, quæ sunt dispositiones præuiæ: ergo in phrasi Tridentini per iustificationis gratiã solum intelligenda est ipsa vnica causa formalis nostræ iustitiæ, quæ est renouatio hominis interioris.

Secundo, contra hanc expositionem sic argumentor: dubitari non potest, Concilium loquutũ de fide diuina, vt iam notauimus supra n. 88. ergo si vera est expositio Vazquez, solũ definit Concilium in eo cap. iustificationem totam, & integram continentem ipsam fidem nõ mereri illã, quia nõ meretur seipsam: etenim quidquid in ea est post fidem, & ab ipsa distinctum fides de cõgruo meretur: ergo si Concilium per gratiã iustificationis intellexit totũ progressum, & definit fidẽ non mereri totum progressum, quia ipsa continetur in progressu, solũ definit fidem non mereri totum progressum, quia non meretur seipsam. Quis autem nõ videat? nõ esse intentã à Tridentino hanc tam ridiculã definitionem, maxime cum numquam in Ecclesia error fuerit, propter quẽ hæc definitio necessaria sit. Nam nullus dixit, fidem diuinam mereri totum progressum, etiã vt in progressu ipsa continetur.

P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa prædestin. cap. 6. n. 50. varias tentat vias, vt mentẽ Tridentini in hoc testimonio venetur, & ferẽ in nulla quiescit: primo, ait, probabile esse ibi sumere Conciliũ iustificationẽ pro tota mutatione peccatoris, vt includit dispositiones remotas, atq; excludere omne meritũ de cõgruo, & de condigno. Vnde cõsequenter, ait, particulam illã, *siue fides* positã videri propter Semipelagianos. Vnde non est intelligẽda de fide infusa.

Verũ vtrumq; à nobis impugnatũ est: nam quis dicat in tota illa sessione per omnia fere capita, atq; canones per iustificationẽ, atq; per fidẽ Concilium intellexisse formale nostrã iustificationẽ, & fidẽ infusã, & in hoc solo cap. 8. contra stylum Tridentini significationẽ horũ nominum variasse, ac aliter vsurpasse cum periculo cõfusionis in doctrina, & occasionis errãdi, quis non videat, hoc durũ, atq; violens esse? Vnde merito non quiescit in hac expositione.

Secundo

89

P. Suarez. Variæ a P. Suarez. expositur.

Non placet prima expositio.



2. Expositio suarj.

Secundo (ait) vero similis videri loqui Concilium de iustificatione propria, & formali, nihilominus per vocē gratis excludi omne meritū fundatū in solis naturæ viribus; vt loquitur Paulus, & Concilia Meliuitanū, Arausicanūq; tradiderunt. Quod si obicias, non posse excludi omne meritū, quia in fide infusa est meritū de congruo formalis iustificationis. Duo respondet, primū in illis verbis, siue fides, siue opera tantū loqui de fide, & operibus hominis ex se, & sine gratia. Secundū, & si cōprehendat verā fidem infusam; & opera ex gratia: at Conciliū considerasse fidē, vt est opus liberi arbitrij præcise factū ab homine nondū iustificato: nā vt sic, ait, nullā habet vim merendi de congruo formale iustificationem; sed ad summum ex ea dignitate, quam habet à diuina gratia auxiliante.

Nec etiam placet.

Sed neutra responsio satisfacit: non prima, quia recedit ab eo, quod vt firmum statuerat, meritū fidem in eo loco, vt in cæteris eius sententiis supponi pro fide diuina, id, quod à nobis etiam efficaciter probatū est: atq; adeo semper constantiter asserendū est. Nec etiā secunda; primū, quia per se est incredibile, Concilium versatum in his præcisuis subtilitatibus, & in eo statu suam definitionem inseruisse, maxime cum nec Semipelagianorum error in eo consistebat, vt dicerent, hominem ex se cū cooperatur gratiæ, sumptum vt condistinctum a gratiæ mereri, sed hominem præuie ad infusionē gratiæ præuenientis per opera, quæ se solo habet vt causa totalis mereri gratiæ præuenientem. Nec etiam alius error de hoc fuerit; quis ergo credat, hoc definire Conciliū. Secundo, quia verum non est hominem non concurrere ad meritū per innatam sibi libertatē cū gratiæ cooperatur: nam licet sine gratia opus meritorium gratiæ elicere non possit: at adiutus gratia potest; ita vt opus ipsum meritum sit vt respicit liberum arbitrium tanquam causam partialem sui: nam vt influxus gratiæ sine influxu arbitrij non producat meritum opus, ita nec influxus arbitrij sine gratiæ influxu: ergo vt vtrumq; principium respicit, meritum est. Porro, licet non dubitem à diuina gratia præueniente homini infusa ipsum aliquam habere dignitatem, ratione cuius aliquod meritum refunditur in opus; at arbitror, hanc dignitatem necessariam non esse ad aliquale meritum de congruo: nam si homo per auxilia extrinseca eliceret actum supernaturalem fidei; ille sane haberet aliquale meritum de congruo in ordine ad vteriores gratias auxiliatrices non fundatum in dignitate præuia, quam sumeret à præuia gratia auxiliante intrinseca; sed in bonitate intrinseca, atq; proportione ipsius actus fidei cum præmio: ergo nec hæc secunda expositio solidā est.

Tertio, addis aliam expositionem, quod nimirum Concilium loquatur de formali iustificatione, & excludat omne meritum etiam de congruo, dummodo loquatur de actibus imperfectis fidei, spei, & timoris, qui tempore antecedunt iustificationem: nam illi non merentur de congruo iustificationem, neq; auxilium efficacius ad vltimā dispositionem, sed ad summum vna dispositio remota meretur auxilium ad aliam propinquiorē, & hæc vltius ad aliam magis proximam, &c.

Verum neq; hæc expositio euacuat difficultatem: primo, quia ex ea fit, nec Paulum in illis verbis, si enim gratia est iam non ex operibus. Nec Tridentinum per particulam gratis, vt Paulum intelligit exoluisse aliquale meritum congruum, saltem remotissimum formalis iustificationis: nam si admittit fidei infusæ meritū vt tempore antecedit iustificationē, licet in ea nō sit proxima ratio meriti iustificationis: at remota esse negari non potest fundatam in bonitate intrinseca, & proportione operis cum præmio, & in dignitate personæ desumpta ex gratia auxiliante intrinseca, vt modo dicebā, & defendit ipse P. Suarez tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 32. vt expressam Augustini sententiam, ac proinde permittit, tum Paulus, tum hæc definitio Tridentini Semipelagianis aliquale meritum, saltem remotissimum fidei humanæ, & operibus ex libero arbitrio factis. Quod si hoc eis concederetur sane quiescerent; nam vt constat ex fundamentis eorū, quæ diluimus in hoc capite in hoc solo merito, & libertati, & discretioni, quæ ipsi prætendebant sufficiens locus datur. Vnde eo testimonio Pauli nō commoerentur Semipelagiani, quod absurdum est: quia Pontifices, Cælestinus, & Leo, Concilia, vt Meliuitanum, & Arausicanum 2. & Patres, vt Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alij constanter illo vtuntur contra Semipelagianismū, vt visum est cap. superiori. Absurdum verò est cōfiteri, ineffaciter ab Ecclesia Semipelagianos confutatos esse: ergo, &c. Nec obstat illa temporis antecessio; quia nec est de ratione meriti cōdigni, nec congrui, vt præmio duratione coexistat, quia Deus ea vbi primū existit acceptare potest, vt tempore opportuno præmium retribuatur intuitu ipsorum, vt ex se manifestum est.

Qua propter sic ego existimo, & cæseo primo, conciliū in eo cap. 8. declarare voluisse speciale rationē gratiæ, quæ reperitur in ipsa formali infusione formæ sanctificantis. Id colligo ex discursu, quæ sequuntur Patres Tridentini in ea sess. 6. Nā post quā cap. 5. expugnauit errorem Semipelagianorum definiens excitantem primā gratiā non dari ex operibus liberi arbitrij, sed nullis nostris præcedētib; meritis, & cap. 6.

Necessaria.

P. Suar.

90

Expositio aut horu.

cap. 6. modum præparationis explicuit, & cap. 7. definitionem iustificationis impj, & causas eius in hoc cap. 8. duo suscipit explicanda: primum, quomodo intelligatur impium per fidē iustificari, & quomodo intelligatur gratis iustificari, vt constat ex titulo eius capituli, qui sic habet, quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iustificari. Primam partē adstruit, vt explicet testimonia sacre Scripturæ, quæ solā fidei videntur tribuere nostram iustificationē, quibus abusi sunt heretici nostri sacculi dicentes solam fidem, seu quādam fiduciā esse nostram formalem iustitiam exclusa interioris hominis renouatione per gratiæ, & charitatis diffusionem. Secūda partē adstruit; quia heretici dicebant, nullam aliam dispositionem ex parte nostra esse necessariam præter fidem, seu hanc fiduciam ad hoc, vt Deus condonare censeatur nostra delicta per non imputationem. Legatur Vega lib. 8. in Trident. cap. 1. 2. & 3. scopus ergo Tridentini in hoc cap. est declarare, nec sola fide nos iustificari, & præter ipsam alia opera spei, timoris, & penitentia necessaria esse tantam dispositionem ad formalem iustitiā nostram. Et præterea addidit, in eis non esse tantū valoris meritorij, quantum sufficiat ad hoc, vt gratia ipsa iustificationis simpliciter, & absolute gratiose non conferatur, etiam præcedentibus eis operibus: nam licet aliquale meritum de congruo eis in sit, vt plane probauit: at post hanc definitionem Tridentini meritum de congruo simpliciter meritum appellandum nō est sine limitatione, vt ait, Vega supra cap. 15. vbi retrahat, quod scripserat in opere de iustificatione ante hanc definitionem Tridentini, præcaturque lectores eius operis, vt ex eo deleant illa verba, in quibus meritum de congruo simpliciter meritum appellauit.

Vega.

Meritum de congruo non acceptatur, nō tollit in remuneratione gratiæ.

Censeo secundo: Tridentinum solum excludere in hoc testimonio, aut meritum de cōdigno, aut meritum de congruo habens infallibile cōnexionē cum præmio ex promissione Dei quale meritū est in vltima dispositione ad gratiā. Pro declaratione obserua, esse meritū de congruo sine ordinatione Dei ordinatē actū meritorium ad præmiū, & sine subsequēte acceptatione. Itē, sine promissione. Quo fit actui meritorio cum hac limitatione negari a Deo posse præmiū in ordine, ad quod meritorius dicitur, quin faciat contra aliquod diuinū attributū, aut iustitiæ, aut fidelitatis, aut gratitudinis, aut liberalitatis, aut misericordie; ita tamen, vt si conferre velit præmiū illud, cōfert nō ex mera liberalitate, aut misericordia, sed ex gratitudine, nō quia Deus beneficiū accepit, nā creatura, Dei benefactor esse nō potest, sed quia seruitiū, aut obsequiū accepit, aut dic, Deū tūc remunerare ex speciali prouidētia, aut ex qua

dam iustitia legali. Quo etiam fit, collationem simpliciter esse gratiosam: nam, licet in opere sit vis meritoria, at de facto non meretur circa Deum seclusa Dei ordinatione operis ad præmiū, & acceptatione, & promissione: quem admodum oratio, quæ non impetrat re, quia Deus non vult conferre rem, pro qua funditur propter rationes sibi notas; quia non se obligauit seclusa ordinatione, acceptatione, & promissione, licet habeat vim impetratoriam, si legitime fiat, ita se res habet in merito de congruo huius generis, vt doctē explicat P. Suarez tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 36. num. 6. & cum Tridentinum loquatur de fide, & imperfectis dispositionibus ad gratiā, quibus non est promissa iustificatio, & si vim habeant aliquā meritoria, nihilominus cum conferatur absolute loquendo, gratiose cōfertur, vt dixi, optime dixit Concilium, nos tunc etiā gratis iustificari nulla habita ratione fidei, & operum imperfectorum præcedentium. Sed contra hoc retorquebis argumentū, quod nos formauimus, contra P. Suarez nam par ratione poterant dicere Malsilianes non pugnare rationem gratiæ simpliciter cum aliquo merito de congruo ex proprijs viribus. Nec etiam verba Pauli, vt intellecta a Concilio remouere meritum in ordine ad gratiā ad operibus nudi arbitrij.

P. Suar.

Respondēo, in hoc capite 8. nō damnari Semipelagianos, nec doctrinam eius esse directe cōtrariā doctrinæ Semipelagianorū, vt iam notauimus supra scopum huius capituli explicās. Nam Tridentinū cap. 5. damnata reliquerat Semipelagianorū hæresim: nego vero, Paulum ex mente Concilij per illa verba, non ex operibus, nō excludisse merita etiā de congruo: nā Paulus plane loquebatur de operibus moralibus legis, vt dixi cap. super. num. 74. & sequētib; vbi demōstrauit ex ratione gratiæ purissimæ efficaciter remoueri omne meritū quātumuis exiguum: patres autē Tridentini egregia accommodatione vsi sunt ad suum institutum verbis Pauli: nā vt ille ex ratione gratiæ integre sumptæ negat operibus liberi arbitrij omne meritum, ita patres ex ratione gratiæ simpliciter, qualis est forma iustificās negat meritū simpliciter, & rigurosum in operibus, quæ illa antecedunt, maxime in imperfectis dispositionibus, de quibus solum agebat, vt constat ex cōtextu, & si procedat ex auxilio gratiæ. Vnde, licet Paulus ea protulerit ad excludēdum omne meritum, neq; ad id excludēdum afferatur à Concilio; at secundum mētē Pauli accommodatā suo instituto recte excluderunt ex ratione gratiæ simpliciter, quæ est in forma iustificatē meritum simpliciter. Ex quo constat, & Semipelagianos efficaciter conuincit hoc Pauli testimonio, & nos euadere vim argumenti contra P. Suarez formati.

Y y 4

DISPV-



# DISPUTATIO VIGESIMA SEXTA.

## DE SENTENTIIS CATHOLICORVM CIRCA causam predestinationis ex libero arbitrio.

*Distincta tribus capitibus.*

Caput 1. Scoti, Gabrielis, Durandi, & Caietani sententias Semipelagianismum sapere.

Caput 2. Fero iudicium de sententia Scoti, Ricardi, Gersonis, qui ponunt dispositionem remotam ex libero arbitrio ad gratiam.

Caput 3. Quid senserit S. Thom. de dispositione ad gratiam ex libero arbitrio.

### CIRCA EYNDDEM ARTICVLVM QVINTVM S. TH.

Caput I. Scoti, Gabrielis, Durandi, & Caietani sententias Semipelagianismum sapere.

**D**ISPUTATIONE superiori accuratè errorem Semipelagianum explicuimus, & refutauimus, eo vero exposto ad sententias catholicorum doctorum accedendum est: doctrina vero disputationis superioris appime necessaria est ad indicandum de catholicorum sententijs: quædam enim, vt videbimus in hoc cap. in errorem Semipelagianum impegerunt.

Obserua primo: si liberum arbitrium per naturæ vires est causa alicuius, seu aliquorum effectuum prædestinationis, ipsius etiam prædestinationis eodè modo causam fore, hoc tengu supra disp. 23. cap. 1. ad finem: nam quod in tempore datur propter aliquod opus nostrum, ab æterno propter tale opus præparatû a Deo fuit.

Obserua secundo; hoc nomen prædestinationis æquiuoce ab auctoribus catholicis sumitur: alij qui usurpant pro decreto efficaci dandi gloriam, ita Okanns in 1. dist. 41. q. 1. & Gabriel, q. 1. art. 2. & 3. dub. 1. Vnde cum docent esse causam in hominæ prædestinationis ex meritis gratiæ præuisis, licet nobis, & Augustino aduersentur, vt docui. disp. 23. cap. 6. quia negant specialem, gratiosamque electionem gloriæ ante præuisa merita: at non inci-

derunt in sententiam Massiliensium, nec sunt constituti in statu controuersie inter Augustinum, & Semipelagianos, vt doctè obseruauit P. Vazquez r. p. disp. 91. cap. 3.

Obserua tertio: quosdam catholicos doctores duos tantum agnouisse prædestinationis effectus, scilicet iustificationem, vsque ad perfeuerantiam, & consequentem beatitudinis: vnde prædestinationem appellant voluntatem iustificandi, & glorificandi. Ex quo consentaneè ad hæc principia posuerunt causam prædestinationis, atque primi effectus ex libero arbitrio. Ita Bonauentura in 1. dist. 41. art. 1. q. 1. & Iauellus in commentar. in hunc art. 5. hi vero doctores dupliciter sentire potuerunt, liberum arbitrium esse causam primi effectus, atque voluntatis eum conferendi, primo, ex proprijs viribus, secundo, ex auxilio gratiæ excitantis. Si primo modo senserunt, consenserunt Semipelagianis, vt alij catholici, de quibus statim: si autem secundo modo, licet prædestinationem non usurpauerint secundum phrasim Augustini: vt est principium, atque origo omnis gratiæ à prima vocatione vsque ad glorificationem, & vt à Theologis hodie semper usurpatur: at alieni sunt à Semipelagiano errore, propterea, quod operi nudi arbitrij non subiungunt gratiam. Ego existimo, hos docto-

*Nomen prædestinationis æquiuoce usurpat. Obseruatio 3. Bonauentura Iauellus.*

res hoc secundo modo sensisse, vt constat ex Bonauent. in 4. dist. 15. 1. p. distinctionis art. 1. q. 5. vbi de iustificatione, ait, dari ex meritis de congruo à gratiâ profectis, non à solo arbitrio. Et licet nihil expresse de prædestinatione; at cum, vt notauit prædestinationem usurpet in ea distinctione 41. pro voluntate iustificandi. Idem plane sensit de prædestinatione, quod de iustificatione. Qua ratione doctè excusatur a P. Vazquez r. p. disp. 91. cap. 5. a recetioribus, qui non penetrata mente Bonauenturæ iudicarunt, eum venisse in Semipelagianismum, quod vero nullum sit errandi periculum in constituendo meritum de congruo in ordine ad iustificationem ex auxilio gratiæ sæpe dixi, quia hæc est sententia Augustini, vide disp. super cap. 9. num. 88.

*P. Vazq. Bonauentura immitto Semipelagianismum erroris notatur.*

*2. Scotus. Scotus non potest excusari.*

Non ita alij scholastici vindicari ab hoc errore possunt, vt Scotus in 4. dist. 14. q. 2. §. de secundo. Vbi plane affirmat, attritionem bene circumstantionatam in esse moris, esse dispositionem ad gratiam, & post eam infusam fieri contritionem, & accipere a gratiâ meritum vitæ æternæ. Quod loquatur de attritione mere naturali, constat primo ex cõtextu, secundo, quia ipse, ait, difficile alias saluari, quod in Deo non sit acceptio personarum, vt refert se dixisse in 2. dist. 5. q. 2. & dist. 7. q. unica, quæ ratio sapit ipsum Semipelagianismum, quia subiugit gratiam bene operanti ex libero arbitrio; vt constat ex dictis disp. superiori per totam, & præcipue num. 86. Deinde Gabriel in 1. dist. 41. q. unica. art. 3. dub. 1. clare docet infundî gratiam propter bonum usum tanquam propter dispositionem de congruo: immo addit eundem bonum usum non esse effectum prædestinationis, & licet distinxerit prædestinationem propriam ad prædestinationem large, & dixerit effectum propriam prædestinationis stricte esse vitam æternam, quia ad eam prædestinamur: nihilominus prædestinationem large summit pro in tege serie gratiarum ex prima vocatione vsque ad vltimam. Qua ratione Augustinus disputans cum Massiliensibus prædestinationem usurpauit, & prædestinationis sic sumptæ causam negauit ex bono usu liberi arbitrij, non præparato ab ipsa prædestinatione. Idem sensit Gabriel in 2. dist. 27. q. 1. art. 2. conclus. 4. & alibi. Durandus etiam in 2. dist. 28. q. 5. num. 6. expresse eandem sequitur sententiam, & licet num. 7. addiderit, prædestinatum in peccatum lapsum sine speciali Dei prouidentia non posse se præparare ad gratiam, at specialem hanc prouidentiam, quam dicit esse propriam prædestinatorum, non declarat per infusionem in ternæ gratiæ præuenientis, sed per externam admonitionem, seu corporis agnitum: ergo hic etiam auctor subiungit gratiam bono

*Gabriel. Nec Gabriel.*

*Durandus. Nec Durandus.*

vsui liberi arbitrij. Idem docuit Caietanus tom. 1. opusculorum tract. 4. q. 1. §. sed occurrit hic non dissimuladum dubium, vbi supponit attritionem, seu contritionem acquisite, quam doque esse vltimam dispositionem ad gratiâ, in qua re allegat S. Thomam, & ait, rationi consonum esse, quia gratia perficit naturam, & rationale est, vt displicetia peccati a nobis acquisite perficiatur, quandoque suprema charitate.

*Caietanus. Nec Caietanus.*

Quod auctores hi non tantum Semipelagianis, sed etiam Pelagianis faueant, facile constat ex tota disp. super. in qua appime declarata est hæresis Semipelagianorum. Videatur cap. 3. ex quo constat, Semipelagianos tantum posuisse meritum de congruo in operibus liberi arbitrij: sed doctores hi non solum videntur ponere meritum de congruo remotum gratiæ iustificantis, sed etiam vltimam dispositionem, in qua est meritum de congruo proximum: ergo plus dedisse videntur libero arbitrio, quam Semipelagianis.

Deinde argumentor in hunc modum: vel doctores hi loquuntur in homine infideli? & affirmant, eum se posse per liberum arbitrium vltimo præparare ad gratiam iustificantem, vel loquuntur in homine fidei peccatore? si primum, ergo constituentur necesse est hominæ infidelé habere per vires naturæ fidem, spem, timorem, penitentiam, atque aliquam dilectionem Dei prout oportet, vt ei cõferatur gratia iustificationis contra Tridentinum sess. 6. can. 3. in quo directe damnatur error Pelagij: quod vero, si loquitur in homine infideli cõcedere de beat, ipsum per vires naturæ habere posse prædictos actus, vt oportet, constat manifeste; quia affirmant per vires naturæ se vltimo præparare posse ad gratiam iustificationis: at in vltima dispositione ad gratiam hi omnes actus continentur, vt constat ex Trident. sess. 6. cap. 6. nam licet actus contritionis, seu charitatis super omnia sit vltima dispositio proxima ad gratiam, at ille procedere debet ex alijs prioribus actibus fidei, spei, & timoris, quibus homo vtiliter mouetur, erigitur, concutitur, &c. Lege cap. 8. Tridentini, vbi definitur fidem diuinam esse initium, atque fundamentum salutis nostræ, & cap. 6. vbi definitur hominem per fidem se ad iustitiam disponere. Hanc etiam fidem Paulus sæpe docet esse donum Dei supra vires naturæ, vt ad Ephes. 2. ad Philipp. 1. ad Hæbr. 10. vbi sine fide impossibile esse placere Deo: ergo si hi doctores loquuntur in homine infideli, & affirmant ipsum per vires naturæ præparare se vltimo posse ad amicitiam, & iustitiam cum Deo, contradicunt Concilio, & Paulo, & in Pelagianismum relabuntur: nam negant fidem esse donum gratiæ, & affirmant

3

*Trident.*

*Ad Ephes. 2. Ad Phil. 1. Ad Hæbr. 10.*

*fine*

sine dono gratiæ hominem placere Deo: nam, qui ultimam dispositionem ponit per proprias vires ad iustitiam, & ad ineundam cum ipso amicitiam ipsi placet, vt constat ergo, &c. Hic obserua, non hæc a me ita vrgeri, vt detruam hos catholicos doctores in errorem: nam ex locis à me allegatis constat ipsos non loqui in homine infideli, sed in peccatore fidei, de quo dicere possunt fide suffragate operari dispositionem illam: at ea notanda duxi pro statuenda vera doctrina, & pro lectore animaduertendo, & in eo sic vrgetur: nam vel cum dicunt, hunc ex viribus naturæ elicere attritionem, seu alium actum, quo se disponit ultimo ad gratiam, ponunt eum hominem operari per lumen fidei, vel solum operari per lumen solius naturæ, fide nihil cooperante, & omnino otiosa: si per lumen fidei: ergo motus voluntatis regulatus ab actu fidei, seu prudentiæ supernaturalis non fuit habitus per solas vires naturæ: habuit enim regulam supernaturalem ipsum dirigentem, proponentem, atque ordinantem ad finem supernaturalem, à qua regula non potest non assensu ille voluntatis accipere aliquam supernaturalitatem, siue quo admodum, siue quo ad substantiam, maxime in veriori philosophia, quæ docet, affectus voluntatis speciem accipere à propositionibus intellectus tamquam ab essentiali ratione mouendi, seu conditione, sine qua non. Sed ne ad hoc reuocetur controuersia deus affectum naturalem purum voluntatis regulari posse ab actu supernaturali intellectus: atque adeo attritionem illam, in qua ponunt ultimam dispositionem mere naturalem esse, & si procedat à lumine gratiæ contra eam procedunt, quæ dixi, nam si in ipsa est vltima dispositio ad ipsam iustificationem est etiam meritum de congruo: ergo naturæ ex illa parte subiungunt gratiam cum merito de congruo: in quo plane veniunt cum Malsiliensibus. Hic aduerte, repugnantiam in volui in ipsis terminis, cum ex vna parte dicitur attritionem illam esse pure naturalem, & ex alia procedere à lumine fidei: nam si a fide diuina procedit iam pedit ab auxilio gratiæ per Christum in quantum fides ipsa est donum gratiæ, & influit in attritionem: ergo ex hac parte ipsa accipit supernaturalitatem, & procedit etiam aliqua ratione ab auxilio gratiæ per Christum. Si autem dicant, operari per solum lumen naturæ fide omnino otiosa manente, & perinde se gerente in eo subiecto, ac si in ipso non esset, reuera contra ipsos procedunt, quæ diximus de homine infideli: nam homo ille non operatur ex fide, nec Christus influit in tale opus: quæ caput in membrum, nec tanquam vitis in palmites, nec gratia per Christum, ita iugiter influit in illud opus, vt virtus ipsius semper antecedit

commitetur, & subsequatur: vt dixit Tridentinum sess. 6. cap. 16. ergo opus illud non ex fide procedens, non potest esse Deo gratum, aut meritorium. Ad probandum hanc partem adduci possunt ex sacra Scriptura ex Concilio Arauscano, & Tridentino ex summis Pontificibus præcipue Innocentio primo Epistola 26. ad Concilium Cartaginense, ex Cælestino Epist. 1. ad Episcopos Galliarum cap. 7. & ex Zosimo, qui affirmant voluntatem nihil posse celestibus prædijs destitutam, quo pacto operatur ille homo fide tantum materialiter, & comitanter se habente, legi potest de hac re P. Suarez tom. 1. de gratia lib. 1. cap. 19. Vbi doctissime probat, nullum opus bonum christiane posse fieri sine gratia. Et tom. 3. lib. 12. cap. 7. vbi etiam probat nullum actum esse posse meritorium, qui non proficiatur ex actuali gratia. Quæ doctrina mihi adeo certa est, vt existimem, esse omnino veram, ac rite negari non posse.

Dubitabit aliquis, qua ratione tam grauis error irrepserit in ista doctis, atque catholicis? P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa prædest. cap. 7. excusat eos a nota hæresis, quia errauerunt sine peritacia. Hæc autem excusatio maculam ignorantie non abstergit. Forte ex vno auctore originem traxit ea doctrina, & ad plures sine aciori examine deriuata est. Hinc, qui cæco modo vnū sequuntur auctorem obnoxij sunt periculo grauius errandi: nam scientia singularis doctoribus, quantumvis oculatissimi quandoque deficit. Ego existimo, hos doctores dixisse hanc vltimam dispositionem ita haberi per vires naturæ quo ad substantiam actus, vt non excluderint supernaturalitatem aliquam in actu quo ad modum: nam plures ex antiquis doctoribus huc solum modum supernaturalitatis agnouerunt, vt notauit, & retuli disp. 25. num. 35. inter quos sunt Scotus, Gabriel, Durandus, & Caietanus, cum quibus modo controuertimus. Ex quo fit, eos solum affirmare actum quo ad substantiam haberi per vires nature, non excludendo auxilium gratiæ, à quo producat modus supernaturalitatis, & ex quo sumat efficaciam merendi: in fauorem huius expositionis adducere possumus S. Thomam in 2. dist. 5. q. 2. ar. 1. vbi in responsione ad primum, ait, quod quamuis liberum arbitrium de se possit in substantiam actus non tamen in formam eius, per quam meritorium est. Et in corp. sic, ait, licet sufficiat liberum arbitrium quo ad actum conuersionis non sufficere quo ad efficaciam conuersionis ad meritum: hæc enim est per gratiam, quæ actui infundit supernaturalitatem: ergo vt S. Thomas hanc videtur sequutus sententiam, vt asserit substantiam actus elici à libero arbitrio, non tamen, vt sic habere virtutem merendi gratiam, nisi cum ipse est affectus modo supernaturali, siue physico, siue morali

Arauscano. Tridentino. Innocentio. Concilio Cartaginense. Cælestino. Zosimo.

P. Suarez.

4. Quare in Concilio in semper lagianum errorem.

Scotus. Gabriel. Durandus. Caietanus. Authorem ratio.

S. Thom.

7. Duplex sententia fundamentum.

ex influxu gratiæ: ita etiã prædictos Theologos excusare possumus, atque vindicare ab hoc errore. Nam, licet opinio hæc in scholis vix audiatur, aut defendatur, nihilominus non est digna censure Theologica, vt notauit supra num. 36. Hæc in gratiam ipsorum dicta sufficiunt.

Hic obserua; Andream à Vega lib. 6. in Tridentino. cap. 17. ad 20. & Chrysostomum Iuellum in commentarijs in hanc q. 23. art. 5. docuisse in casu necessitatis extremæ posse se hominem disponere vltimo ad gratiam iustificationem ex solo libero arbitrio. Sed hi doctores cum prioribus annumerandi sunt. Primo, quia sine auctoritate, & ratione dogma fidei limitant. Secundo, quia licet plures casus sint, in quibus deficit, aut prædicationis, aut Sacramenti minister, at semper adest

5. Andreas à Vega. Iuellas. In nullo casu natura se disponit ad gratiam.

Caput II. Fero iudicium de sententia Soti, Ricardi, Gersonis, qui ponunt dispositionem remotam, ex libero arbitrio ad gratiam.

**S**OTVS lib. 2. de natura, & gratia cap. 3. affirmat contra Gregorium Ariminensem vitibus liberi arbitrij opus honestum morale fieri posse. Et lib. 1. cap. 20. ait, hæc opera honesta viam sternere ad charitatem, atque esse remotam, seu impropiam dispositionem ad iustificationem gratiam. Et cap. 4. docuerat, nec de congruo mereri primū auxiliū gratiæ, & cap. 12. hominem infidelem res fidei inuincibiliter ignorantem, si ius naturæ legitime seruet a Deo irradiatum iri lumine fidei. Sotus in his locis admittit plane dispositionem remotam, seu mediatam ad iustitiam, & immediatam, atque proximam ad primū gratiæ auxiliū. Vnde etiam cogitur admittere causam aliquam voluntatis præparantis hoc primū gratiæ auxiliū, atque adeo prædestinationis quo ad huc primū effectum. Nam quod in tempore ex causa datur ab æterno ex causa præparatū fuit vt sæpe notauit. An vero sufficere a Malsiliensibus discesserit, quia huiusmodi dispositioni negat meritum etiã de congruo, in discursu videbimus, hanc eandem sententiam docet Richardus in 2. dist. 28. Et Gerson Alphabeto 24. littera M. ei fauet D. Thomas in 1. dist. 41. articulo 3. vbi licet neget causam voluntatis diuine præparantis, atque prædestinantis primam gratiam auxiliatricem, cedere tamen plane videtur præuiam dispositionem ad primam gratiam. Citatur etiã pro hac sententia Antonius a Pantusa lib. de prædest. & gratia cap. 6. post medium.

6. Sotus. Quidam naturam se posse disponere ad gratiam saltem remotam.



Ricardus. Gerson. S. Thom.

Pantusa.

7. Duplex sententia fundamentum.

Deus, & præsto accurrat gratia sua interna, qua elicere potest quicumque homo, qui fidei Christianæ notitiam habeat actus supernaturales proportionatos cum gratia, ad quam disponitur. Quod si aliquando contingere solet aliquem hominem moraliter bonum versari in ignorantia doctrinæ Euangelicæ, & ipsum conari, quantum est in se consequi vitam æternam, ijs etiã non deest largitas diuinæ prouidentiae, quæ non semel miraculose prouidet ministros Sacramenti, vt constat ex historijs patrum Societatis, qui degunt inter gentes, & Apostolice incumbunt eorum conuersioni. Infra ego commemorabo vnã ex ijs singularem, atque admiratione dignissimam disput. 34. cap. 2.

ta; ex quo fiet omnè prædestinationis effectum, ipsamque prædestinationem gratuito omnino à Deo donari, atque præparari. Circa primam propositionem modo controuertendum non est. Ego eam libenter admitto, vt mihi quidem verissimam: nam quis sibi persuadeat, bruta animalia habere posse perfectas operationes suarum facultatum, vt generandi, nutriendi, sentiendi, & animam rationalem habere eas non posse secundum quod rationalis est, ipsamque necessario deficere debere in omni operatione humana, quam exercet, vt homo est. Quare enim si eadem anima sine defectu exercere potest operationes partis vegetantis, atque sentientis, non possit etiam exercere operationes partis rationalis sine defectu. Vnde qui bono operi morali dat virtutem merendi ex congruo auxilio gratiæ, naturæ quidem subiungit gratiam, & in re affirmare videtur, gratiam propter nostra merita dari. Vt hoc fugeret P. Vazquez 1. 2. disp. 189. subtilissime docet omne opus morale fieri, ex gratia per Christum. Contra quem P. Suarez grauissime disputat 1. tomo. de gratia lib. 1. fere per totum, & prius disputauerat 1. p. lib. 2. de causa prædestinationis à cap. 10. vsque ad 18. Nobis modo satis est, eam propositionem vt verissimam his auctoribus admittere. Secundam vero propositionem sic probare possunt, primo: nam in dispositione, seu causalitate dispositionis, vt sic nullum est meritum, nec condignum, nec congruum: etenim causa dispositiua reducitur ad causam materiales, causa vero materialis pure physica est: causa autem meritoria est causa efficiens moralis, & vim habet mouendi voluntatem remuneratoris, aut propter bonitatem intrinsecam, seu proportionem operis cum præmio, aut propter aliquam dignitatem personæ, quæ in ipsum opus valorem refundat.

Natura potest ex se opus bonum morale.

P. Vazq.

P. Suarez.

refundat: ergo licet concedant causam dispositiuam gratiæ ex bono vsu liberi arbitrij, negare possunt omne meritum, tum de condigno, tum de congruo: hoc vero negato, semper retinetur pura ratio gratiæ: ergo huiusmodi remota dispositio non obstat rationi gratiæ.

Secundo probatur: quia ipsa natura rationalis habet influxum causæ materialis in gratiã, immo, & efficiens physice: nam vocatio gratiæ continet actus vitales facultatum intelligendi, & volendi, qui suapte natura principia intrinseca petunt: ergo pari ratione actus morales honesti ab ipsa natura procedentes esse possunt causa dispositiuæ gratiæ absq; vilo absurdo. Cõfirmatur: quia licet gratia supra naturam sit: quippe, quæ eã euehit ad ordinem superiorem, at ita attemperatur naturæ, vt ab ipsa quodam modo exigatur eleuatio gratiæ, & hæc ex natura sua est eleuatiua inferioris naturæ. Qua ratione Theologi dicunt Angelicæ naturæ perfectiori gratiam intensiorem à Deo inditam fuisse, quia nimirum est etiam inter illas sua proportio, quanta esse potest inter naturam eleuatam, & formam eleuantem: ergo absq; vilo incommodo poterit affirmari, hos actus naturæ eleuabilis honestos, atq; moraliter perfectos conducere ad gratiã saltẽ, vt remotę dispositiones.

Denique probatur: quia æquum esse videtur, vt Deus hominem inuincibiliter res supernaturales ignorantem, & proprio lumine bene vtẽtem, illum inet fulgore supernaturali, maxime cum ea illuminatio in natura lapsa eleuata prorsus homini necessaria sit ad suam facultatem comparandam: ergo per bonũ vsu rationis disponitur homo ad recipiendum gratiam. Quod vero, id æquum esset, docet S. Thomas 1.2. q. 114. ar. 3. vbi considerat opus hominis secundũ quod procedit ex libero arbitrio, & secundũ quod procedit ex gratia. Et affirmat, si cõsideretur secundum substantiam operis, & secundum quod procedit ex libero arbitrio; sic non posse esse ibi condignitatem propter maximam inæqualitatem; sed tamen esse cõgruitatem propter quãdam æqualitatem proportionis: videtur enim congruum, ait, vt homini operanti secundum suam virtutem Deus recõpenset secundum excellentiã suã virtutis: & quidem si Deus illum hominem desereret, ita vt nec ipsi prouideret ministrum proponentem res supernaturales, nec interius affulgeret lumine gratiæ, iuste quidem de Deo conqueri posset: nã ex sua parte bono naturæ bene vsus est, & ex alia mereri non potest, nec gratiam internam, nec externam proponentẽ, & ex alia intermino felicitatis naturalis sistere non potest ratione diuinæ ordinationis ad supernaturalem ordinem, & ratione peccati originalis à capite deriuati, quod etiam a se excutere non potest:

ergo si Deus huic gratia sua præsto non esset, vt opportunus, atque necessarius adiutor, non posset liberari à iusta huius hominis querella: ergo dicẽdũ est, huic hominẽ per bonũ vsu naturæ se aliqua ratione disponere ad gratiam.

Nihilominus probanda nõ est hæc sententia: eam refutat P. Suar. 1. p. lib. 2. de causa prædest. cap. 7. & P. Molina hic disp. 1. & P. Valẽt. disp. etiam 1. punct. 4. & P. Vazquez hic disp. 91. cap. 10. & sequentibus, & 1. 2. disp. 191. Ego contra illam insurgo, primo: quia vtitur fundamentis Malsiliensium, vt constat ex ijs, quæ a nobis relata sunt, in quibus naturæ aliqua ratione gratia subiungitur, & non potest non ratio puræ gratiæ denigrari, licet hi doctores sicut, & Malsilienses rationẽ gratiæ retineri cõtendant, non obstante ea dispositione ex parte liberi arbitrij: & quidem si Cassiano daretur hæc solum dispositio, in qua, & ipse locum inueniet libertati, & rationem inæqualis, atq; rationabilis distributionis quiesceret sane, quantumuis ratio meriti eius dispositionis deprimeretur: nam ipse solum volebat, Deum aliquando expectare conatum bonæ voluntatis, occasionem quærens, vt sub colore desiderij, & laboris gratiam conferat; eam tamen manere gratuitam eo, quod exiguis, & paruis conatibus conferatur, vt ipse dicebat collatione 13. cap. 13. Vide, quæ diximus ex Cassiano, disp. 25. num. 20. & ex Faustino num. 23.

Secundo, quia ea dispositio remota, vt ab eius auctoribus ponitur, necessario habet aliquam vim meritoriam, aut impetratoriam gratiæ saltẽ de cõgruo: sed Malsilienses solũ cõtinuebãt similitẽ vim meritoriam de cõgruo, aut impetratoriam, ac propterea damnati sunt: ergo in ea dispositione remota latenter implicatur error Semipelagianorum. Minor huius argumenti cõstat ex nostra disp. 25. c. 3. & 8. Maiorem vero sic probõ, cum Deus infideli, qui bene vsus fuit lumine naturæ cõfert primã vocationẽ gratiæ, vel aliqua ratione mouetur ad cõferendã eã ab honesta operatione morali, quã habuit infidelis ex proprio arbitrio, & offert in obsequium Dei, vel nulla ratione mouetur? Si hoc secundũ: ergo Deus ob suã bonitatem, atq; misericordiã liberaliter largitur eã gratiã, eodem pacto ac si in subiecto nõ præcessisset honesta operatio moralis: ergo illa nullum habuit influxum, aut in voluntatem donantis, aut in ipsã gratiam. Probo hanc consequentiã, quia aliquid præcedere ad aliud sufficiens non est, vt interea sit antecessio, aut ordo causalitatis, nisi vltra antecessionẽ, ad sit etiã aliqua dependẽtia, & influxus: ergo si Deus nulla ratione contulit primã vocationem gratiæ intuitu honesti operis moralis, nec voluntas diuina ab ipso opere, quasi prouocata fuit ad donandã ipsã gratiam

8  
Opposita  
sententia  
eligitur.  
P. Suar.  
P. Molina  
P. Valẽtia  
P. Vazq.

9

Dispositio  
moralis  
ces remota  
est ab  
quale me-  
ritum.

gratiam nequaquam dici potest dispositio motus voluntatem Dei.

Dices: dispositionem illam exercere suam causalitatem in ordine ad formam introducendam, nimirum in ordine ad gratiam intrinsecã subiecto; non verò in ordine ad voluntatem Dei, per quam illam confert.

Sed contra hanc solutionem est doctrina Augustini sæpe a nobis notata, nimirum id, quod in tempore est causa, quod ipsa gratia recipitur in subiecto, fuit etiam ab æterno causa in præscientia Dei, vt præpararetur ipsi subiecto: nam si Deus vidit gratiam recipendam cum dependẽtia ab illa præuia dispositione, etiam voluit infundere cum illa dependẽtia: licet enim dispositio illa præuia non sit dispositio in ordine ad actum liberum Dei, vt se tenet ex parte Dei, & est ipse actus necessarius in Deo, est tamen dispositio ipsius actus liberi, vt se tenet ex parte creaturæ, & eam essentialiter cõnotat: nam vt gratia non reciperetur in subiecto, si ab ipso abesset illa dispositio, ita Deus nollet illam recipi, neq; voluntarie infunderet: ergo hoc ipso, quod ea dispositio exercet in tempore causalitatem circa gratiam non potest non eam exercere circa voluntatem conferendi liberam cum limitatione, & explicatione à nobis notata. Vnde Augustinus lib. de Prædestinat. Sanctõrum. cap. 10. hoc asserit gnat discrimen inter prædestinationem; & gratiam, quod illa est huius præscientia, & præparatio, hæc verò est ipsa donatio: ergo quod est realis causa donationis temporalis, fuit etiam causa suo modo prædestinationis, vt est actus liber essentialiter cõnotans ipsam gratiam. Si secundum: ergo in ipso opere honesto moraliter non solum est vis causandi physica dispositiuã, sed etiam moralis per virtutem meritoriam, aut impetratoriam: etenim quotiescũq; agens liberum mouetur ad præmium dandum propter opus honestum in obsequiũ eius oblatum, si mouetur rationabiliter agnoscere debet in ipso opere honesto aliquam bonitatem, aut in persona sic operante aliquam dignitatẽ, ratione cuius cõgruũ est, atq; decens, vt propter talem bonitatem, & dignitatem ei detur donum, quod desiderat, & impetrat.

Tertio argumentor sic; & pono bonũ opus, quod fit ab infideli, aut esse fidenz Dei vnus, aut detestationẽ alicuius peccati: & pono hæc opera ab ipso sine libertate præstita, & peto, an ne in huiusmodi operibus inesset vis causandi dispositiuã, vel non? Doctores, cum quibus disputamus, plane docent in opere non libero non esse rationem dispositionis remotæ; vt cõstat ex argumentis, quæ à parte ipsorum formauimus: ergo ad rationẽ dispositionis necessaria est in actibus libertas, atq; honestas moralis. Ex

quo ego infero, causalitatem eorum actuum non esse pure physicam similem alijs physicis dispositionibus, vt ei, quæ est in calore vt octo ad formam ignis; in certa qualitatibus primarum tẽperie ad mixtum, & in dissimilari, difformiq; organizatione ad viuẽtia: nam ad physicã dispositionẽ nõ solũ requiritur vt subiectũ, quod disponit in formet; non autẽ quod introducatur forma actione libera, atq; honesta, id, quod clarius est si admittis libertatẽ non esse actui essentialẽ: nã tũc actus liber, & nõ liber eiusdẽ rationis sunt: ac proinde pariter disponunt, si causalitas ipsorum est mere physica. Sed neq; ex hoc pendet efficacia huius rationis: nec enim Doctores hii ponũt actus hos esse dispositionẽ propter differentiam physicam, quæ esse potest inter actũ liberum, & non liberum; sed propter honestatem moralem, quæ est in libero, & qua caret non liber: ergo non possunt non tribuere Doctores præfati actibus illis disponentibus causalitatem aliquam moralem erga Deum: ac subinde necessario debent constituere vim merendi aliquam, licet exiguam. Quod si hanc tribuant, relabuntur in Malsilienses, & eodem modo confutãdi sunt, quo ipsos refutauimus disp. 25. cap. 8.

Deniq; contra prædictã sententiã argumentor sic: nam vel ea opera honesta per vires naturæ sunt proxima dispositio ad primum auxiliũ gratiæ ex ipsorum natura, vel ex ordinatione, aut promissione Dei: neutrum istorum dici potest: ergo non sunt dispositio. Non primum: nã ipsa quatenus continentur intra ordinem naturæ improporcionata sunt ad disponendum subiectũ ex se, etiam inferioris rationis in ordine ad formã superiorem; hoc enim est munus dispositionis propriũ, quod inherens subiecto ex se male aptato, & inter posita inter ipsum, & formã illud aptant, & ita modificant, vt idoneum sit ad recipiendã formam. Quod si in ipsis dispositionibus est tanta improporcion, ac in subiecto, vt est in actibus mere naturalibus, tale munus præstare nequeunt.

Dices, secundũ probabilẽ sententiã primum gratiæ auxiliũ nõ esse quo ad substantiam supernaturalem, sed naturalem: ergo actus honesti morales non sunt improporcionati in ordine ad primum gratiæ auxiliũ.

Sed contra primo: ego verius puto, omnem ordinem supernaturalem à prima vocatione vsq; ad vltimum actum, qui exercetur in nostris facultatibus intelligendi, & volendi quo ad substantiam supernaturalem esse; de quo alibi: sed ne ad hoc, quod minus certum est, reuocetur argumenti efficacia. Contra secundo: negat nullus esse in primo gratiæ auxiliũ saltem modum ad substantiam supernaturalem, siue physicum, siue moralem, ab eoque tanquam à forma eleuari nostros naturales actus.

S. Thom.

12

E fugiam.

13

Præcludi-  
tur.

Omnis ac-  
tantiam  
supernaturalem  
esse; de quo  
alibi: sed  
ne ad hoc,  
quod minus  
certum est,  
reuocetur  
argumenti  
efficacia.

Z z actus

Natura actus non disponunt physice ad gratiam. actus ad ordinem superiorem: ergo saltem secundum hanc rationem actus honesti morales præcedentes proportionati sunt: nec refert esse proportionatos primæ vocationi gratiæ secundum substantiam: nam si à prima hac vocatione circumscribas modum supernaturalem eleuantem, etiam ipsa manebit intra ordinem naturæ, neq; erit vocatio gratiæ, sed speciale beneficium pertiaens ad ordinem naturæ. Vnde, & si demus in esse in illis actibus vim dispositiuam, atque meritoriam non solum de congruo, sed etiam de condigno in ordine ad primam illam vocationem nudatam modo illo supernaturali, non habet, quod intendunt; sed tantum, quod apud omnes in confessio est, nimirum hominem per vires naturæ mereri posse alia dona, atque beneficia naturalia. Contra tertio: cum dicis actus honestos præuos in quantum sunt dispositiones esse proportionatos cum prima vocatione gratiæ, quia secundum substantiam naturalis est: vel loqueris de illa in quantum inseparabiliter habet sibi coniunctum modum supernaturalem eleuantem, vel de ipsa solum secundum se, vt consideratur cum indifferentia, aut præcisione admodum, vel ad negationem modi. Si primum, ergo iam ponis dispositionem ex natura ad vocationem, vt affectam modo supernaturali: atq; adeo incidis in inconueniens in proportionis inter dispositionem, & formam, propter quod vitandum dicebas, posse actum naturalem non obstante improportione esse dispositionem ad primam gratiæ vocationem; quia hæc secundum substantiam naturalis est: nam vt hic deuorū improportionem comparatione modi; ita poteras admittere, actus morales bonos esse dispositiones ad primam vocationem gratiæ quo ad substantiam supernaturalem, nihil impediens improportionem. Si secundum: ergo ruit tota sententia horum doctorum: quia ponunt dispositionem præuam ad auxilium gratiæ, vt gratiæ est: sed ad speciales concursus indifferentes se habentes, atq; præsiue in ordine ad gratiam, aut in ordine ad naturam.

Nec ex parte Dei. Nec etiam secundum; videlicet hos actus esse dispositiones ex promissione diuina: primo, quia vel ea promissio, aut ordinatio facta fuit à Deo inuitu ipsius dispositionis propter illam consentaneam ad vim meritoriam, aut impetratoriam, quam videbat ipsis in esse: vel solum mere gratuito, nulla habita ratione bonorum operum, perinde ac si non essent in subiecto. Si primum: ergo in ipsis operibus inuenit Deus aliquod meritum, vel aliquale fundamentum merendi ratione cuius ipsos ordinauit ad gratiam, aut propter quos ipsam promissit: ergo non tantum sunt dispositiones

quasi physica, sed etiam causa morales mouentes Deum: atq; adeo gratia subiungitur naturæ propter vim naturæ, qui est Casiani, & Fausti error. Si secundum: ergo ipsi actus non sunt dispositio, nec habent aliquam causalitatem, aut in gratiam, aut in voluntatem præparantem Dei, vt dicebam supra in secundo argumento.

Secundo: quia licet scriptura doceat per eleemosynas peccata redimi, & qui misericordiam faciunt misericordiam consequenturos, vt Matthæi 8. beati misericordes, quonia ipsi misericordiam consequentur, & licet humili orationi promissa sit iustificatio, Lucæ 18. in publicano illo, qui descendit iustificatus, de qua re legi potest August. Epist. 89. q. 4. & Ambros. serm. 35. qui est inferiam 4. post Dominicam primam Quadragesimæ, & elegans testimonium Pauli ad Hebreos 13. ibi, beneficentia autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus, in quibus verbis beneficentiam diuitum in pauperes appellat communionem, aut quia bona diuitum sunt communia cum pauperibus, aut quia vtrinque tam dantis, quam accipientis bona communia sunt, quia scilicet dans dat sua terrena, & ab accipiente recipit preces, & benedictionem, & alia spiritualia bona. Hic nota Caluini, & Beza calumniari in nostrum interpretem, quod male, & barbare vertit promeretur: sed ex græco idem est promeretur, ac conciliatur, & placatur: ac consequenter pronocatur, & inducitur Deus ad benefaciendum his, qui in alios sunt beneficii; vt notant Chrysostomus, & Theophylactus, & in alijs locis, vt Tobias 4. & 12. Ecclesiast. 3. & 7. Matthæi 6. Marci 11. Lucæ 6. & alias: at promissio facta his operibus pietatis non est intelligenda nisi ipsa hanc christianæ, hoc est ex gratia per Christum vt dixit Paulus 1. Corinth. cap. 13. ibi, si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. In quibus insignem eleemosynam non procedentem ex fide, & charitate nihil prodesse, ait idem expressit Matth. cap. 10. ibi, qui recipit prophetam in nomine propheta, & qui recipit iustum in nomine iusti, & quicumq; dederit potum aquæ frigida tantum in nomine discipuli, hoc est, quia propheta, quia iustus, quia Christi discipulus, vt explicat Maldonatus, & alij. Similia testimonia habes Marci, & Lucæ 9. Itē Matthæi 25. vbi Christus Dominus in sua persona ponit exemplū cui facienda est eleemosyna, vt opus misericordiarum sit meritorium vitæ æternæ; significans habere debere respectū ad ordinem supernaturalem: nam subleuatio facta Christo Domino, id est homini, & Deo, obiectū habet supernaturale, & licet P. Vazquez 1. 2. disp. 117. alio modo

modo explicet hæc testimonia: at hæc nostra ipsorum intelligentia, & communis patrū, & solida est, ex qua fit bona opera moralia ex sola natura profecta, non habere esse dispositiones ad gratiam ex diuina promissione: ergo nec actus hi sunt dispositiones ad gratiam ex propria ipsorum natura, neq; ex diuina promissione: ac subinde sententia, quam impugnamus sine firmo nititur fundamento.

15 Qui admittit, natu ram se disponere ad gratiã congruã peccaret contra Paul. Hic obseruadū est inter primas vocationes, alias esse cōgruas, alias nō cōgruas. quæ hucusq; diximus probant plane, bona opera moralia ex libero arbitrio nō esse dispositiones, nec ad gratias cōgruas, neq; ad nō cōgruas: obseruadū tamen est, eum, qui diceret ei dispositioni infallibiliter annecti à Deo gratiã aliquam congruã grauius peccaturū: Nam ratione illius præcipue dixit Paulus, non est volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. hanc etiam vocationē (ait) Augustinus in Inchiroid. cap. 3. esse secundum propositum, & procedentem ex speciali electione, & conferri à Deo antequam quid quā boni, aut mali prædestinatus egisset; vt fuse explicat disp. 23. cap. 5. & 6. ex Paulo, & Augustino

tantū ergo beneficium subiungere humano labori esset error intollerabilis, & ponere causam propriissimā prædestinationis, quo ad primum effectum in quo tota cōtrouersia versatur inter Augustinū, & Massilienses: nā posteriores effectus prædestinationis ex gratia præueniente priori causam meritoriam habere possunt, & habent. Vnde, licet inter gratiam congruam, & nō congruam physicū discrimen non sit, ac propterea forma, quæ est dispositio ad gratiam non congruã, possit esse etiã dispositio ad congruam, si tantū consideremus naturas physicas: at attendendo ad principia fidei, & modū loquēdi Pauli, atq; Augustini maioris momenti error esset affirmare nos præparare posse ex libero arbitrio ad gratiã congruã determinatē, hoc est ad illā vocationē, quā Deus prænouit sortituram effectū. Maxime, cū licet hæc dispositio sit remota, atq; mediata in ordine ad gratiã sanctificantem: at nō potest non esse proxima, & vltima in ordine ad primā vocationem. Ex quo fit secundum principia horum doctorum, Deum aliqua ratione teneri ad infundendam primam vocationem congruam: nam vltimā dispositioni positæ debetur statim forma in eodem durationis puncto ex lege naturæ, seu debito connaturalitatis, vt docet concors philosophorum sententia in omni physica vltima dispositione ad formam substantialem, quæ vel ab agente secundo, vel à primo introducitur in eodem temporis momento, quo subiectum vltimo dispositum est: ergo cum hi Doctores fateantur, bona opera libera moralia ex libero arbitrio esse proximam, atq; vltimam disposi-

tionem ad primam vocationem gratiæ, coguntur cōsentaneè ad sua principia cōcedere, Deū obligari ad infundendam aliquam primam vocationem in eodem temporis momento, quo videtur positam esse dispositionem hanc vltimam: ergo si loquantur determinatē de vocatione congrua, dicere debent, eam alligatā esse ex lege infallibili dispositioni humano conatu positæ, in quo sanè recidunt periculose, in errorem Massiliensium: nam vt dixit S. Prosper lib. contra collatorem, cap. 6. velis, nolis conuinceris dicere gratiam Dei secundum merita dari, cum ali quid ex ipsis hominibus præcedere affirmas, propter quod gratiam consequatur: non enim nullius meriti haberi potest perentis fides: pariter ego contra hos Doctores affirmare possem, velint, nolint conuinci dicere gratiam Dei secundum ali quale nostrum meritum dari, cum ali quid ex hominibus præcedere affirmat, siue vocet dispositionem, siue meritum, ad quod gratia consequatur, maxime cum ostenderit supra num. 7. in hac ipsorum dispositione, & meritum, & rationem causæ moralis inclusam esse. Ad hoc egregia habet verba Prosper lib. contra collatorem, cap. 8. vbi nomine Casiani explicantis illud Pauli, non est volentis, neque currentis, & c. & illud ad Philipp. 2. Deus est enim, qui operatur in nobis, sic scribit, in his omnibus, & gratia Dei, & libertas nostri declaratur arbitris, & quia etiam suis interdum motibus ad virtutum appetitus possit extendi, semper verò a Domino indigeat adiuuari. Neque enim cum voluerit quis sanitate perfruitur, aut de ægrotudinis morbo pro arbitrij sui desiderio liberatur. Hæc verba profert Prosper, vt ea reiciat cum tamen, sententia, quam impugnamus, non solum ei consentiat, in quātum dicit hominem proprijs motibus liberi arbitrij, hoc est, actibus moralibus se extendere ad virtutem appetendam, & postea à Domino adiuuari, sed etiam supra Casiani sententiam amplius concedunt huic dispositioni liberi arbitrij: nam ipsi annectunt primo gratiæ auxilium cum vltima dispositione in ipso temporis momento: Casianus vero ait; non statim sanitate perfrui: cum voluerit quis, aut pro desiderio arbitrij ægrotudine liberari. Præterea hæc subdit Prosper verba nomine Casiani, etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnumquam tamen nisi a Deo dirigantur ad consummationem virtutum peruenire, non possunt. Ecce Caietanus à Prospero reprehenditur, quod concedat principia bonæ voluntatis ex libero arbitrio, quæ indigent à Deo dirigi, atque eleuari per gratiam: ergo cū Doctores hi ponant vltimam dispositionem ad primam vocationem gratiæ, ponunt sanè principia ex se, quæ indi-

Prosper. Prospero duo præ clara testimonia.

Philip. 2.

17

Casianus.

Verba Prosperi in Caieta num.

gent diuina directione, atq; eleuatione: ergo in eadem sunt causa cum Calsiano. Porro cap. 16. sic refert Prosper ex Calsiano, *nam cum viderit nos Deus ad bonum velie deflectere, occurrat, dirigit, atque confortat.* Hoc ipsum affirmant hi Doctores: ergo secundum Prosperi iudicium cum Calsiano sentiunt. Prætermitto alia, quibus id ipsum possem ostendere.

18 At dicat aliquis; hos Doctores non alligasse primam vocationem gratiæ eidem temporis momento, quo Deus videt dispositionem illam ex parte nostra positam esse; sed semper integrum Deo esse, aut statim infundere primum gratiæ auxilium, aut infusionem differre.

Præcluditur. Sed neq; hoc eos liberat, primo, quia etiam Calsianus concederet, non alligari in eodem momento temporis gratiæ adiutoriū ad consummationē virtutū, dum ei daretur initium, aut occasio ex nobis: neq; enim error ipsorū consistebat in eo, quod tempore cōiungerentur conatus nostri, & adiutoriū gratiæ, sed in eo, quod propter conatus nostros à Deo cōiungeretur gratia sine cum aliqua dilatione, siue cū nulla; vt constat ex testimonijs immediate ex Prospero allegatis, & ex fufe dictis disp. 25. cap. 3. 4. & 5.

Secundo; quia si Deus potest differte infusionem primæ vocationis gratiæ etiam posita dispositione ex parte nostra: ergo ea non habet causalitatem ultimam dispositionis pure physicam, vt dicebat Sotus in principio huius capituli: etenim causalitas ultimæ dispositionis coniunctam habet tempore sibi formam, pro qua disponit, vt notabam paulo ante: ergo causalitas honestarum operationum nostrarum erit moralis, & influent immediate in diuinam voluntatem illas acceptantem, & pro tempore, placito Deo, præparantem vocationes gratiæ intuitu nostrarum operum moralium; ac subinde, non possunt vitare meritum de congruo, in quo Semipelagianus error situs est: vt constat ex cap. 3.

Ad primum argumentum distinguo antecedens, in causalitate dispositiua, vt sic, vt est ratio vniuersalis, & communis dispositioni physicæ, per qualitates primas, aut secundas, & dispositioni morali, per actus moraliter honestos, non est meritum de congruo, aut de condigno; concedo: incausalitate verò propria actuum moralium honestorum qualiter ponitur ab his Doctoribus, non continetur meritum de congruo, nego. Etenim in his actibus tota ratio disponendi subiectum est libertas, atq; honestas actuum, non entitas physica physice considerata ipsorum: ergo dispositio hæc, vt hæc est, non præscindit à causalitate morali per meritum, vt constat ex discursu, ac præcipue ex secundo argumento

contra illam sententiam. Verum est ad meritum de congruo necessarium esse, quod actus sit proportionatus in bonitate sua cum præmio, vel quod persona aliqua dignitate prædita sit, quæ etiam præmio respondeat: at ex hoc tantum fit naturam quantumvis bene vtatur bono naturæ, non posse mereri de congruo res spectantes ad ordinem supernaturalem; non tamen efficitur actus bonos à natura esse dispositiones, quia etiam in his sua proportio cum forma necessaria est, vt expeñdebamus num. 7. ratione vltima pro conclusione. Itaque probant partem negatiuam, nimirum nullum esse meritum de congruo in operationibus moralibus nostris: nõ vero partem positiuam, nimirum eas esse dispositiones.

Ad secundum, concedo antecedens, & nego consequentiam. Incommodum, quod consequens continet, satis declarauit in discursu capituli. Ad cõfirmationem, concedo esse illud modum proportionis inter naturam, & gratiam, qui in ea explicatur: nego verò inde fieri actibus nostris concedi posse valorem aliquem meritorium, aut vim disponendi, quæ in nostro casu coincidit cum merito; vt fufe declarauit in refutatione huius sententiæ. Verum est rationem solidam nostræ sententiæ, non tam desumptam à principijs phylosophiæ, quam à principijs fidei: etenim ratio, quæ sumitur ab improportione, non difficilem haberet satisfactionem, nisi vrgerent definitiones Ecclesiæ satis à nobis declarata, disp. 25. cap. 8. Eis verò suppositis vtimur phylosophia non contemnenda, vt desertuat fidei diuinæ.

Tertium argumentum petit explicationem difficilis quæstionis, videlicet quo pacto segerat Deus cum facienti quantum est in se viribus naturæ, & quam sit diuinæ bonitati, atque aequitati consentaneum ipsum non deserere, sed præsto ad esse gratia sua; de qua re fufe disputo sequenti disputatione, in qua sententiam quandam P. Molinæ à multis acriter impugnatam discutio, & quantum habeat probabilitatis radicibus explico. Ea verò constituit pactum quoddam, seu legem infallibilem inter Christum, & Patrem, quo Pater se obligauit propter merita Christi conferre auxilium gratiæ homini facienti quantum est in se, non propter merita, aut dispositiones bonorū operum moraliter honestorum, vt dicebat sententia hæc, quam modo impugnamus; sed propter merita solius Christi, ita vt comparatione Christi Domini illa gratia elargitio non sit liberalis, sed remuneratoria; comparatione vero hominis facientis quantum est in se, cui tribuitur, sit omnino gratiosa.

Restabat etiam duobus testimonijs S. Thomæ

me satisfacere, quæ ex aduersa parte proposuimus, in quibus Angelicus Doctor videtur significare liberum arbitrium ex se posse se disponere ad gratiam. Verum quia le-

go in D. Thoma difficiles locos, atque inter se non omnino coherentes, ideo eius mentem disquirendam putavi in capite sequenti.

Caput III. Quid sentiat D. Thomas de dispositione ad gratiam ex libero arbitrio.



21 **V**IA S. Thomæ doctrinam religiose colo, & reuerenter veneror, pro studio, quo erga ipsum aficior, opere pretium duxi in re tam graui, tanti Doctoris mentem indagare: nam si verum esset, vt aliqua eius testimonia sonare videntur ipsum concessisse ex libero arbitrio dispositionem ad gratiam, videretur comprehensus inter auctores, quos confutauit cap. 2. & quia precipua confutatio in eo inicitur, quod reduci videantur ad eundem errorem, in quo Malsilienses fuerunt, si S. Thomas ei sententiæ fauet, nõ omnino erit ab illa macula mundus. Ex discursu huius capituli, & ex varijs testimonijs inter se collatis mens D. Thomæ in hac re nobis affulgebit Deo dante: atque in primis in 1. dist. 41. art. 3. in quo D. Thomas inquit, *vttrum præscientia meritorum sit causa prædestinationis.* Et in corpore articuli disertè declarat, qua ratione opera nostra meritoria nullo modo causa sint prædestinationis diuinæ, vt se tenet ex parte Dei, quia de essentia prædestinationis, vt sic est præscientia, & voluntas salutis aliquorum; at nec præscientia Dei, nec voluntas similiter pendet ab obiectis. Deinde comparans effectum prædestinationis, nempe gratiam, cum operibus nostris sic, ait, *sed hæc causa in quibusdam habet completam rationem cause, & sufficienter inducit effectum, quandoque vero est tantum dispositio; ita etiam ad duplicem effectum prædestinationis diuersimode se habet nostra operatio, quia opus meritorium informat gratiam est causa meritoria gloriæ; sed opus bonum præcedens gratiam, non est causa meritoria eius, sed solum dispositio quædam.* Unde patet, quod prædestinatio causam non habet, sed habet rationem ex parte effectus secundum quæ rationalis, & iusta dicitur. In his verbis dupliciter significat opus ex solo libero arbitrio esse dispositionem ad gratiam. Primo, cum, ait, non esse causam meritoriam, sed solum dispositionem quandam: nam, vel loquitur de opere procedente ex motione gratiæ auxiliantis, vel ex solo libero arbitrio: si de priori dicere debuisset, non tantum esse dispositionem quandam saltem remotam, sed etiam causam meritoriam: nam omne bonum opus nostrum ex fide, & ex iugi auxilio gratiæ per Christum

procedens est meritorium, saltem de congruo gratiæ vterioris, ac demum iustificationis: vt sepe in superioribus docuimus ex Augustino, & ex veriori sententia: ergo cum D. Thomas neget, tale opus esse causam meritoriam, & affirmet esse tantum dispositionem, plane loqui videtur de opere profecto ex solo arbitrio: ergo concedit dispositionem quandam ad gratiam ex nudo arbitrio, ac subinde contentit auctoribus, quos cap. 2. refutauimus. Secundo, id significat cu (ait) prædestinationem habere causam ex parte effectus, secundum quam ipsa rationalis, & iusta dicitur, in quo consentire videtur fundameto Malsiliensi, qui vt defenderent à Deo dona suæ gratiæ distribui rationabiliter, putarunt, necessarium esse ex parte nostra ponere initium aliquod, seu occasionem aliquam gratiæ elargiendæ: ergo videtur S. Thomas concessisse in hac ratione Calsiano, & Fausto Regiensi. Etenim si prædestinatio, nõ haberet rationem ex parte effectus petitam ex solo libero arbitrio, sed ex auxilio gratiæ, non redderet sufficientem rationem rationalis, & iustæ prædestinationis ex parte effectus: nõ ad primū effectum gratiæ non præsupponeret ex parte subiecti aliquam causam quare huic ipsum Deus impartiret, nõ illi: ergo, aut ratio D. Thomæ solida nõ est, aut ex parte liberi arbitrii cõcedit dispositionem, seu rationem aliquam ad primū effectum prædestinationis.

22 Secundum testimonium sumitur ex 2. sentent. q. 2. art. 1. vbi tractat S. Thomas, an Angeli indiguerint gratia ad hoc, quod cõuertantur in Deū. Et in corpore articuli refert secundū quorundam opinionem duplicem gratiam necessariam esse ad conuersionem meritoriam, aliam gratiam facientem, aliam gratis datam, à qua, inquit, *elicitur substantia actus, & quæ liberum arbitrium inclinat ad volendum.* De hac opinione sic iudicat D. Thomas, *sed istam gratiam ponere non videtur necessarium, nisi ipsa libertas arbitrii gratia dicatur, quæ proculdubio nobis à Deo est, vel aliqua occasio, quæ quandoque dantur hominibus a Deo ad conuersionem, vt instructio legis, & castigatio ad humilitatem, & alia huiusmodi, sine quibus tamē possibile est gratiam cõsequi, quia si homo facit, quod in se est, Deus dat ei gratiam.* In his verbis impugnās opinionem, quæ retulerat affirmat plane ad conuersionem, quo ad substantiam actus nullā esse aliam gratiam necessariam præter liberum

22 Testimonium ad i. em.

liberum arbitrium, & præter occasiones ad se conuertendum, quæ extrinsecæ sunt, vt ibi D. Thomas explicat. Et suam proferens sententiã, plane affirmat illum actum à tali principio elicium, esse dispositionem ad gratiam per hæc verba, & ideo aliter est dicendum, quod ad elicendum actum conuersionis sufficit liberum arbitriũ, quod se ad habendam gratiam per hunc actũ præparet, & disponat. In his verbis expressissime agnoscit dispositionem ad gratiam ex solo libero arbitrio, sine præueniente alio comprincipio gratiæ; & postea in discursu id explicat ex phylosophia exëplo alterationis, & generationis: nam vt ad alterationem vltimo disponentem necessario sequitur generatio substãtialis formæ; ita (inquit) S. Thomas ad conuersionem ex libero arbitrio tanquam ad dispositionem sequitur infusio gratiæ à Deo, apprime distinguens in ipsa conuersione rationem dispositionis à ratione meriti: dicens hanc habere à gratia infusa, illam vero a libero arbitrio: quod etiam explicuit in responsione ad primum per hæc verba, ad primum dicendum, quod quamuis liberum arbitrium de se possit in substantiam actus, non tamen in formam eius, per quam meritorius est, vbi formam appellat gratiam.

23  
3. Ad idẽ.

Tertio, in eodem 2. dist. 28. q. 1. art. 4. eam tradit doctrinam, & fufe probat: nã inquit, verum homo possit se præparare ad gratiam sine aliqua gratia, & proponens argumẽta cõtra sententiã propriã proponit probandũ, quod homo non possit se præparare ad gratiam sine aliqua gratia. Ecce mens D. Thomæ erat sequi contrariam sententiã. Vnde in argumẽto, sed cõtra adducit illud Zachariæ, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, vbi expendit eam conuersionem, quam Deus à nobis exigit esse præparationem ad receptionẽ gratiæ. Ex quo infert hanc consequẽtiã: ergo hoc primo à nobis exigitur, vt ad gratiam præparemur, quã quod Deus ad nos gratiã infundendo cõuertatur. Deinde allegat Anselmum dicentem; ideo Deũ non dare nobis gratiã, quia homo non vult accipere: ex quo infert: ergo si homo vult accipere Deus eam dabit: sed illud, quod in voluntate hominis constitutum est, in potestate liberi arbitrij est: ergo in potestate liberi arbitrij est, vt homo ad gratiã se præparet. Et iuxta hæc in corpore articuli decidit quæstionẽ, distinguens duplicẽ gratiam. Primã, ait, esse, quodcumq; excitatiuum voluntatis exhibitum homini ab ipsa diuina prouidentia, quã omnibus rebus gratis impendit ex sua bonitate. Secundã, donum habituale in gratia receptum: concedit hominem non se posse præparare ad gratiam, sine gratiã priori modo accepta, quia omne motum necesse est ab alio moueri; explicã verò quo pacto Deus moueat hominem sic, ait, siue sit admonitio hominis, vel

agritudo corporis, vel aliquid huiusmodi, &c. Et deinde, dicens hanc gratiã primo modo appellari gratis datã sic, ait, & etiam si gratia gratis data dicatur ipse actus liberi arbitrij quem Deus in nobis facit, quo ad gratiam gratum facientem præparemur. In his verbis plane admittere videtur actũ liberi arbitrij elicium ab ipso, cooperante Deo cõmuni prouidentia hominũ, esse dispositioẽ ad gratiam gratum facientẽ. Porro refert aliorum opinionem his verbis, quidam enim dicunt, quod nullus potest se ad gratiã gratum facientem præparare, nisi per aliquod lumen menti infusum, quod est donum gratiæ gratis datæ. In quibus verbis proponit opinionem, quã sequitur Ecclesia contra Semipelagianos, nimirum omne initium, omnemq; dispositioẽ ad ordinem gratiæ initium sumere à priori gratiæ præueniente, quam appellat S. Thomas, lumen menti infusum, Ipse vero sic respondet ex propria sententiã, istud autem non videtur conueniens, quia præparatio, quæ est ad gratiã, non est per actus, qui sint ipsi æquandi æqualitate proportionis, & ideo non oportet, vt actus, quibus homo se ad gratiam habendam præparat, sint naturam humanam excedentes; sicut enim natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam; ita actus virtutum naturalium se habent, vt dispositiones materiales ad ipsam. Vnde non exigitur ad hoc, vt homo ad gratiam se præparet aliquod aliud lumen gratiæ præcedens. Nihil clarius dicere poterat S. Thomas pro dispositione ex libero arbitrio ad gratiam. Deinde vtur alia ratione, in qua mentem suam explicat, nimirũ sequi processum in infinitum, si ad gratiam requiretur dispositio ex gratia procedens, nam ad hanc, ex qua procedit dispositio requiretur alia, & ad hanc alia, &c. & sic concludit, nisi forte gratia gratis data dicatur naturale lumen rationis, quod pertinet ad bona naturalia, & non ad gratuita nisi large accepta. Ecce reducit primam dispositionem ad gratiam ad operationem à sola natura profectã.

24  
4. Testimonium ad idem.

Quarto, pro hac parte allegari potest S. Thomas in disputatis q. 14. de veritate, quæ est de fide art. 11. vbi in responsione ad primum hæc habet verba, si in syluis, vel inter bruta animalia nutriatur, hoc enim ad diuinam prouidentiam pertinet, vt cuilibet prouideat de necessarijs ad salutem; dummodo ex parte eius non impediatur: si enim aliquis taliter nutritus ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali certissime est tenendum, quod ei Deus, vel per internam inspirationem reuelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornel. Actorum 10. Et idem docet eisdem ferẽ verbis in responsione ad 2. Ex quo constat Diuum Thomam

Thomam ponere certissimam, atque infallibilem connexionẽ inter bonum opus illius hominis in syluis nutriti sequentis ductum rationis in appetitu boni, & fuga mali, & inter inspirationem gratiæ internam: ergo sentit, actum honestum moralem per vires proprias esse vltimã dispositionem ad primam gratiæ inspirationem. Probo hanc consequẽtiã; quia D. Thomas nõ fundat hanc connexionẽ in merito de cõgruo, vt constat ex ipsius discursu in alijs testimonijs à nobis relatis in 1. & 2. argumento. Ergo eam fundat in ratione dispositionis.

25

Expresse negat S. Tho. in natura dispositione ad gratiam.

Treno. 4. 1. Eius testimonium.

2. Corint. 3.

Hæc testimonia satisfacessunt negotij circa mentem S. Thom. & vehementer probant ipsum aliquando non fuisse alienum à sententiã, quam refutaui c. 2. Nihilominus oppositã, quæ negat libero arbitrio vim se præparandi ad gratiam, sine gratia expressissime docuit pluribus in locis. Primo in quodlibetis, quodlib. 1. art. 7. vbi in terminis tractat, vtrũ homo absq; gratia per solam naturalem arbitrij libertatem possit se ad gratiam præparare, & argumenta proponit, vt probet partem affirmantem: postea vero in argumento sed contra, duo adducit fundamẽta pro parte negante: primum, ex c. 4. Treno. ibi, cõuerte nos Domine ad te, & cõuerte mur, & infert hanc consequẽtiã ergo homo indiget auxilio gratiæ diuinæ ad hoc, quod se ad gratiã præparet. Secundum, ex illo Pauli 2. ad Corinth. 3. non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Ex quo infert hanc consequẽtiã, ergo indigemus auxilio diuinæ gratiæ ad hoc, quod nos ad gratiam præparemus. Probat hanc consequẽtiã optime; quia ad nihil se potest præparare homo nisi cogitando: ergo si ad cogitandum indigenus auxilio gratiæ, etiam indigemus ad nos præparandum ad gratiam. Et in corp. art. post monitum lectorem de cauendo errore Pelagij, & post eum relatum sic, ait, Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quod homo possit se ad gratiam præparare absque auxilio diuinæ gratiæ, & est cõtra Apostolum, qui dicit ad Philippens. 1. qui capit in vobis opus bonum, ipse perficiet. Quæ verba valde notanda sunt, tum pro mente S. Thomæ intelligenda, tum etiam pro confutanda sententiã capitis superioris, quatenus (ait) ad Pelagianum errorem pertinere asserere, hominem se posse sine gratia præparare ad gratiam, quod tamen assererant præfati Doctores. Præterea magis explicã suã doctrinam, ait, hominem indigere auxilio gratiæ, non solum ad merendum; sed etiam ad se disponendum ad gratiam, aliter tamen, & aliter: nam ad merendum indiget habitu gratiæ ad se præparandum indiget, inquit, auxilio diuino non solum quantum ad exteriora mouentia, pro vt scilicet ex diuina prouidentia procu-

rantur homini occasiones salutis, puta, prædicationes, exempla, & interdum agritudines, & flagella: sed etiam quantum ad interiorẽ motum, pro vt Deus cor hominis interius mouet ad bonum. Quæ verba valde notãda sunt: primo, quia accurate distinguit inter necessitatẽ gratiæ externæ, & gratiæ interioris mouentis, & affirmat vtramque necessariã esse, vt homo se præparet ad gratiam: tum, quia ex hoc testimonio collato cum alijs a parte contraria, ea sumus explicaturi.

26

2. Ad idẽ.

2. Ad Cor. 3.

Secundo, adduco hunc nostrum articulum 5. vbi in corpore, reiecto Origenis errore, de quo feci menciónem disp. 25. cap. 1. reicit errorem Pelagij ex eodem Pauli testimonio 2. ad Corinth. 3. & sic concludit, vnde non potest dici quod aliquod in nobis initium existat, quod sit ratio effectus prædestinationis. Si sentiret D. Thomas, liberum arbitriũ posse se ad gratiam præparare; & affirmaret sane, esse aliquid ex parte hominis, quod sit ratio effectus prædestinationis, scilicet dispositio.

27

3. Ad idẽ.

Tertio, allego ex 1. 2. q. 109. art. 6. vbi S. Tho. in terminis tractat, vtrum homo possit se ipsum ad gratiam præparare per se ipsum absque exteriori auxilio gratiæ, & post proposita argumenta pro parte affirmante, negantem probat in argumento, sed contra ex illo Ioannis 6. nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me traxerit eum, & sic subiungit, si autem homo se ipsum præparare possit, non oporteret, quod ab alio traheretur: ergo homo non potest se ad gratiam præparare absque auxilio gratiæ. Deinde in corp. articuli postquam dixit, dono habitualis gratiæ hominem indigere ad bene operandum, & à Deo fruendum, & ad se præparandum, ad susceptionem huius doni nõ oportere præsupponi aliud donum habituale in anima, quia sic procederetur in infinitum, ita, ait, sed oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interius animam mouentis siue inspirantis bonum propositum. Ecce affirmat, hominem indigere præmotione interna gratiæ ad se disponendum in ordine ad receptionem doni habitualis iustificantis. Hoc loco obserua, Caietanum versatum in doctrina S. Thomæ, cum perspectum haberet ipsum in lib. sentent. oppositum significasse in §. non obstat, ait, auctor dicta sua in 2. sentent. ad meliorem sensum reducit, declarat, & addit in quibus modeste, & comiter nos monet S. Thomam mutasse sententiã. Sed de hac re in responsione ad priora testimonia erit sermo noster.

28

4. Ad idẽ.

Quarto, allego ex eadem 1. 2. q. 112. art. 3. vbi tractat S. Thomas, vtrũ necessario detur gratia se preparanti ad gratiam, vel facienti, quod in se est? Et in argumento, sed contra probat nõ necessario

necessario dari ex illo Ieremias 18. sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, & sic addit, sed lutum non ex necessitate accipit formam à figulo, quantumcumque sit præparatum: ergo neque homo recipit ex necessitate gratiam à Deo, quantumcumque se præparet. Deinde in corpore art. statuit conclusionem suam dicens, præparationem hominis ad gratiam esse à Deo sicut à mouente. Hic nota affirmare, donum gratiæ excedere omnem præparationem virtutis humanæ, vt excludat dispositionem ex libero arbitrio ad receptionem gratiæ.

29  
5. Ad idē.  
Quinto, allego D. Thomam in 3. lib. contra gentes cap. 149. in quo quinque rationibus probat, hominem primum gratiæ auxilium promereri non posse; vbi negat etiam dispositionem ad illud; nam hæc dispositio per actum honestum moralem, non potest non esse meritoria, vt probaui cap. 2. num. 7. Deinde in ratione quinta affirmat, omnem motum voluntatis nostræ in vltimum finem præueniri ab auxilio gratiæ eo, quod omnis is motus præuenitur à cognitione, & omnis cognitio præcedens motum nostræ voluntatis in ordine ad finem supernaturalem est supernaturalis procedens ab auxilio gratiæ. Id fuisse probat ex pluribus testimonijs scripturæ, quæ nõ refero, quia ad nostrum institutum nihil conducit, cum constet de mente D. Thomæ ex eo, quod agnoscit indigentiam auxilij diuini in ipsa prima cognitione, ad quã nulla præcedit dispositio ex parte liberi arbitrij. Idem docet ad Rom. c. 10. lectione 3. vbi repetit eandem doctrinam.

30  
Nõ solum in summa sed in libris sententiarum bene de gratia sensisse S. Thomam contra Caiet.  
Ex his testimonijs id saltem manifestum efficitur, S. Thomam in posterioribus cogitationibus, atque in libris, quos senior scripsit, nimirum in summa Theologiæ optime de gratia sensisse, omnemque dispositionem ad gratiam ex solo libero arbitrio procul remouisse, atque doctrinam catholicam cum Ecclesia, cum Augustino, & cæteris patribus; quos citauit disp. 25. c. 8. docuisse, atque illustrasse; enitendum modo nobis est prioribus testimonijs aliquam accommodare explicationem, quæ cohareat cū doctrina, quam in posterioribus docuit, ne cogamur cum Caietano dicere sententiam mutasse, & in libris sententiarum aliquantulum fauuisse Semipelagianis: neque enim mihi persuadere possum, D. Thomam cum scripsit libros sententiarum, & si Iunior scripserit, non satis perspectam habuisse doctrinam catholicam contra Semipelagianos, ac maxime cum Augustinus tam copiose eam explanauerit, & tam solide confirmauerit tom. 7. operum ipsius in maiori, & principaliori parte eius. Quis ego credat hoc ignoratum fuisse à tanto doctore?

31

Ad 1.

Quare ad primū testimonium ex 1. lib. sentent. dist. 41. art. 3. respõdeo; animaduertēs pri-

mo S. Thomam, verbis ibi à me allegatis, & ex Satisfac-  
pensis agere de merito de condigno: nam agit rio ad op-  
de opere informato gratia habituali, sed con- posita ad  
uersio ad Deū, de qua ibi loquitur, pro poste- timonia.  
riori, quo intelligitur informari gratia habitua  
li est meritoria de condigno primæ gloriæ: vt  
docet communior, atque verior sententia Theo  
logorum: ergo manifestum est, cum ibi negat,  
esse meritorium ante informationem gratiæ,  
tractare de merito de condigno. Deinde aduer  
to, quotiescūque gratiam nominat intellige  
re gratiam habituaalem. Id constat, tum ex con  
textu, tum ex ratione modo à me forma petitiæ  
merito de condigno. Aduerte tertio, hanc ipsam  
gratiam vocare effectū prædestinationis, quia  
præcipuus est, & quia de illa erat sermo S. Tho  
mæ. Modo ad primam ex duabus rationibus,  
quas ibi expendendo instruximus, respondeo:  
cum S. Thom. affirmat, opus illud ex libero ar  
bitrio esse dispositionem, & negat esse merito  
rium agere de opere procedente ex gratiæ au  
xilio non in hærentis, atque inhabitantis, sed  
mouentis, atque adiuuantis: quod licet sit me  
ritorium de congruo vterioris gratiæ, vt sæpe  
diximus, negat absolute esse meritorium ante  
quam formari intelligatur à gratia habituali,  
quia loquitur de merito de condigno; vt dixi.  
Quod in phrasi S. Thomæ simpliciter, & abso  
lute meritum est: aliud vero congruum secun  
dum quid tantū, ita vt vix nomē meriti habeat.  
Appellat vero dispositionem, quia reuera opus  
ex auxilio gratiæ procedens dispositio est, re  
mota quidem, & mediata comparatione gra  
tiæ iustificantis, si non est actus perfectus con  
tritionis, aut amoris Dei super omnia; proxi  
ma vero, & immediata comparatione vterioris  
auxilij ad actus perfectiores.

Ad secundam rationem, vt respondeam, ad  
uerto primo; hoc nomen prædestinatio ibi à  
S. Thoma restricte sumi, nimirum, vt termi  
natur ad precipuum effectū, videlicet ad gra  
tiam habituaalem, in qua significatione, hoc no  
mē vsurpatum fuit a Bonauentura, & a Iauello,  
vt notauit cap. 21. nu. 1. obseruat. 3. Vt sic vero  
optime docuit S. Thomas, habere causam ex  
parte effectus prædestinationem sumptam in  
hac restrictione: causa vero est ipsum opus bo  
num ex gratia auxiliatrice procedēs, quia sem  
per est dispositio, aut immediata, aut remota,  
cum opus est, aut perfectum, aut imperfectū, vt  
modo dicebam: ac proinde cum D. Thomas  
dixit prædestinationem sic fore rationalem, &  
iustam ex parte effectus, non fauet Semipela  
gianis: nam hi loquebatur de prima vocatione  
gratiæ auxiliantis, quam Deum impartiri dice  
bant homini ex se incipienti, & negare desidi  
ne gratiæ distributio iniusta atque irrationa  
bilis sit: diuus vero Thomas loquebatur de  
infusione

infusione gratiæ habitualis, quã in adultis be  
ne dixit conferri a Deo cum delectu homini  
se præparanti ex auxilio gratiæ, & non confer  
ri homini respondententi vocationibus diuinis.

32  
Ad 2.  
In libris  
sententia  
rum S. Th.  
admissit  
supernatu  
ralitatem  
in actibus  
quo animo  
dum tan  
tum.  
Secundum testimonium difficilium est: pro  
eius intelligentia recolendū est, quod diximus  
disp. 25. cap. 4. nimirum S. Thom. sensisse actus  
nostros fidei, spei, & charitatis, reliquarumque  
virtutum infusarū esse naturales, quo ad subst  
antiam, & tantum supernaturales secundum  
modum, & licet dubium sit, an eandem sen  
tentiam tenuerit in summa Theologiæ; at mi  
hi certum est, cum scripsit libros sententiarum  
in ea fuisse sententiam, quæ erat communissima  
scholasticorum eius æui, à qua S. Thomas, aut  
fere, aut nunquam recedere solet. Hoc posi  
to: ego existimo in eo testimonio S. Thomam  
non negare gratiam interius mouentem, quã  
vocat gratis datam, sed solum negare eam esse  
necessariã ad substantiam actus: nam referens  
aliorum sententiam, ait, à qua inquitur elicitur  
substantia actus, & D. Thomas opponēs se huic  
sententiæ affirmat posse liberum arbitriū elice  
re substantiam conuersionis; ac proinde licet  
ad sit ex parte principij illa gratia gratis data  
non ad hoc conferri, vt liberum arbitrium eli  
cere possit substantiam conuersionis: addit ve  
ro conuersione semel habita hominem conse  
qui gratiã, quia Deus infundit modum super  
naturalem; ita, vt conuersione secundum substã  
tiam naturalis, eleuata iam per modum, & vt  
illi subest, incipiat esse dispositio ad gratiã vl  
teriorem. Moueor ad arbitrandum hanc esse  
mentem S. Thomæ; quia ipse certissime tenē  
dum, ait, *ficienti, quod est in se*, ex libero arbi  
trio, Deum ad esse sua gratia, non quidem quia  
facit, quod est in se, quia D. Thomas constan  
ter, atque expresse negat meritum his operibus  
ex libero arbitrio, vt satis, superque; constat ex  
testimonijs, quæ retulimus in hoc articulo.  
Quod vero D. Thomas affirmet, Deum ad fu  
turum sua gratia facienti, quod est in se per  
picuū est ex verbis, quæ retulimus ex q. 14. de  
veritate art. 11. ad 1. num. 11. in 4. argumento.  
Quod si petas, qua ratione D. Thomas motus  
fuerit ad hoc asserendum. Ego existimo eã esse,  
quia communis schola eius tempestatis id af  
firmavit, vt refero disp. 27. Id autē explicuit D.  
Thomas ex eo, quod arbitrium faciens quan  
tum est in se, & eliciens actum bonum quo ad  
substantiam naturalem, ponit causam materia  
lem gratiæ: nam modus ille supernaturalis in  
trinsece inheret in substantia actus naturalis,  
sicut sessio in sedente. quem etiam actum quã  
doque appellat dispositionem, quia se tenet ex  
parte causæ materialis, & cõparatione substã  
tiæ hominis, quæ per gratiam informatur, &  
eleuatur, est veluti proximior dispositio. Vn

de in verbis relatis in argumento ex respon  
sione ad primum, ait, liberum arbitrium non  
posse in formam, per quã meritorius est, quod  
aut intelligi potest de gratia habituali, vt dice  
bam, respondens ad primum argumentum, quod  
verius iudico: quia D. Thomas nomine merito  
rij intelligit meritum de condigno, vt iam no  
taui: aut intelligi potest de modo supernatura  
li, qui est forma proxima, tunc autem per ly,  
*meritorius*, intelligere debes meritum de con  
gruo. Quidquid autem de hoc sit, affirmare li  
berum arbitrium ex se sufficientem esse ad po  
nendam causam materialem gratiæ huius mo  
dalis, non est error: sed certa doctrina in ea sen  
tentiã, quam tenuit D. Thom. immo absolute  
verum est, naturam ponere posse causam mate  
rialē gratiæ: nã homo, qui ab alio homine gignitur  
est causa materialis immediata, tum gra  
tiæ habitualis, tum omnium donorum infusorū:  
ergo natura ponit causam materialem gratiæ.

Ad tertium, quod erat ex secundo dist. 28.  
q. 1. ar. 4. respõdeo in primis, in titulo eius arti  
culi cū D. Thom. querit, vtrū homo possit se  
præparare ad gratiã sine aliqua gratia, intelli  
gere sine gratia vlla habituali: illud vero ex Za  
charia conuertimini ad me, &c. tantum signifi  
cat in nostra conuersione cooperari liberū ar  
bitrium, suamque partes habere, quam lucē ei tes  
timonio postea attulit Tridentinū sess. 6. cap. 5.  
& credendum est in eodē sensu adduci a S. Tho.  
dum oppositum non probatur, id, quod innue  
re videtur S. Thom. in consequentia, quam ibi  
infert in illa particula *gratiã infundendo*, quæ  
per se dum nihil additur restringens, stat pro  
infusione gratiæ iustificantis. Illud item Ansel  
mi hoc ipsum confirmat, cum nihil aliud sibi  
vellit, quam illæsum seruari liberū arbitriū in  
conuersione nihil obitante gratia præueniente:  
idem ergo sensu S. Thom. Porro cum accedit  
ad decidendam quæstionē plane fatetur, prius  
hominem a Deo moueri, quam se moueat per  
conuersionem, in quibus verbis propriissime  
intelligere potest gratiã præmouentem, quam  
etiam ibi appellat excitatiuum voluntatis ex  
hibitum homini a diuina providentia gratis.  
Quod vero hanc præmotionem declaras afe  
rar in exempla ad monitiones, & ægritudines  
corporis, non probat vltra hæc non intellexisse  
gratiam internam; sed non tam expresse  
annumerando exempla, forte tacuit hoc, quia  
fuerat in superioribus insinuatam: & cū dixit  
*vel aliquid huiusmodi*, locum ipsi cõcessit: ne  
que enim omnia, quibus Deus hominē mouet  
ad conuersionem erant particulatim ea arran  
da nullo non numerato. Cum vero, ait, actum li  
berum aliquo modo inter gratias gratis datas  
numerari posse; iam diximus quo pacto id verū  
habeat disp. 25. cap. 8. n. 77. At non excludit  
alias

33

Ad 1.

alias etiam magis proprie gratias gratis datas, quas iam innuerat, & inter illas gratia auxiliante. Negandum ergo est, actum liberi arbitrii a communi providentia elicatum esse dispositionem secundum D. Thomam, sed secundum substantiam elicatum a libero arbitrio, & secundum modum a gratia interiori mouente. Verba, quæ sequuntur, & expenduntur in argumento, difficiliora sunt, & ne videar ea violenter extrahere a propria significatione, admitto S. Thomam per lumen menti infusum intelligere auxilium gratiæ vocantis: etenim ipsum distinguit a gratia habituali: ergo inepte intelliges per lumen menti infusum nisi illuminationem gratiæ præuenientis, quippe ea dicitur propriissime lumine menti infusum, & si hoc distinguitur a gratia habituali, ut dixit S. Thomas, non potest apte significare, nisi illustrationem gratiæ, quæ se tenet ex parte intellectus. Cum vero adiecit lumen hoc necessarium non esse ad se præparandum in ordine ad gratiam iustificantem, quia dispositiones non sunt æquæ æqualitate proportionis cum forma, ad quam disponunt, loquitur plane de substantia actus, quam putat esse naturalem, ut sic, & ideo semper negavit gratiam præuenientem esse necessariam ad hoc, ut liberum arbitrium elicere possit substantiam conuersionis, ut diximus explicando secundum testimonium, in hoc vero tertio loqui de actu secundum substantiam naturali, constat primo, quia, ait, non excedere naturam humanam. Secundo, constat ex illis verbis sicut enim natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam; ita actus virtutum naturalium se habent, ut dispositiones materiales ad ipsam. Quæ notanda sunt, quia bene confirmant secundum testimonium explanationem nostram, in qua dicebamus, D. Thomam appellare actus nostros naturales dispositiones materiales, quia sunt proxima subiecta modi supernaturalis, & ut sic ipsum subiectum reddunt habile ad suscipiendam gratiam iustificationis. Similiter cum, ait, non requiri ad hanc dispositionem aliquod aliud lumen gratiæ præcedens, plane loquitur de actu naturali, quo ad substantiam, qui est subiectum modalis gratiæ; ut dicebam modo. Id etiam magis constat ex ratione, qua confirmat suam sen-

tentiam de processu in infinitum, si ad hoc lumen gratiæ aliud disponens necessarium esset, & ad hoc aliud, & sic de reliquis: etenim, ut philosophi hac ratione indagantur primum quoddam omnium subiectum ante quod non est aliud, quod appellantur materiam primam; ita D. Thomas egregie vitur hac eadem ratione, & eam accomodat ad probandum actum ipsum, quo ad substantiam naturalem, esse primum gratiæ modalis subiectum, non alia gratia priori præparatum: nam alias in infinitum procedendum esset; ut dixi. Vnde sistendum esse, ait, in actibus naturalibus, quo ad substantiam nisi (inquit) ipsum lumen rationis forte appelletur gratia gratis data; quod tamē non congruit, quia per tiner ad bona naturalia, non ad gratuita.

Ad quartum, concedo D. Thomam plane sensisse, Deum sua gratia facienti, quod in se est per vires naturæ semper affuturum; ut dixi num. 14. ubi explicui rationem, quare ad id asserendum in ductus fuerit. Sed quia de hac re grauissima instruo disputationem sequentem, in qua voco ad examen rigidum legem quamdam infallibilem excogitatam a P. Ludouico de Molina: cum quo propter hanc causam non solum cum alienis, sed etiam cum nostris Doctoribus acris concertatio, hic plura nolo.

Precor lectorem, ut expendat studium nostrum in S. Thomam in dictis in hoc capite, in quo in causa non solum litigiosa, sed etiam damnata a Caietano, qui putatur Thomisticæ scholæ medulla: nos ipsum in re graui a contradictione vindicauimus totis viribus, & non tantum propter notam inconstantiam in doctrina: nam hæc a magnis magistris aliena non est; immo cum senior doctrina iuniorum castigat laudi potius, quam vitio veri debet. Sed quia si contasset D. Thomam eam sententiam de dispositione ad gratiam per solum liberum arbitrium docuisse in libris sententiarum, ut verba sonare videntur, non possemus non fateri, aut ipsum ignorasse, dum eos libros scripsit, Ecclesiæ, Augustini que veram mentem in doctrina contraria Pelagianismo, & reliquijs, aut non satis perspectam habuisse; quod proculdubio candorem doctrinæ tanti magistri non nihil denigraret.

34 ad 4.

Studium auctoritatis S. Thomæ.

# DISPUTATIO VIGESIMA SEPTIMA.

## DE VERA MENTE EIVS AXIOMATIS.

*Facienti, quod est in se Deus non denegat gratiam.*

*tiam.*

*Distincta*

### Distincta capitibus quinque.

- Caput 1. Sententia P. Molinæ, & fundamenta.
- Caput 2. Defensio P. Molinæ ab impugnatione M. Alvarez.
- Caput 3. Ut ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.
- Caput 4. Ut explicetur hoc axioma a P. Suario.
- Caput 5. Alia authoris explicatio.

## CIRCA EVNDEM ARTICVLVM QVINTVM S. TH.

### Caput I. Sententia P. Molinæ, & fundamenta.

1 P. Molina. P. Molina sententia de axioma.

**P**ATER Molina singulari ingenio, quo pollebat mediam vi aggressus est per quam ex vna parte recessit ab extrema Semipelagianorum, & ex alia in sano sensu communem sententiam catholicorum Theologorum, quos ex parte retuli disp. superiori cap. 1. & 2. & plures referam in hac disp. cap. 3. tutatus est: etenim in concordia disp. 10. dixit quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur præstare est ad conandum totum, quod ex se se potest tam circa ea, quæ fides habet addiscenda, & amplectenda, quam circa dolorem de peccatis, ac iustificationem a Deo conferri gratiam præuenientem auxiliariæ, quibus id faciat, ut oportet ad salutem, non quidem quasi eo conatu dignus efficiatur talibus auxilijs, vllaque ratione ea promoveatur. Sed quoniã id obtinuit nobis Christus ob sua merita, atque inter leges, quas tam ipse, quàm Pater æternus statuerunt de auxilijs, & donis, quæ nobis Christus promeruit mere gratis conferendis vna, eaque rationi maxime consentanea fuit, ut quoties ex nostris viribus naturalibus conaremur facere, quod in nobis est, præsto nobis essent auxilia gratiæ, quibus ea, ut oportet, ad salutem efficeremus. In his ex vna parte negat omne meritum conatibus nostris, & retinet rationem purissimam gratiæ comparatione nostri, in quo recessit a Semipelagianis, & ex alia lege infallibili propter merita Christi ex pacto quodam inito inter ipsum, & Patrem æternum, alligare videtur dona gratiæ naturæ conanti quantum est in se. In hac doctrina plura continentur, quæ ingerunt difficultatem: primum, an hæc gratiæ alligatio conatibus naturæ tutè defendi possit: nam licet P. Molina remoueat omnem rationem meriti: at si ab ipso

queratur, quare hæc lex infallibilis inter Christum, & Patrem statuta sit comparatione conantis, & non statuta comparatione non conantis, videtur necessario recurrendum esse ad ali quale meritum, seu dispositionem conatum ipsorum, & ea respexisse Christum, & Patrem cum legem statuere voluerunt. Secundum, quo fundamento hanc legem infallibilem affirmauerit esse: nam ea nisi reuelatione constet, aut a patribus docta fuerit, sine fundamento asseritur, & pariter negligetur, maxime cum aliquo modo subiungat gratiam naturalibus conatibus. Tertium, quid intelligat per conantem quantum est in se? an ne præuiam aliquam operationem naturalem? an solum operaturo per vires naturæ circa res fidei, vel circa dolorem de peccatis actum mere naturalem, dicat Deum se se ingerere gratia sua præueniente, & ita cooperari cum ipsa, ut actus, qui solum naturalis esset, si Deus non adesset gratia sua, efficiatur iam, ut oportet ad salutem? Demum, an hæc assistentia gratiæ, per quam, ait, Deum præsto ad esse aggredienti seu conanti facere, sit gratia congrua, vel non congrua. Hæc, inquam, & alia dubia moueri possunt in ea doctrina, quæ non videntur a P. Molina satis explicata.

Infallibilem hanc legem probat pluribus sacre Scripturæ locis, primo, ex 1. Ioannis dedit eis potestatem filios Dei fieri. In quibus significat Christum Dominum suo aduentu promeruisse hominibus gratiam necessariam, qua consequi possint adoptionem filiorum Dei. Notat vero cum Rossensi in art. 36. contra Lutherum, Ioannem non esse intelligendum de his, qui per gratiam facti sunt iam filij, dignitatemque possident, sed de his, qui ad eam non dum peruenerunt: nam his eatenus facta est potestas, ut filij Dei fiant, quatenus si quantum in se est

2 Probatur a Molina in fallibile. Ioan. 1. Rossens.



est contentur, praesto illis aderit Deus, ut fidem, & gratiam consequantur: nam si his Deus non adesset praesto gratia sua, non haberet in sua potestate filios Dei fieri: ergo Christus Dominus meruit per adventum hanc infallibilem assistentiam.

Ad Tim. 2.

Secundo, probat ex Paulo 1. ad Timoth. cap. 2. ubi vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem Dei venire: quod si Deus conantibus ex suis naturalibus non semper praesto est per auxilia gratiae praeventientis, ut actus fiant quales oportet ad salutem; verum non erit Deum velle omnes homines salvos fieri: etenim in voluntate salvandi omnes homines virtualiter inclusa est voluntas omnibus dandi auxilia sufficientia ergo si Deus voluntate sincera omnes homines vult salvos efficere, quantum est in se, non potest non ad esse gratia sua conanti ex libero arbitrio. Id confirmat ex Ambrosio, qui in hunc locum vult, ait, omnes homines salvos fieri; sed si accedant ad Deum; non enim sic vult, ut nolentes salventur, sed vult illos salvari si, & ipsi velint: ergo sensit Ambrosius, conanti ex libero arbitrio Deum semper futurum gratia sua. Idem docuit Oecumenius in eundem locum quaerens, si ergo Deus vult, quare non fit, quod vult? non fit, quia illi nolunt: nihil enim ex necessitate facit in nobis Deus.

Ambros.

Oecumen.

Ezech. 18.

Tertio, probat ex cap. 18. Ezechiel. Vbi, ait, Deus, non esse voluntatis suae mortem impiorum, sed ut convertantur a vijs suis, & vivant. Et infra, si homines proiciant praeparationes suas, & faciant sibi cor novum, & spiritum novum non esse mortem obituros, sed in ater-

num vitam consequuturos, quia Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Quae manifeste ostendunt, Deum ex se semper paratum esse ad opitulandum, ac per nos stare, quod ad Deum non convertamur: ergo non deerit Deus facienti, quod est in se ex proprijs viribus.

Apocal.

Quarto, probat ex 3. Apocalypsis ubi ego sto ad ostium, & pulso, in quibus significatur, Deum sine vlla intermissione stare ad ostium cordis nostri, & paratum esse adiuuare nostros conatus, licet non sine intermissione pulset specialibus auxilijs, sed saepe non solum quando se offert apta occasio, sed etiam quando torpens, ac pigrum liberum nostrum prospicit arbitrium. Ex quo manifeste efficitur, conantem quantum est ex se semper pulsare ex lege infallibili. Quinto, probat ex S. Thoma 3. contra gentes cap. 159. ubi, ait, Deum quantum est in se paratum esse omnibus gratiam dare, sicut Sol paratus est, quantum est in se omnibus lumen conferre: ergo secundum mentem S. Thomae Deus non denegavit gratiam facienti, quod est in se. Nam, qui ex se ex animo exoptat dona gratiae conferre omnibus, quo modo neget ei, qui pro virili facit quantum potest, ut eam consequatur.

S. Thom.

Addit P. Molina nemini quantum vis scelerato, & insigni peccatori in hac vita negare auxilia sufficientia: de qua re agendum nobis ex professo est disp. 3. 4. cap. 4. & sequentibus, ideo vero hoc adverto in hoc loco, quia ad ea, quae cap. sequenti dicuri sumus in defensionem P. Molinae id maxime conducit.

3

Caput II. Defensio P. Molinae ab impugnatione Magistri Alvarez.

Alvarez. Magister Alvarez in P. Mol. invehitur.



IN D. A. C. V. S. Alvarez Archiepiscopus Tranensis, & Salpensis assumptus ex per illustri Dominicae norum familia lib. 6. de auxilijs disputatione 56. acriter invehitur in hanc P. Molinae sententiam non nominato auctore eam proponit, & distinguit quatuor dictis. In primo, imponit Molinae Deum secundum legem ordinariam non dare hominibus auxilia praeventientis, & excitantis gratiae, quibus ad salutem disponantur, nisi illis, qui bene utantur suo arbitrio faciendo, quod est in se ex facultate naturae. Dixi imponit, quia in P. Molina non invenitur doctrina huius dicti: etenim ut constat ex cap. 1. in quo consulto retuli eius sententiam adamusim, solum affirmat partem affirmantem, nimirum omnibus facientibus quantum est in se dari gratiam ex lege infallibili, non vero partem negantem, nimirum non dari non facientibus: immo ut notavi in fine capituli primi, nulli quantum vis scelerato, dixit, negari auxilium gratiae sufficientis: in eo existimo deceptum Magistrum Alvarez, quod arbitratus est, id esse conferri ex lege infallibili auxilia gratiae facienti quantum est in se, & non conferri non facienti ex lege communi, & ordinaria, seu illam propositionem affirmatiivam aequivalere huic negatiivae: cum tamen distinctae sint inter se: nam licet Deus non se obligaverit ex pacto inito cum Christo ad conferenda auxilia suae gratiae non facienti quantum est in se, sicut se obligavit comparatione facientis: at potest Deus conferre, & de facto confert cum ipsi libet ex liberalitate, & misericordia sine vlla obligatione auxilia gratiae non facienti ubi, & quando ipsi visum fuerit, pro oblata occasione opportuna stando ad ostium cordis pulsare, etiam dum torpet, & pigrum est nostrum arbitrium. Itaque aliud est velle non dare ex obligatione orta ex pacto: aliud est absolute negare, seu nolle dare secundum legem ordinariam. Illud primum affirmatur a P. Molina, non hoc secundum. Ecce ergo in primo dicto impostura est.

Impostura Alvarez.

In secun-

5

Alia eius de impostura.

In secundo dicto referens sententiam P. Molinae ait, ipsum docuisse, facienti, quod in se est, ex sola facultate naturae infallibiliter dari auxilia praeventientis gratiae, ex certa lege, quam Pater statuit cum filio ob merita passionis eius. In hoc etiam dicto inuenio imposturam; nam, ut notavi num. 1. notans difficultates, quae continentur in sententia P. Molinae, illud facienti, quod in se est, dupliciter intelligi potest. Primo; quod homo praevie efficiat bonum opus ex sola natura. Deinde praesto ad sit gratia infusa a Deo. Secundo; quod nihil praevie efficiat, sed praeparato proxime libero arbitrio in actu primo, vel ad eliciendum actum fidei naturalem, quem potest habere circa mysteria fidei supernaturalia, licet improporcionatum, vel ad eliciendum dolorem universalem de peccatis, quem etiam potest habere per vires naturae, ut doctè ostendit ipse P. Molina in concordia q. 14. art. 13. disp. 7. Deus ita se ingerat cum gratia sua, ut actus ille fidei, aut doloris, qui solo libero arbitrio naturalis fieret, ab ipso, & a gratia eleuanti supernaturalis fiant, & ut oportet ad salutem. Alvarez primo modo imponit P. Molinae eam sententiam in suo secundo dicto, cum tamen in secundo sensu loquutus sit. Id manifeste constat; primo ex illis verbis disp. 10. Quare sicut Deus semper praesto est per concursum generalem libero arbitrio, ut naturaliter velit, aut nolit, prout placuerit: ita praesto illi est per auxilium gratiae sufficientis, ut quoties ex suis viribus naturalibus aggredi voluerit opus aliquod ex his, quae ad iustificationem expectant, illud exequatur, prout ad salutem oportet: ergo quemadmodum, cum Deus praesto est per concursum generalem, non supponebat opus praevium in libero arbitrio ad illud; ita etiam cum ait, Deum praesto adesse per auxilium gratiae sufficientis, cum voluntas aggredi vult opus expectans ad salutem, non supponit opus praevium effectum naturalem; sed proxime efficiendum, & cognitum a Deo naturalem futurum, nisi Deus praesto se ingerat sua gratia, & eleuet facultates hominis: ergo non loquitur Molina in primo sensu, sed in secundo.

Deinde omnem in hac re abstergit dubitationem epistola quadam familiaris ab ipso conscripta ad P. Antonium de Padilla e nostra Societate virum satis cognitum propter claritudinem profapiae, & eximiam sanctitatem, & doctrinam, anno Domini 1594. sexto die Novembris. Nam, cum P. Antonius de Padilla ab ipso quaereret, utrum de mente eius esset ponere ex sola natura opus praevium, cui ex lege infallibili subiungeret gratiam? Respondit per haec verba. Digo que no busque V. R. praevio facere: nosotros totum, quod in nobis est, & subsequi gra-

tiam praeventientem, que esso es doctrina de Pelagianos, & semipelagianos. No se colige tal de mis obras, ni de mis papeles, ni respuestas, antes todo lo contrario. Cum ergo ait Molina; quotiescumque liberum arbitrium ex suis viribus naturalibus conatur, praesto ve est ad conandum totum id, quod ex se se potest, &c. non intelligit per conari, vel per praesto esse conatum praevium, hoc est, operationem, seu actum secundum; sed praeparationem actus primi ex concursu rerum omnium, quae requiruntur ex parte causarum secundarum ad proximam executionem actus secundi; ita ut tantum desideraretur concursus generalis causae primae, loco cuius sufficit ait P. Molina auxilium gratiae praeventientis.

Nunquam Molina concessit naturam praevium natu re.

Ex hoc colligo duo. Primum in secundo dicto Magistri Alvarez imponi P. Molinae sententiam ab eius mente alienam, cum adscribit ipsi, facienti, quod in se est, ex sola facultate naturae, praecedente aliqua operatione naturali, alligasse gratiam ex lege infallibili. Secundum, sententiam hanc ita explicatam alienam esse ab errore Semipelagiano: etenim licet collatio illa gratiae praeventientis comparatione Christi Domini debita sit, aut ex fidelitate, aut ex iustitia; at comparatione hominis vocati, & excitati non potest non esse liberalis, cum ex parte eius nullum supponatur opus praevium, non solum non capax meriti, ut esset opus naturale honestum, sed etiam nec incapax. Atqui error Semipelagianorum in eo consistit, quod constituerint opus praevium meritorium de congruo; ut constat ex disp. 25. cap. 3. Illud est difficile, an P. Molina defendere possit hoc modo hoc axioma commune inter antiquos Theologos? At id pertinet ad iudicium de sententia Molinae, quod sero cap. 3. & 5. non vero ad examen impugnationis M. Alvarez, de quo in hoc capite.

6

7

In tertio dicto magis explicat mentem P. Molinae ex verbis ipsius numero superiori a me relatis: & dubitat, an conatus, quem ait procedere ex solis viribus naturae, sit idem numero actus cum conatu, quo liberum arbitrium elicit dispositionem ad gratiam; ita ut idem actus numero procedens ex viribus naturae perficiatur, & eleuetur per gratiam praeventientem ad ordinem supernaturalem? & demum iudicat, id insinuassee P. Molinae: in quo plane ei tribuit sensum supernaturalitatem in nostris actibus esse modum distinctum a substantia. Unde in quarto dicto adscribit etiam Patri Molinae auxilia praeventientis, & excitantis gratiae non esse simpliciter necessaria, ut homo eliciat dispositionem ad gratiam, quantum ad substantiam actus, sed tantum, ut illam eliciat, sicut oportet. In quibus per illud, sicut oportet, intelligit modum supernaturalem distinctum a substantia actus. Licet verum sit P. Molinae concessisse, posse liberum nostrum arbitrium actus natu-

A 22

natu-

naturales fidei, spei, & timoris, &c. producere sine gratia; vt dixi num. 5. at verum non est, eos nō distinxisse in suis rationibus formalibus, & essentialibus ab actibus, qui fiunt per gratiam. Nā in concordia q. 14. art. 13. disp. 15. §. tertium, vbi loquens de actibus, qui cōferunt ad vitam æternā, vel iustitiā, tamquam dispositiones, vel merita, cū dixisset concilia, & Patres de illis docuisse, non posse fieri sine auxilio gratiæ, subiungit. *Vtrum huiusmodi dispositiones rationes formales haberent supernaturales, vt reipsa habent? An solum supernaturali ope essent elicite in re verò essent res naturales? Neq; erat satis cognitum, neq; forte in controuersiam vocatum.* In his verbis nota illud, vt reipsa habent, vbi factur dispositiones ad gratiam ex auxilio Dei procedentes habere rationes formales supernaturales: per rationes autem formales supernaturales non potest non intelligere essentielles, atq; substantiales. Nam satis cognitū erat, & ipsi indubitatum, supernaturales esse, vel in fieri ex parte principij, vel in factio esse, saltem quoadmodum superadditum: ergo cum affirmet, id non fuisse satis cognitum, neq; in controuersiam vocatum, non potest non intelligere, atq; loqui de rationibus formalibus essentialibus. Et paulo inferius in eodem §. dicit actus, quibus hæretici credunt aliquos articulos, solere vocari fidem quoad solam substantiam actus, vt fecernantur ab actibus fidei christianæ. Vbi per substantiam actus solum intelligit communem quamdam rationem credendi tales, quæ est genus logicū ad actus mere naturales, & ad actus christianos, quos semper indicat esse specie, & in sua entitate distinctos. Deniq; disp. 7. tum in titulo, tum in progressu satis significat, ipsum specie distinguere assensum fidei, quoad solam substantiam actus, seu mere naturalē elicitem a solo concursu generali Dei, ab assensu fidei christiano elicito ab auxilio gratiæ. Lege §. nostrā sententiā eius disputationis, vbi hæc habet verba. *Neq; nos aliu assensum intendimus hoc loco probare posse elici viribus liberi arbitrij, & concursu generali Dei circa ea, quæ ad fidē pertinent, quā opinionē, fidē ve humanā, quæ actus sit mere naturalis ex proprio spiritu humano, & viribus humanis elicitus, distinctusq; specie à christiano assensu circa eadē obiecta per appulsum Spiritus sancti, spiritumq; fidei infuse elicitem.* Ergo P. Molina agnouit in his actibus, qui fiunt per gratiam, vt oportet ad salutem, supernaturalitatem substantialem, per quam distinguuntur specie ab actibus mere humanis. Expendat hic lector in quatuor his dictis semper aliquid imponi Molinæ alienum ab eius mente. Non arbitror, id ex malitia factum à Magistro Alvarez, sed quia, aut in aliquibus subobscurè loquutus est Molina,

aut in alijs perfunctorie, & leuiter legitur.

Contra legem infallibilem statuta pluribus pugnat Magister Alvarez in prima conclus. Videndum modo, quantum roboris habeant. Allegat primo Augustinum in epist. 107. ad Vitale: vbi pro certo habet, quod statibus duobus hominibus in æquali causa, vnum Deus illuminat, quia vult, & aliū nō illuminat, quia nō sibi placet: quod, inquit, absq; vlla cōtradietione manifestatur in paruulis: ergo Deus nō statuit legē infallibilem dandi gratiā facienti, quod in se est.

Verum argumentū hoc pluribus peccat. Primo, quod, vt ad rem esset, Augustinus proponere deberet duos homines, non quomodocumq; æquales, sed in faciendo, quantum est in se viribus naturæ, quos tamē nō proponit, vt constat ex cōtextu. Secundo; quia, & si proposuisset, & lex illa infallibilis fuisset statuta, verū est, Deū illuminare, quemcumq; illuminat, quia vult; & non illuminare, quem non illuminat, quia non vult: nam lex illa cum faciente non est statuta, quia facit; sed quia Deo placuit eam statuere propter merita Christi. Vnde promissio gratiæ cōparatione facientis omnino gratuita, & liberalis est. Item ipsa donatio: nam, & si Deus promissione sua teneatur conferre facienti, at cum in opere naturali præuio prorsus negetur à P. Molina esse aliquale meritum, aut dispositionem ad gratiam, promissio illa non fuit sub conditione onerosa, aut alicuius operis meritorij, sed mere gratuita in sola diuina voluntate fundata. Vnde etiam ipsa donatio liberalis est, quia solum confert, quia promissit; nō verò quia recipiēs ius aliquod acquisierit ad gratiam ex opere naturali. Quo fit, dari gratiam a Deo ex promissione nihil habere commune cum doctrina Malsiliensium; sed dari ex aliquo merito præcedenti ex nobis: vt etiam notauit P. Vazquez disp. 91. cap. 12. & 15. num. 121. Quod verò ait de paruulis, ad rem nō est: quia acceptio P. Molinæ procedit in adultis capibus faciendi, & nō faciēdi, quod in se est. Quod vero ait Augustinus, à Didaco Alvarez relatus, aliquando paruulis nō dari baptismum, cū non habeant contrariam voluntatem, etiam parentibus cupientibus, festinantibus, ministris quoq; volentibus; ac paratis, expectat ad aliam quæstionem: an scilicet his, & quomodo, prouisum sit a Deo sufficiens remedium ad salutem? In qua re difficilis est mens Augustini: quæstionē verò hanc tractaturi sumus infra disp. 34. cap. 7.

Allegat secundo eundē August. lib. 1. quæstion. ad Simplic. q. 2. circa finem, vbi affirmat, Deū saepe relinquere in infidelitate homines, qui intēdunt bonis operibus moralibus ex facultate naturæ; alios verò vitijs corruptos, & pessimos cōuerti ad fidē. Ponit exemplū in meretricibus,

tribus, & histronibus. Item in Paulo, de quo, ait, nihil aliud voluisse, nisi inuadere, & trahere, vincere, & necare Christianos rabida voluntate, furiosa, & cæca: at vna desuper voce prostratum, occurrēte, vtiq; tali viso, quo mens illa, & voluntas refracta sentia retorqueretur, & corrigeretur ad fidē repēte ex Evangelij mirabili persequutore mirabilior predicator effectus est: ergo secundū Augustinū, non est lex statuta dandi auxilia gratiæ facientibus, quod in se est.

Sed nec hoc testimonium ad rem est; primo, quia Augustinus solum agit de insignibus quibusdam vocationibus, quas Deus liberaliter tribuit peccatoribus derepente, cum eas non tribuat alijs fidelibus, vel etiam gentilibus temperate viuētib; Ex quo infert, Deum nō moueri ad hæc elargiēda, aut propter maius ingenij, aut propter minora peccata, aut propter honestas, vtilēsq; doctrinas, aut propter acritatē ingenij, aut propter politiorē litteraturā, &c. sed ex sua largitate, & misericordia ea donare. De lege verò infallibili statuta inter Christū, & Patrem cōparatione facientis, quod in se est. Nec verbum habet, vt legenti constabit. Secundo; quia saepe contingit, homines pie viuētes, & viam Dei ambulantes non facere, quantum est in se, & sepeditate vitæ detineri, impedimentumq; ponere Deo, ne eos insigniter vocet, atq; promoueat ad excellentem virtutum gradum. Augustinus verò ibi solū agit, de quibusdam fidelibus vtriusq; sexus in coniugali castitate viuētib; sine quarela; hi tamen non ideo faciunt, neq; id affirmat Augustinus: ergo nec hoc secundum testimonium ad rem est.

Allegat tertio, S. Augustinum lib. 1. contra duas epistol. Pelagianorum cap. 8. vbi sic ait: *si enim sine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum ceptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratiæ veniat adiutorium, ac si gratia Dei non gratis donabitur: sed meritum nostrum dabitur.* Ex his verbis colligit, quod operationes antecedentes gratiam, ex sola facultate naturæ procedentes, sunt initium aliquod eiusdem gratiæ, & aliquale meritum ipsius, si eis positus confertur gratia: ergo cum S. Augustinus neget omne meritum ex libero arbitrio, etiam intelligit, non esse talem legem.

Confirmat euidenti (vt ipse ait) argumento à posteriori ex verbis eiusdem Augustini in citata q. 2. ad Simplicianum ad finem: vbi sic scribit, *quare tamen & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis est? Debitum si non reddis, habes, quod gratuleris; si reddis, non habes, quod queraris.* Ex quibus constat, non posse assignari aliquam rationem ex parte hominis, quare Deus vocet istum, & non illum. Deus enim vnum vocat, quia vult & alium nō vocat,

quia non vult; vt verax in veniatur Apostolus ad Rom. 9. *Non est volentis, neq; currentis, sed Dei miserentis:* at si Deus vocaret ex lege gratia sua facientem totum, quod in se est, & non vocaret non facientem, posset assignari ex parte hominis ratio, quare Deus vocet istum, & non illum: quia videlicet iste fecit prius totum, quod in se erat ex facultate naturæ; non autem ille.

Verū euidens est, neurrū horum ad rem esse, nec quidquam probare. Atq; in primis verba, quæ allegat ex cap. illo 8. nō bene allegata sunt. Totum legi, verba non legi. Ibi Augustinus totus est in liberanda calumnia Pelagij in Apostolum Paulum dicentis ipsum etiam, & omnes alios Apostolos semper immoderata libidine fuisse pollutos: quod Apostolus de se dixit; *scio, quia nō habitat in me;* hoc est in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Ibi Augustinus longo discursu ostendit, quæ ratione per legem cognitum fuerit peccatum, non verò volitum nisi per gratiam Christi. At de lege infallibili cum facienti, quod est in se, nec verbum habet.

Fidelius allegata sunt verba confirmationis ex q. 2. ad Simplicianum: sed tamen sententia non suffragatur instituto Magistri Alvarez: nam Augustinus solum contendit in eo loco, Deum ex mera liberalitate secundum beneplacitum suum, nullo præsupposito merito, ex libero arbitrio, cui aliqua ratione debeatur gratia, vocare hunc, quantumuis sceleratum, & insignem peccatorem; ab alio verò exigere pænas debitas suis peccatis, quin propter hanc rationem dicamus, esse iniquam distributionē apud Deum: quia vt ipse Augustinus ibi ait; *nequaquam exigit indebitū, nequaquam donat alienū.* Vnde peccator, qui nō reddit, & recipit dona, habet, quod gratuletur: si verò reddidit pænas debitas nō habet, quod queratur. Hæc est genuina Augustini mēs, quæ integra manet, & si Deus faciēti, quod in se est, ex natura donaret gratiā propter pactū cū Christo initū; dū tamē semper firmum sit facere, quod in se est ex natura, nullū cōtinere meritū, occasione, aut ansam nullā; ita vt Deus cōferat, aut pactū inuierit, quia facit: nam tunc verum omnino est huic conferre, quia vult tantum, & illi negare, quia non vult tantum; nō donare huic alienum, aut debitum, & ab hoc non exigere indebitum: nā cum omnes sint in conspersione alicuius peccati, omnes debēt suas pænas. Quæ etiā ratione intelligēda sunt verba allegata ex illo cap. 8. in lib. 1. contra duas Epistol. Pelagianorū, quæ diximus eò loci nō inueniri: nam sententia Augustini vbicumque inueniatur solum est contra initium boni operis ex nobis cum valore meritorio:

meritorio: nam hoc tantum obstat rationi gratiæ; vt constat ex incommodo illato ab Augustino, nam (ait) si gratia Dei non gratis donatur, dabitur merito nostro. At si operationes bonæ morales, quas nos habere posse supponit ex cōkursu generali sine auxilio gratiæ per Christū circa mysteria fidei, & obiecta supernaturalium virtutum nullam habent rationem meriti, nec dispositionis, nec causalitatis moralis, & si Deus ex promissione illas operanti, conferat gratiam, nec contra Augustinū, quidquam asseritur, nec quod Pelagianismum, aut Semipelagianismum redoleat.

II Sed dices, intelligi non potest Deum se obligasse ex promissione facienti, quod in se est conferre gratiam, & si pactum cum Christo initum fuerit, quin aliqua ratione respexerit operationes nostras, aut tanquam meritum ali quale, aut tanquam dispositionem remotam, aut tanquam conditionem sine qua non: sed quomodocumq; respexerit nostras operationes, & propter illas, quacumq; ratione pactum egerit re ipsa verum est, gratiam subiungi naturæ, & conatus nostros iudare, & nos incipere, gratiam subsequi, vt pedisequamus: ergo in hac lege infallibili videtur contineri, vel saltem periculum esse Semipelagiani erroris.

Respondeo primo: hoc argumentum habere locum contra defendentes axioma illud in sensu præuæ operationis, vt notauimus num. 1. nõ verò habere locum contra P. Molinam, qui (vt probauimus num. 5.) non defendit axioma in sensu præuæ operationis præcedentis, sed in alio, nimirum aggredienti facere, quantum est in se, in effectu operationem bonam naturalem, ita se se Deum intrmittere gratia sua, vt de facto efficiat operationem supernaturalem, quæ naturalis foret, si non se intrmitteret.

Respondeo secundo: etiam in sensu operationis præuæ, quia ipsum affirmarunt graues, & plures theologi, de quibus cap. 3. conandum esse, vt in eo axioma sanum aliquem sensum inueniamus; de qua re redibit sermo noster cap. 4. & 5. ne fateamur, doctrinam communem scholasticorum theologorum, & verā in Ecclesia reputatam per trecentos circiter annos errorem in se implicare.

12 Prosper. 4. Argum. Quarto, allegat Prosperum lib. contra Calsianum eo nomine, quod asserat, cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inspexerit, illuminat eam confestim, atq; confortat, & incitat ad salutem incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantauit, vel nostro conatu viderit emeruisse. Vnde non facile humana ratione discernitur: quemadmodum Dominus petentibus tribuat, &

querentibus inueniatur, apperiatq; pulsantibus, &c. In his verbis asseruit Calsianus si homo facit, quod in se est perendo, pulsando, quarendo, &c. Deum adfuturum per gratiam excitantem, & illuminantem. Et tamen redarguitur Calsianus à Prospero, quod per eam assertionem instituat initium gratiæ in natura, cum tamen Calsianus non asseruerit expresse eam legē infallibilem a Deo statutā: ergo etiā hæc opinio redargueretur à Prospero, qui lib. 1. de vocatione gentium cap. 9. eā videtur exclusisse in terminis ibi, manet prorsus, & quotidie impletur, quod Abraham Dominus sine conditione promissit, sine lege donauerit: nā si Abrahæ promissio gratiæ facta est sine conditione, nõ facta est ei, si ipse prius fecerit totū, quod est in se, & si donatio ipsa sine lege est, nulla est lex statuta de conferenda gratia facienti, quod est in se.

Verum nec hoc argumentū est alicuius momenti: nam Prosper non redarguit Calsianum, quod in illis verbis adstruat legē infallibilem facienti, quod est in se, vt ipse Alvarez agnouit. Nec enim erat ibi sermo de lege, aut promissione diuina, vt legenti manifeste constabit: sed de initio aliquo ex conatu naturæ, cui subiungatur gratia, propter vim aliquam mouendi Deum, vt ratione eius infundat gratiam: nam si Calsiano, & Malsiliensibus concederetur hoc initium, & hæc virtus in natura, licet negaretur lex infallibilis, seu promissio certa, cum eis nulla relinqueretur controuersia, & omnis sedaretur perturbatio. Cuius ratio à priori est, quod debitū in lege, aut in promissione fundatū, nõ tollit rationem liberalitatis, aut misericordiæ in ipsa donatione, sed ratio meriti ex natura, vt notauimus num. 8. respondens ad primū argumentū, & expresse docuit S. Thomas in expositione Epistolæ ad Rom. c. 1. 5. lect. 1. §. & hoc est, quod dicit, vbi ait, Apostolū cōuersionē Iudæorū attribuisse veritati diuinæ; conuersionē gentiliū diuinæ misericordiæ, & eū sibi obieisset illud Psal. 24. vniuersa via Domini misericordia, & veritas; sic respondet: sed dicendū est, quod per hoc, quod adscribit vocationē Iudæorum diuinæ veritati, nõ excludit misericordiā; quia, & Apostolus ex Iudæis natus, dicit 1. Timoth. 1. misericordiā cōsequutus sum, & hoc ipsum misericordiæ fuit, quod Deus patribus promissiones facit de posteriorū salute. Ecce obligatio orta ex promissione; nisi subsit meritum in opere, quod offertur in obsequium Dei, nõ est contra rationem misericordiæ. At P. Molina omne meritum remouebat à faciēte, quod est in se, tum quia negauit omnem præuā operationem: (vt ostendi num. 5.) tum, quia adhuc ea data, si negetur omne meritum, omnis dispositio, aut connexio operationis naturalis cum collatione gratiæ, solum remanet obli-

Nihil momenti est.

Debitum ex promissione non tollit liberitatem.

S. Thom.

Psal. 24.

1. Timot. 1.

obligatio ex lege, & promissione, quæ nihil habet affine cum Malsiliorum sententia. Nec maioris momenti est cōfirmatio, quæ sumitur ex c. 9. libri primi de vocat. gentiū. Cuius verba incortice, & externo sono ad rē sunt: at in significatione, & mente, quæ cōtinent abs re quidē: nam ibi Prosper alludit ad locum Pauli ad Gall. cap. 3. ibi, si autē hominis confirmatū testamentū nemo spernit, aut superordinat Abrahæ dicta sunt promissiones, & semini eius, quasi dicat: humano, o Gallatæ, ac vulgari vtor exēplo: nam si hominis testamenta, & pacta fide obseruātur, vos pudere debet, quod minus tribuatis Dei promissionibus: ecce ergo, tum Apostolus, tum Prosper affirmant, tum Abrahæ, tum filijs promissam gratiā, cum vero dicit Prosper sine lege donasse. sensus est, gratiam Christi non esse alligatam legi Iudæorum; vt in ea Epistola dicit eis Paulus, nimirum, non ex operibus legis spiritum accepisse, sed ex auditu fidei: Prosper vero profequitur, non ideo euacuari fidē, aut promissionem Dei, quod quidam, quibus hæc prædicata sunt, non crediderint, quia in alijs, qui crediderunt expleta est.

Ad Gal. 3.

13 S. Thom. 4. Argum.

Quinto, allegat S. Thomam 1. 2. q. 109. ar. 6. & ad Rom. 10. lect. 3. Quia verba D. Thomæ retuli. & expendi satis disp. 26. cap. 3. vbi mentē D. Thomæ venatus sum, ideo de hoc argumento cōtra P. Molinā solum dico, verum esse in his, & alijs locis à me allegatis S. Thomā explicuisse illud axioma deficiente, quod est in se ex auxilio gratiæ. Quæ explicatio verissima est, & sanam doctrinam cōtinet. At etiam in alijs locis (vt q. 14. de verit. ar. 1. & in solutione ad 2. eiusdē articuli) plane affirmat, certissime tenendū esse nutrito in syluis, & sequenti ductū naturalis rationis, Deū adfuturum, vel per internā inspirationem, vel per prædicatorem ad eum directum Idem etiam affirmavit 3. contra gentes, cap. 149. & in alijs locis, quæ allegauimus illo cap. 3. atq; adeo vtrāq; D. Thomas videtur explicationē amplexus, & licet conatus fuerim quantū potui eum liberare à sententia, quæ docebat posse se liberum arbitrium præparare ad gratiā, saltem remote propter rationes ibi formatas: at seclusa dispositione, & omni merito ab opere liberi arbitrij, non est cur negemus D. Thomam vtrumq; affirmasse, & facienti quod in se est per vires naturæ Deum præsto ad futurum auxilijs gratiæ. Item, & facienti, quod in se est per vires gratiæ Deum collaturum vberiores gratias.

14 6. Arg. Matth. 20.

Sexto, vtitur ratione fundata in sacris litteris: nam quidquid datur ex lege, & pacto homini operanti, datur ex iustitia saltem imperfecta; vt constat ex cap. 20. Matthæi ibi, non ne ex denario diurno conuensi mecum? Tolle quod tuum est, & vade in pace. In quibus significatur

suum esse, quod datur alicui ex conuentione, & pacto: ergo pariter si auxilia gratiæ dantur facienti, quod est in se ex pacto, & lege conferuntur debita ex aliqua iustitia: ac proinde gratia dabitur ex operibus, & nõ erit gratia, sed merces contra Paulum ad Rom. 4. & 11.

Ad Rom. 4 & 11.

Verum nihil poterat adduci minoris momenti cōtra illud axioma; vt à P. Molina defenditur: primo, quia ex hoc testimonio Matthæi interpretes adstruunt merita ex nostris operibus: nam quemadmodum operari in vinea laborantes proprie, vereq; merentur denarium diurnū, qui (vt notat P. Mariana in hunc locum) valebat nostrā dragmā, & septimā partē eius, aut 40. maravedinos; ita, qui in Ecclesia Dei laborat, vere merentur vitam æternam: atqui ab operibus naturæ omne meritum remouebat P. Molina. Immo, & etiam omnem operationem prauam: ergo diuersa ratio est de operatio laborante, cuius opera digna est ex se denario diurno, & cōuentio, & pactum cū Domino solum exigitur, vt conditio necessaria, vt Dominus obligetur, nõ vt dans valorē labori operarij, & de faciente, quod in se est ex viribus naturæ, cuius labor, & industria nihil valet ad gratiam, vnde pactum non fuit cum ipso laborante initum, sed cum Christo merente ex Deitate. Quapropter donatio gratiæ comparatione facientis, quod est in se liberalis est, & misericors: donatio vero denarij comparatione operarij debita est, & actus iustitiæ.

Parui momenti est.

P. Mariana.

Septimo, probat ex illo Paulo ad Rom. 15. ibi, dico enim Christum Iesum ministrum sue circumcisionis, propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum; gentes autem super misericordia honorare Deum. Quem locum explicans S. Thomas lect. 1. inquit, quod Christus in propria persona non exhibuit seipsum, nisi Iudæis propter veritatem Dei, vt scilicet veritas Dei promittētis comprobaretur. Vnde subdit Apostolus ad confirmandas promissiones patrum, id est, vt per hoc implerentur promissiones patribus factæ. Vnde hoc non habet locum quantum ad gentiles, sed sunt propter misericordiam suscepti. Ex his verbis S. Thomæ, sic conatur ducere argumentum pro tollenda illa lege; nam Christus in ordine ad gentes ex misericordia mera missus est: at in ordine ad Iudæos, vt Deus seruaret veritatem in promissis: atq; adeo ex aliquo debito: ergo pariter si est promissa gratia præueniens facientibus, quod in se est conferatur eis ex veritate, quæ est pars potentialis iustitiæ: ac proinde erit debita, saltem ex iustitia imperfecta.

15 Ad Rom. 15. 7. Argum.

S. Thom.

Confirmat hoc argumentum ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 80. ar. 1. in corpore, vbi ait, debitum legale esse illud, quo quis lege adstringitur ad reddendum: ergo si Deus lege se obligat



gavit ad conferenda auxilia gratiæ præuenientis facientibus, quod in se est; cum confert ex debito legali eam confert.

Retorque tur cõtra obijcien- tem.

Verum argumentum hoc contra ipsum efficaciter instaurari potest: nam sicut Christus Dominus Iudæis ex misericordia, & pura liberalitate donatus est, non obstante promissione Patribus testamenti veteris facta; ita Deus gratiæ præuenientem cõferre potest ex pura liberalitate, & misericordia faciendi, quod in se est, nõ obstante promissione, si præuia operatio ex natura habita nullũ habet valorẽ meritorium; vt supponit hæc sententia. Etenim, vt D. Thomas optime expendit in eo loco allegato, tã misericorsuit, atq; liberalis missio Christi cõparatione Iudæorũ, ac cõparatione gentiũ: nam de hac misericordia, quam Deus largitus est orbi terræ, dicitur Psalmo 32. misericordia Domini plena est terra. Et Lucæ 1. misericordia eius à pro genie, & in progenies timētibus eum. Et Paulus, cũ Iudæus sit, dixit de se 1. ad Timoth. 1. misericordia cõsequutus sum. Vnde siue Christus specialiter promissus fuerit Iudæis, vt in propria persona apud ipsos degeret, siue promissio Christi vniuersalibus cõsideretur secundũ quod merita pãsiõnũ eius ad omnes gentes se pro tenderunt, & in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, atq; discipulorum. At hæc diuersa ratio promissionis nõ obstat, quominus tum Iudæis, tum gentibus ex mera liberalitate, & misericordia datus fuerit; ita licet specialis promissio gratiæ facta sit facienti, quod in se est, & non facta non facienti, hoc tamen non obstat quominus vtriq; donetur gratia ex mera liberalitate, cum donatur.

Psal. 32.

Luc. 1.

1. Ad Tim. 1.

Debitũ legale quid.

Ad confirmationem respondeo: verissimam esse doctrinam, quam docet D. Thomas in eo art. 1. vbi numerat virtutes iustitiæ annexas, & quæ deficiunt à perfecta ratione ipsius: & ideo dicuntur partes potenciales virtutis. Et postquam numerauerat virtutes, quæ sunt ad alterum, & deficiunt à ratione iustitiæ, quia non dant alteri æquale, vt parenti, magistro, &c. dicit, duplex esse debitum, alterum morale, alterũ legale; legale debitũ (ait) esse, ad quod reddendum aliquis lege adstringitur: morale verò, quod aliquis debet ex honestate virtutis, & vt debitum ex honestate virtutis non est ad rem nostram, neq; enim procedit ea obligatio ex merito alterius, sed ex honestate obiectiua virtutum: ita nec debitum legale, quod pariter non procedit ex bono opere, atque virtutẽ merendi eius. Vnde, qui liberaliter promissit, & lege se adstrinxit ad reddendum, non tam debet personæ, cui dat, quam sibi: radix enim huius debiti fundatur in propria liberali voluntate, qua se adstrinxit, vt satis, superq; cõstat ex dictis.

Oñauo, obijcit canonem sextum Arausicanum 2. in quo damnatur, qui dicit sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, pulsantibus misericordiam conferri. In his verbis expendit illud misericordiam conferri, nam etiam Semipelagiani (contra quos loquitur) defendebant, auxilia gratiæ dari ex misericordia, & non ex iustitia: ergo pariter comprehensa est in hac damnatione sententiæ P. Molinæ de infallibili lege; & si semper dicat facienti, quod in se est ex misericordia conferri auxilium gratiæ.

16 Arausicanum. 8. Argumentum.

Respondeo; neque hoc testimonium esse ad rem: nam vt constat ex dictis disp. 25. cap. 3. Semipelagiani ponebant meritum de congruo in operibus purè naturalibus: ideo vero dicebant, misericordiam a Deo conferri non obstante eo merito; quia condignum non erat gratiæ. Vnde ex parte rationem gratiæ denigrabant, & ex parte defendebant. Qua propter merito Semipelagiani dicti sunt: nam Pelagius in totum gratiam destruebat. At hoc axioma, vt defenditur à P. Molina, remouet omne meritum ab operibus liberi arbitrii, siue non præuie, siue præuie illud intelligat. Et cum ex lege infallibili nullum etiam accedat meritum eisdem actibus, alienus est à Semipelagianis, & tutus à damnatione Concilij Arausicani, quæ contra ipsos lata est, non contra legem infallibilem.

Non est ad rem.

Hoc argumentum omnem verget scilicet.

Licet, secundam conclusionem statuatur contra primum dictum P. Molinæ, nimirum, secundum legẽ ordinariã nõ dari auxilia gratiæ præuenientis, nisi faciētibus, quod in se est. de quo diximus imposturã cõtinere in principio huius capituli: quia verò in hac etiã cõclusionẽ producit multa contra illã legẽ infallibile, quæ est de mēte P. Molinæ, nõ possumus nõ ea examinare, & quantum pōderis habeãt æqua læce librare.

17

Nono, igitur format argumentũ ex Calsiano collatione 13. vbi, ait, nõnunquã etiã ab homine quosdã conatus bonæ voluntatis, vel exigere, vel expectare, ne penitus dormiẽti, aut inerti otio dissoluto suauideatur dona cõferre. Propter quã rationẽ reprehendit Prosper Calsianũ in lib. contra Collatorem per plura capita, ac præcipue c. 39. definitione. 6. vbi hæc, ait, quasi ita vtrumq; recipiendum sit, in alijs hominibus voluntas gratiam, in alijs gratia præueniat voluntatem, & non ita, vt omnibus voluntas gratiã subsequatur. Quoniam secundum ipsos, seu fertur liberum arbitrium cum a gratia præuenitur, aufertur gratia cum a libero arbitrio præuenitur: ergo potiori iure reprehendisset hanc sententiam, quæ adstruit dari gratiam ex lege infallibili facienti, quod est in se, & regulariter non dari non facienti.

18 9. Argumentum.

Prosper.

Verum eodẽ pedẽ claudicat hoc argumentum,

Non attinet pãtũ controuersia.

tum, neq; attingit, (sicut cætera) punctum controuersiæ. Verba Prosperi optima sunt ad probandum, Calsianum concessisse, quosdam præueniri à gratia Dei. Quod etiam nos monstrauimus disp. 25. cap. 6. At abs re sunt contra legem infallibilem. Id constat, quia Prosper solũ negat, ita præueniri gratiam a libero arbitrio, vt ratio gratiæ auferratur, hoc est, cum in actu liberi arbitrii, præueniente est ratio meriti pugnant cum ratione gratiæ, & in hoc tantũ reprehendebat Calsianum, cuius mens semper erat ponere meritum de congruo præcedens ex libero arbitrio ad primæ gratiæ auxiliantis infusionem; vt constat ex dictis disp. 25. cap. 3. Hic obserua hoc argumentum, & fere omnia cætera ab ipso Magistro Aluarẽz, & à fere vniuersa Theologia soluendum esse: nam cõmunis sententia concedit, posse hominem infidelẽ eruditum de vero Deo solis viribus naturæ cum auxilio communi, non pertinente ad ordinẽ gratiæ per Christum elicere actum, quo efficaciter velit consequi veram fidem, & doctrinam ad salutem necessariam. Item eundem posse cognitis peccatis, quæ commisit, habere odiũ, & de testationem ipsorum, atq; ex animo desiderare veniam à Deo. Ecce is homo facit, quantum est in se ex viribus naturæ, nõ ne huius Deus ad esse poterit gratia sua illuminando intellectu, & aficiendo voluntatem per inspirationem, vt eliciat a sus supernaturales, pro vt oportet, vt se se incipiat saltem remote disponere ad donum fidei, & gratiæ iustificantis, remissionẽq; peccatorum suscipiendam? Quis hoc neget? nõ si Deus his gratijs accurrat nõ semel, arbitrio pigro, & in peccatis dormienti, & nihil de salute sua cogitanti, quare non possit, & de facto accurrat huius hominis arbitrio iam vigilantem, atque sollicito de fide vera, atque gratia iustificationis & facienti totum, quod potest, vt eã cõsequatur? Modo ne in hoc homine Deus expectat bonæ voluntatis conatus? In hoc subiungit gratiam naturæ, aut humano labori? An ne propter anfulam, quam ipse dat illum apprehendit, & euehit ad gratiam? Negabunt merito Theologi, omnes ita esse in sensu, quem intendebant Mafsilienfes, & dicent, solum concomitanter se habere illam coniunctionem bonæ operationis liberi arbitrii, & infusionis gratiæ, sine vilo ordine causæ moralis, aut dispositionis illius ad hanc. Et hæc doctrina tuti erunt à consensione cum Semipelagianis. Pariter P. Molina, & si super ponat legem infallibilem, & promissum Dei accurrendi omni homini facienti, quod in se est lumine naturæ (sicut diximus de hoc,) vitat errorem Mafsilienfium, propterea quod infacientem negat omnem connexionem boni vfus liberi arbitrii cum gratia ex aliqua ratione

causæ, aut meritoria, aut dispositiæ; & affirmabit, hæc inter se collata solum concomitanter coniungi, sine vilo ordine, cum lex illa infallibilis non sit statuta inter Patrẽ, & Christum propter illum bonum vfum; sed propter sola præcise merita Christi. Iam aduerri in principio huius capituli num. 5. nec hoc etiam indigere P. Molinam, quia non loquitur de faciente, quod in se est, præuia aliqua operatione.

19 10. Argumentum.

Decimo argumentatur, quia sequitur, nec gratiã præuenientẽ esse præuenientẽ, sed præuentã: nec primã vocationem esse primã, sed secundã. Probat sequellam; quia præuenitur à libero arbitrio faciente, quod in se est.

Leue argumentum.

Leue argumentum; primo, non est contra Molinam, qui non admittit præuiam operationẽ. Secundo; quia tantum præuenitur in casu facientis, quod in se est materialiter, & cõcomitanter; nõ autem meritorie aut dispositiue (vt sæpe dixi.) Vnde vocatio gratiæ prima est non secunda, quia non supponit meritum, aut dispositionem ad illam; pariter auxilium gratiæ præueniens est; quia non præuenitur à merito, aut a dispositione.

11. Argumentum.

Vndecimo, assert casus ex sacra Scriptura; in quibus Deus præuenit suis auxilijs homines sceleratos. In quo maxime splendet misericordia Dei: ait enim, inuentus sum a non querentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabãt; tota die aperui manus meas ad populum non credentẽ, sed cõtradicentẽ. Et Isaiẽ 50. quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat, qui audiret.

12. Solutio.

Sed quis hoc negat? An nõ vult Aluarẽz solum Deum vocare non querentes, non audientes, cõtradicentes, an etiam vocare, ductũ naturæ in fuga mali, & appetitu boni, quoad fieri potest, sequentes. Nõ negauit, hos vocare, cũ id æquius sit, & bonitati diuinẽ magis cõferat neum. In his ergo est lex, non illis, quin contra legem aliquid adferat momenti.

13. Obiectio ex Aug.

In confirmationem huius argumẽti adducit insignẽ testimoniũ Augustini ex lib. 1. de peccatorũ mer. & remiss. cap. 22. vbi proponens, vnde proueniat, quod nõdũ natis, nec in electione boni, aut mali aliquid operatis, Dei propositum secundum electionem maneat, sic ait. Vnde enim fit, vt homo ab ineunte pueritia modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit auaritiã, luxuriã detestetur, atq; ad virtutes ceteras prouectior, aptiorq; consurgat, & tamẽ eo loco sit, vbi ei prædicari gratia Christi non possit? Quomodo enim inuocantur, in quem non crediderunt, aut quomodo credent ei, quæ non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Alius autem tardus ingenio, libidinis deditus, flagitijs, & facinoribus coopertus, ita gubernetur, vt audiat, credat, baptizetur, rapiatur; aut, si detentus hic fuerit, laudabiliter



dabiliter uiuat? Vbi duo isti tam diuersa merita contraxerunt? Non dico, ut iste credat, ille non credat, quod est propria voluntatis; sed, ut iste audiat, quod credat, ille non audiat, hoc enim non est in hominis potestate. Ex his verbis Augustini effici videtur conari, quantum est in se ex libero arbitrio nihil prodesse, ut Deus conanti mittat prædicatorem, quem audiat: ergo secundum Augustinum non est illa lex infallibilis, quam excogitauit P. Molina. Porro Augustinus post pauca, in quibus ostendit, nulla merita, vel demerita, ante quam anima infunderetur corpori præcessisse, propter quæ vnus tardus ingenio, aut vitijs deditus, alius perspicax, atq; modestus nasceretur, sic concludit, quid huic respondeat omnino non video, qui volentes humanis coniecturis iustitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratia fabulas improbables texuerunt. Quæ verba conuenire videntur gratiam subiectibus ex lege infallibili humano labori, quia hi, & altitudinem gratia videtur ignorare, quatenus facienti, quod est in se ex natura gratiam alligant, & hac humana coniectura iustitiam Dei defendunt.

20 Aug. explicatus. S. Thom. Cæterum, Augustinus primo, non describit illum hominem facientem, quod in se est, hoc est dolentem de omni peccato, sed solum ex naturali temperie, modestum, temperatum, non auarum, non libidinosum, &c. nam solum, ait, posse contingere illum magna ex parte libidinum esse victorem; non vero ex omni parte. In quo supponit eum, quibusdam carnis illecebris, atq; cupidinibus aliquando victum, & alijs vitijs irretitum, atq; adeo casus Augustini alius est ab eo, de quo loquuntur Theologi de illo axioma facienti, quod est in se, &c. nam Augustinus non ignorabat, nullum hominem, quantum vis moribus compositum posse diuturnam vitam degerere sine crimine, cum solo concursu communis: si autem, cui id contigisset, & doleret de peccato, cum in ipsum laboraretur, non negaret Augustinus ei Deum affuturum gratia sua, vel interius reuelando, vel exterius prædicatorem mittendo; ut expresse docuerunt fere omnes antiqui Scholastici, quos retuli disp. 26. cap. 1. & 2. & inter eos sanctus Tho. expressissime, ut constat ex art. 3. plures alios etiam referam cap. sequenti. Deinde Augustini institutum in hoc loco solum erat ostendere nulli horum hominum, aut a natura composito, aut incomposito dari gratiam à Deo, propter aliqua merita habita, aut ante corporis informationem, aut in corpore. Id constat ex toto contextu eius capituli, quod sane verum est, atq; integrum stante lege infallibili excogitata à P. Molina: nam ea, neq; in alia vita (ut constat) neque in hac in operatione præuia introducit merita ad gratiam. Non ergo ignorat gratia altitudinem, si qui-

dem nullum agnoscit meritum eius in natura, neq; humanis coniecturis iustitiam Dei defendit, cum omnem largitionem gratia in liberale, atq; gratuitam voluntatem Dei referat.

21 Deniq; duplici exemplo confirmat suam sententiam petito ex Fulgentio lib. de Incarnat. & gratia cap. 19. & 20. in primo, ait, Fulgentius sicut in natiuitate carnali omnem nascentis hominis voluntatem præcedit operis diuini formatio: sic in spiritali natiuitate: ergo Fulgentius docet, nihil ex parte nostra præcedere in infusione gratia, per quam regeneramur: sicut nihil præcedit in generatione carnali. Alterum habet cap. 20. vbi comparat generationem Christi in visceribus Mariæ Deiparæ cum generatione fidei in mente fidelis, & sic, ait, carnem autem illam, nec concipere Virgo posset aliquando, nec parere nisi eiusdem carnis Spiritus sanctus operaretur exordium: sic etiam in hominis corde, nec concipi fides poterit, neque augeri, nisi eam Spiritus sanctus effundat, & nutriat.

22 Verum neutrum, exemplum obstat Patri Molina: eleganter quidem Fulgentius in utroque illo cap. & exemplo explicat, Deum esse auctorem, & consummatorem fidei nostræ, nec nostram voluntatem expectare, ut ex nobis fides incipiat: nam si ex nobis incipere, consummari etiam posset; ut optime argumentatur: quo etiam argumento nos vsi sumus disp. 25. cap. 4. & 5. ac sic totum, inquit, Deo admiratur, si & initium, & consummatio fidei nostræ humani arbitrij viribus applicetur. Ecce contra Semipelagianos negat arbitrio initium fidei Christianæ, hoc est, aliquale meritum propter quod incrementum tribuat Deus. At non negat, hominem adultum ante gratiam operationes naturales honestas exercere posse. Neque in hoc constituit similitudinem inter formationem carnalem, & reformationem spiritualem: nam ante illam, ut nullum habet esse, ita nec operationem voluntatis exercere potest: ante hanc autem habet esse, & virtutem operis naturalis. Qua propter in eo solum exempla tenent, quod sicut ante natiuitatem carnalem nihil potest nasciturus operari, quo suam formationem mereatur. Ita ante initium ex gratia, ex natura ipsum initium mereri non potest; quod totum verum est in sententia adstruente legem illam infallibilem (ut sapius inculcaui.) Hanc defensionem P. Molina suscipere sequutus sum, omnia testimonia Magistri Alvarez in particulari euoluens, non tam propter ipsorum difficultatem, quam, ut vsque ad facietatem satisfacerem nostris aduersarijs. Vereor, ne non aduersarijs generem fastidium, sed euidencia nostræ defensionis, si doctrina huius studiosi sunt, leuabit molestiam. Hæc eadem testimonia contra maiorem, ne dicam meliorem, a

Fulgentius Duplex exemplo Fulgentius

Conceptio fidei, & conceptio carnis Christi Dominum summas

meliolem partem Theologorum locum habere capite sequenti facio manifestum: ergo aduersarij dum tela contorqueant in Mo-

linam, non dubitabunt percutere quotquot Doctores eis à factione Molinae obijciantur.

Caput III. Ut ab alijs Theologis hoc axioma defendatur, aut refutetur.

22



VIA scriptores nostri animaduertunt, vrgeri nostrum Molinam à recentioribus Thomistis propter explicationem eius axiomatis ex statuta lege infallibili, ut diximus fusc cap. superiori; sedula diligentia curarunt magnam quantitatem Theologorum cogere, qui non solum axioma illud iuxta mentem P. Molinae omnino alienum à Semipelagianis; sed etiam alia via latiori, atq; affini Semipelagianis defendunt, quos ego etiam breuiter enarrabo; quia id vtile iudico, ut constet, quænam doctrina in Ecclesia ab eius tutoribus tutata sit, ut secuta, atq; catholica. Atq; in primis, iam dixi disp. 26. cap. 1. de Scoto, Gabriele, Durando, & Caietano, ipsos posuisse vitium dispositionem ad gratiam ex viribus nature vltima autem dispositio non ponitur sine lege infallibili conferendi formam ( ut expendebam cap. 2. num. 8. ) in quo etiam allegaui Sorum, Ricardum, atq; Gersonem, qui etiam nimis tribuerunt libero arbitrio: atque adeo ex dictis constat, potiori ratione hos doctores impetiri posse, quam nostrum Molinam. Deinde cap. 3. satis monstrauimus quantum dederit D. Thomas libero arbitrio ad se præparandum ad gratiam: in modo autem alij doctores addedi. Guillelmus Altrifiodorensis lib. 3. summæ tractatu 2. q. 5. querit, vtrum hæc argumentatio sit necessaria: iste facit, quidquid in se est: ergo Deus dat ei gratiam. Et respondet esse, concludens, & si Deus non semel det gratiam non facienti, quod in se est, ac semper dat facienti, aliter non reciperet confugientes ad se. Quod si semper dat, voluit dare ex æternitate: atq; adeo se obligauit decreto dandi quod decretum (& nihil aliud) est lex infallibilis. Alexander Alensis 3. p. q. 69. mēb. 3. art. 3. ait, necessario, atq; immutabiliter Deum dare gratiam ei, qui facit, quod est in se. Et deinde inquirens, quid sit facere, quod est in se, ait, in quolibet homine per naturam esse rectam rationem inditam à creatione, per quam quodlibet animal potest cognoscere suum principium, & quod ab illo debet petere bonum, & per illum debent suppleri omnes defectus. Si ergo, inquit, secundum istam notionem operetur homo suo arbitrio recurrendo ad illum, quem scit suum esse principium, & quem scit esse orandum sibi, & petat ab illo lumen cognitionis fidei, & boni, dabitur ei. Ecce Alexander Alensis operanti ex

Plures Theologi in axioma ut suffragatur Molina.

Altrifiodorensis,

Alensis.

lumine nature, ait, promissum esse lumen fidei. Hic nota, P. Vazquez 1. p. disp. 91. c. 10. subducere conatum ab hac sententia Alexandrum, quia 3. p. q. 69. memb. 1. art. 2. docet, non posse liberum arbitrium de se declinare à malo, & facere bonum sine auxilio gratia. Verum immerito subducitur: nam in eo loco plane loquitur de declinatione à malo in adimplentione totius præcepti, & fuga omnis peccati, per opus meritorium gratia: nam alias diceret Alexander, non posse liberum arbitrium sine gratia facere vllum opus moraliter bonum, & non valere nisi ad peccandum, quod nemo ei imponit: immo ipse P. Vazquez in ea disp. cap. 16. fatetur Alexandrum id non sentire. Albertus etiam in 2. dist. 28. ar. 1. ad 4. ait, esse in nobis potestatem ad aliquid faciendum: quod si fecerimus, Deus inueniabiliter dat gratiam. Bonauentura in 2. dist. 24. art. 2. q. 1. dicit vix aut numquam destitui liberum arbitrium gratia gratis, per quam homo se potest aliquando ad gratiam disponere. Vbi nota, per hæc gratiam intelligere quosdam affectus naturales, ut quo quis reformidet penas inferni, aut ab infantia insita sit in visceribus quedam pietas. Vnde etiam immerito Bonauenturam subducit P. Vazquez supra. Deinde Vega lib. 3. in Concilium Trident. c. 12. docet nullum esse ex viatoribus, qui non possit bene vri naturalibus. Ei autem, inquit, qui hoc fecerit, Deus, ( qui nemini deest facienti, quod in se est ) auxilium sine dubio præstabit sufficiens ad obtinenda dona supernaturalia. Driedo de concordia lib. arb. pag. 51. Id etiam innuat, & Ricardus art. 7. pag. 348. ait, quod tamen Deus adest etiam facienti, quod in se est ex puris naturalibus ad illustrationem, & inflantios diuinos, ad quos ex immentia erga peccatores charitate inuitatur: non autem ex villo merito, vel dignitate; sed quod semper, & quasi ex infallibili ordinatione eis adsit, ut necessaria salutis largiatur. Ex scripturis non certo constare potest, pie tamen hoc confidimus, ne de aliquo desperetur. Porro ex Thomistis hoc ipsum defendunt, Aegidius Romanus in 2. dist. 28. ar. 2. Franciscus Victoria in relectione 3. de peruenientibus ad vsum rationis 2. p. num. 14. allegans D. Thomam de verit. q. 14. ar. 1. 1. & ait, quod si quis faciat, quod est in se, ad prouidentiam Dei expectare, subuenire in necessarijs: & declarat, quid sit facere, quod est in se dicens esse se qui

P. Vazquez 23

Albertus.

Bonauent.

Vega.

Driedo.

Ricardus.

Qui Thom.

ma defen-

dant.

24

Aegidius.

Victoria.

Barthol. à Medina. qui dictamen legis naturalis cū appetitu boni, & fuga mali, & hoc sufficere. Item Bartholomeus à Medina 1.2. q. 109 ar. 6. q. 3. ait, probabilem esse sententiā doctorum; quod facienti, quod est in se ex facultate nature, Deus ex sua misericordia numquam denegat gratiā. Deinde duo constituit discrimina inter hanc, & Pelagianam sententiā: addit vero probabilius esse, & magis consentaneum Augustino, & Patribus non esse legem infallibilem de conferenda continuo gratia facienti, quod est in se. Canus relect. de Sacramentis in genere 2. p. postquam dixerat excusari posse a peccato, nō crederet in Christum propter non anuntiātū Euāgelium, at propter alia peccata contra legem nature merito condemnari, quod si fingas, inquit, eiusmodi nature legem seruare, respōdet D. Thomas tertio dist. 25. q. 2. ar. 1. quæstiuncula ad 1. & 2. ar. 2. q. 2. quod si quis faciat, quod in se est, huic Deus providebit, vel per hominem, vel per Angelum, si opus fuerit. Et si quæras, unde hæc tam extraordinaria providentia, certe præterquam quod ratione constat: neq; enim Deus deficit in necessarijs, sacris etiam litteris traditur. Et ibi allegat pro ea sententiā plura sacræ paginæ testimonia. Itē Ioannes Vigucrius in institutionibus Theologicis. c. 10. §. 4. Corduba late lib. 2. de ignorantia q. 4. & 5. ad 4. Demū Albertus Pighius de lib. arb. cōtra Calvinū fol. 99. Præter hos citantur alij à Patre Suarez lib. 2. de causa prædestin. cap. 18. & a P. Lessio lib. de auxilijs. cap. 10. & in appendice. Accedit, quod hæretici nostri tēporis insimulant sententiā hæc cōmunem catholicorum Pelagiani erroris; vt cōstat apud Roffensem de Lutero in assertionē articuli 36. & de Caluino lib. 2. institutionū. cap. 3. ubi irridens appellat Ochamiciū axioma. Quam solum ob causam catholico Theologo ab omni cēsurā abstinendū est.

25. Quis modo credat, sententiā hanc errorē cōtinere, cum in vniuersa fere Ecclesia per trecentos annos, vt vera reputata sit? Nā doctores hi, quos ad fidem retuli, vel in suggesto, vel in scriptis eam docuere doctrinam: Itē Parochiorum auditores eā suis fidelibus tradiderūt. Igitur si hoc axioma in casu operationis præuiz ex viribus nature continet errorem ad vniuersam Ecclesiam, ille deriuatus est, eamq; fere totam penetravit, id sane mihi incredibile est. Quapropter cogor diligēter perscrutari, qua ratione excusari possit à Malsiliensium errore, & insanum sensum reuocari.

26. P. Vazquez rigidus extitit in hac re censor c. 10. disputationis illius 9. r. dicēs vlla ratione liberari ab errore Malsiliensium posse tutatores axiomatis in hoc sensu; quia subiungunt gratiā humano labori, & ex natura dat ansulam, per quam Deus apprehendat, & euehat ad gratiā.

Quapropter ipse existimauit, nullum opus morale ex omni circūstantia honestū sine auxilio gratiæ per Christum fieri posse. Vnde in faciente, quod est in se, siue in ordine ad fidem, siue in ordine ad iustificationem agnoscit gratiam per Christum: nā si semel cōcederet; opus bonum fieri posse ex natura, aut misericordie, aut orationis, arbitratur, ei promissam esse gratiam iustificationis, vimq; habere impetrādi illam: atq; adeo fugi non posse lapsum in Semipelagianismum.

Verū illā opinionē, quā subsumit ob hoc in commodum vehementer impugnat P. Suarez lib. 2. de causa prædest. a cap. 10. vsq; ad 18. Et nuper tom. 1. de gratia lib. 1. fere per totū. Nos etiam non nihil diximus, quantum sufficit ad nostrum institutū disp. 26. cap. 2. num. 7. & 8.

P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa prædestinationis cap. 9. opponit huic axiomati, quod duo errores in eo videantur contineri. Primū, quod homo per vires nature potest honeste, & sine peccato viuere: id enim significat illud faciēti, quod in se est: hoc est, non peccanti, & per lumen, viresq; nature vitanti peccata omnia: etenim affirmare, Deum conferre gratiam suā facienti, quod in se est, cum peccat, seu vt peccet, esset blasphemum. Secundus error est, quod liberum arbitrium per proprias vires possit se disponere ad primum gratiæ auxilium, quia si Deus dat gratiam suam facienti, quod in se est per vires nature: cum omnimoda infallibilitate, certe alliganit gratiam suam naturali dispositioni, quo enim pacto moueri potuit Deus conferre gratiam facienti, nisi præuisio operis naturalis præuiz esset aliqua ratione dispositio, aut impetratio gratiæ: ergo ponit sententiā hæc dispositionem, aut impetrationem ad primum gratiæ auxilium: hanc vero sententiā redolere Semipelagianismum, satis ostendit, tum disp. 25. cap. 3. tum 26. cap. 2.

P. Salas in tractatu de gratia (non dum typis excusso) vt liberet hoc axioma ab errore Malsiliensium, dixit, ipsos posuisse meritum de cōdigno in libero arbitrio: catholicos vero doctores tantum meritum de congruo. Verū euidenter ostēdi (nifallor) expressissimis Casiani, & Fausti testimonijs, & Concilij Arausicani 2. in hoc discordasse Malsilienses à Pelagio, quod hic constituendum putauerit meritum de condigno, illi de congruo. Recognosce omnino, quæ dixi disp. 25. cap. 3.

P. Lessius vbi sup. in appendice ad cap. 10. tres differentias assignat inter Malsilienses, & hos doctores. Prima, quod ita loquantur de viribus nature, vt non excludant auxilia extrinseca Dei, Angelorum, & hominum, vt custodiā Angelicam, compressionem virtutis diabolicæ, doctrinam magistrorum, institutionem parentum,

rentum, operam contionatorum, &c. At Malsilienses, qui vocantur Semipelagiani, non videtur requirere auxilium externum, quo demonis potentia comprimatur, nisi eatenus, vt non reddat hominē amentē. Secunda, quod doctores catholici non negant intrinsecū Dei cōcursum ad substantiam operis secundum ordinem naturalem; sed solum excluderunt auxilia intrinseca supernaturalia, quibus aliquid supra vires nature possumus. Malsilienses vero nō agnouerunt diuinam cooperationem, etiam ad substantiam operis naturalem; quia si propter tuendā libertatem negabant auxilia gratiæ interna, etiam propter eandem tuendam, potio si iure negarunt diuinam cooperationem, nam nō est minor, sed potius maior difficultas, quo modo cooperatio Dei non impediat libertatem, quam quomodo auxilium præueniens eā non impediat. Deinde, si putassent, cooperatio nem necessariam esse, facile dixissent in hac esse gratiam Dei, sicut dicebant eam esse in natura liberi arbitrij gratis à conditore concessa. Item omnes bonas voluntates esse dona Dei, & nos nihil posse, nisi Deo auxiliante. Qua ratione argumenta Prosperi eludere possent. Deum, quia ad hoc videtur respexisse Arausicanum 2. can. 22. cum definit, *neminem habere de suo, nisi mendacium, & peccatum*: quod alia ratione verū esse nequit, nisi quia ad opus bonū naturale egemus auxilio diuinæ cooperationis: nam licet ad mala, & indifferentia opera etiam indigeamus concursu Dei communi, nō tamē ad hunc finē nobis datur, ne malitia operis tribuatur diuinæ voluntati; ergo Malsilienses negarunt diuinam cooperationem etiā ad substantiam naturalem operis. Tertia differentia, quod Malsilienses non agnouerunt, necessariam esse specialem prouidentiam, aut maiore ad operationem bonam, quam ad malam; & sicut cogitatio mala non est donum Dei, ita sentiebāt de bona; quia, vt ait Prosper Epistola ad Augustinum, dicebant: *quantum quisq; ad malū, tantum habere facultatis ad bonum: pariq; momento animum se, vel ad vitia, vel ad virtutes mouere*. Et ideo Augustinus auxilium præueniens constituit in sancta cogitatione, quæ non est in nostra potestate lib. 1. ad Simplicianū q. 2. in fine. Et lib. 2. de peccat. merit. cap. 17. & de dono perseu. cap. 19. Deniq; ideo dicebāt ad omne bonum opus inchoandum nihil aliud requiri, quam naturam liberi arbitrij dono creationis acceptam: vt dixit Prosper in Epistola citata ad Augustinum ibi: *ad conditionem hanc ( id est ad primam creationem ) velint vnius cuiusq; hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia neq; existentem liberi arbitrij, & rationalis, gratia creatoris instituat*. At catholici doctores inæqualem prouidentiam externam

agnouerunt, & singulare donum Dei intra ordinem nature in operatione bona, quā in mala.

Verumtamen nulla ex his tribus differentijs liberat catholicos doctores ab errore Malsiliensium in hoc axioma. Non prima, nam, vt manifeste probaui disp. 25. cap. 4. num. 37. tum Faustus, tum Casianus agnouerunt specialem prouidentiam in principio operis boni. Lege ipsum Casianum collatione 13. cap. 13. & cap. 18. & Faustum lib. 1. de gratia, & lib. arb. cap. 12. quorum verba retuli vbi supra. Ex quibus euidenter cognosces, non solum eatenus requisuisse auxilium externum, vt non reddat hominem amentem; verum etiā ex speciali Dei prouidentia esse principia bonarum cogitationum, quæ & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem, atq; opportunitatem, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Verba sunt Casiani collat. illa 13. cap. 13. Alia similia habet lib. 12. de institutis renuntiantium cap. 16. Recognosce, quæ citato loco dixi, in quo etiam notavi, hoc discrimen P. Lessij solidum non esse, quæ hic repetere non oportet.

Nec etiam secunda: nam licet non nulla indicia sint non contemnenda, vt opinemur, Pelagium negasse cooperationem diuinam, cum Bellarmino lib. 4. de gratia, & libero arbitrio cap. 4. & Abulensi Matthæi 19. q. 178. ad 6. & Paulo Orosio apologia de libertate arbitrij circa medium, quæ opinio fundamentum habet in Hieronymo Epistola ad Ctesiphontem, vbi referens Pelagij errorem, solum agnoscat Dei gratiam in condendo libero arbitrio, & negat ultra eius indigere auxilio; *Ne si indiguerimus, liberum frangatur arbitrium* Et infra inducit Pelagium sacrilege interrogantem: *nunquid, si voluero curuare digitum, mouere manum, ambulare, &c. semper mihi auxilium Dei erit necessarium?* Et rursus Hieronymus introductus Pelagium aduersus Deum se extolentem, & sic dicentem: *recede a me, quia mundus sum: non habeo te necessarium; dedisti enim mihi semel arbitrij libertatem, vt faciam, quod voluero: quid rursus te ingeris, vt nihil possim facere, nisi tu in me tua dona compleueris?* Propter quæ, & alia P. etiam Suarez non iudicat improbabile tom. 1. de gratia prologomeno. 5. cap. 4. Pelagium negasse diuinam cooperationem, licet demū subdubio id relinquat. At de Semipelagianis nullum video fundamentū ad afirmandum, negasse diuinam cooperationem: nam illi viri erant alij docti, & pij: de quibus credibile non est, ignorasse, atque negasse dependentiam continuam causarum secundarum ab influxu perenni causæ primæ, quæ tam expressa est in sacra Scriptura. Nec valet dicere, solum negasse hanc dependentiam in volun-

Carus.  
D. Thom.  
Vigucrius, Corduba, Pyghius.  
25  
26  
P. Vazq.  
P. Vazq. rigidus cōsur in axio m. 1.

P. Suarez.  
27  
P. Suarez axioma duos opponit errores.  
Arausican.  
Prosper.  
August.  
P. Salas.  
28  
P. Lessius.  
P. Lessius tres assignat differentias inter Malsilienses, & abertores axioma-tis.

29  
Nulla ex tribus differentijs liberat ab errore Malsiliensium. Casian. Faust.  
Pelagius negauit cōcursū causæ 1. Card. Bell. Abulensis. Orosius. Hieronym.

30  
Non Semipelagiani.

in voluntate libera propter libertatem. nō vero in agentibus necessarijs. Nam si semel concederent, liberum arbitrium creatum complete posse sine concursu Dei elicere actus sibi cō naturales; nulla suppeteret ratio ad negandum agentia naturalia indigere concursu generali: nam quare ita contineat voluntas suum actum liberum, vt non indigeat compleri in actu primo per causam primam assistentem, & non ita contineat sol lumen, aut ignis calorem, & natura potencias, &c? Cū ergo incredibile sit, Masilienses in vniuersum negasse concursum generalem pro omnibus causis; idem de cooperatione diuina cum libero arbitrio sensisse dicendum est.

Secundo: quia hac differentia sternitur via ad asserendum definitiones Ecclesie contra Semipelagianos, atque Patrū, de quibus egimus disp. 25. cap. 8. intelligi posse de hac generali diuina cooperatione, & eā gratiæ nomine significasse, & nō de dono nature indebito supra eius exigētiam, illam eleuante ad ordinē supernaturalem. Quod quidem affirmari sine errore nō posset; nam ordo totus supernaturalis, quem habemus ex sacra Scriptura, ex Cōcilijs, & Patribus fere extingueretur, & totus reuocaretur ad cōcursum generales naturales. Item ad actus per ipsos elicitos, non vero ad dona gratiarum excitantium, atque adiuantium, ad actusq; supernaturales, ac proinde cum negari non possit vniuersam Ecclesiam, tum contra Pelagianos, tum contra Semipelagianos, huiusmodi dona gratiæ comprehendisse, definiuisse que in eis præcipue errorem Pelagianum, & Semipelagianum fuisse versatum, nam alias definitio Ecclesie non foret directe cōtraria erroribus, quos damnare intendebat. Qua propter, vt certum est definitionibus Ecclesie, nobis dona hac esse inducta: ita certum est Semipelagianos circa ea errasse: incertum vero, & sine firmo fundamento ipsorum errorem se extendisse ad concursum generalem. Quare alia differentia querenda est.

Ad 1. 31  
Satisfactio ad rationes ex Lefsiō.

Nec id suadent rationes P. Lefsiij: nō primas; nam licet cum tanta difficultate componatur cooperatio causæ primæ cum libertate, ac auxilium gratiæ præuenientis, non ideo existimare debemus in vtroq; errasse; sed satius est, affirmare ipsos inconsequenter processisse in hoc articulo, quam Ecclesiam contra ipsos directe non definiuisse. Vnde cum cōstet, Ecclesiam suis definitionibus inducere voluisse donum supernaturale ad opera meritoria vltiorum gratiarum, vt gratia nō daretur ex operibus, ita vt non esset pure gratia; dicendum est, errorem specialē Semipelagianorū in eo cōstitisse, licet in hoc ipso inconsequenter processerint, forte figebat iudicium in difficultate

gratiæ præuenientis; quia præueniens; vt tradita fuit ab Augustino, non in difficultate cooperationis, quæ solum comitans est liberum arbitrium; & vt Augustinus docebat, atq; defendebat auxilia gratiæ præuenientis, non vero tractabat cooperationem cōcursum generalis; ita hi, qui contra Augustinum opinabantur, non de ijs, sed de illis loquebantur.

Ad 2.  
Non secunda; quia hæc cooperatio non est distinctum donum a beneficio creationis, sed ad id consequutum, & ipsi debitum debito cō naturalitatis; vt ostēdi disp. 25. cap. 8. num. 80. & 81. vbi probaui manifeste ex sacra Scriptura, dona gratiæ a Deo ex liberalitate, & misericordia donari, nō solū in radice, quia subiectū, cui donatur, scilicet ipse homo, sine aliqua obligatione cōditū fuit, sed etiā in se formaliter, & immediate: at concursus generalis, quatenus est debitus nature, non proprie datur ex misericordia, & liberalitate; sicut nec propriæ passiones dantur nature iam cōditæ ex his virtutibus. Vnde non poterant Masilienses dicere in hac cooperatione esse gratiā Dei, quā docebat Scriptura, nec nostras bonas voluntates esse dona Dei: nam licet operatio bona moraliter, seu cogitatio ad illam possit dici beneficium indebitum, cum confertur a Deo ex speciali prouidentia in circumstantijs, in quibus non debebatur secundum cursum naturalem, atq; constitutionem ordinis, in quo operatur homo; at nō est donum gratiæ Ecclesiasticum, hoc est, eleuans naturam ad ordinem superiorem, de quo loquebatur etiam Prosper. Vnde eius argumenta hac ratione non poterant eludere.

Ad 3.  
Neq; etiā tertia ratio sumpta ex illis verbis Araucani, *nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatū*, suadet illud discriminē: nā licet eorum mens difficilis sit, & vrgēter afferri soleant ad probandum, nullum opus honestū morale fieri, nisi ex auxilio gratiæ per Christū: at ad probandū generalem concursum diuinæ cooperationis necessarium esse ad producendum actū honestum morale, non videntur ad rem. Hoc loco obserua illa verba desumpta videri ex Augustino tractatu 5. in Ioannem ibi; *tunc ea, quæ dicimus, & nobis, & vobis vtilia sunt, quando ab ipso Domino sunt. Quæ autē ab homine sunt, mendacia sunt. Sicut ipse Dominus dixit, qui loquitur mendacium, de suo loquitur; nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatū*. Similia etiam habet in prologo librorum de doctrina Christiana in fine, ibi; *nemo debet aliquid habere quasi suum proprium, nisi forte mendaciū*. Hanc etiam phrasim Augustini sequuti sunt eius discipuli, vt Prosper in Epistola ad Rufinū circa mediū, vbi ait; *multa laudabilia, atq; miranda possunt in homine reperiri, quæ sine charitatis*

charitatis medullis habent quidem pietatis similitudinem, non habent veritatem. Et ad tertiam obiectionem Gallorum, distinguit duo genera operum bonorum, & malorum; & bona, ait, *ad inspiratorem eorum Deum; mala ad eos, qui peccant, esse referenda*. Demum Fulgentius lib. de Incarnatione, & gratia cap. 19. *homo quandiu est peccati seruus, non nisi ad seruendum peccato reperitur idoneus*. Hæc igitur, & alia eamdem continent mentem, quam Augustinus, & Araucianum. Vnde in eodem sensu declaranda, vt mox subiicio.

Non autem directe probare institutum, ad quod probandum inferuntur a P. Lefsiō, nimirum, nos indigere cooperatione Dei ad bonū opus morale naturale. Sic declaro; etenim simili etiam concursu egemus ad actum indifferenter, (si in indiuiduo existit) immo etiā ad actum malum, secundum totam suam entitatem: ergo si Araucianū definire intenderet, ad actum bonum nos indigere concursu diuino, dicens; *nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatū*; definiuisset, ad actum malum producendum hominem non indigere concursu generali; sed eum de suo virtutem habere ad hoc, etiam remota cōoperatione Dei, quod tamen absurdum est. Et licet malitia actus mali nō tribuatur Deo, & bonitas actus boni tribuatur, quia ea a Deo est speciali ratione; at hæc specialis ratio non fundatur in diuersa indigentia quasi physica liberi arbitrij diuinæ cooperationis pro actu bono, quā pro malo; sed quia Deus propter suam bonitatem, atq; inclinationem, & complacentiam in actu bono, diuerso, ac speciali modo concurrere vult ad ipsum, & esse causam tum physicā, tum moralem actus boni, & non mali. Vt hoc amplius declarem, subsumo opinionem mihi veram, & ferē omnium approbatione, nostra tempestate in Hispania confirmatam; videlicet, tum bonitatem in actu bono, tum malitiā in actu malo esse ipsorum actū vltimas differentias, atq; essentielles; nō respectus rationis, aut extrinsecas denominationes; licet aliquas cōnotent; non modos intrinsecos resultantes, non alios ve respectus. Hæc, inquam, opinio postquam paucis abhinc annis magis explicata est, omnium ferē recte sentientium calculo firmata est. Nam aut modi, aut respectus, aut priuationes, superuacaneè adduntur, & in eis tota difficultas versatur circa Deum: totus ac-  
tus malus  
secundum  
omnem ra-  
tionē at-  
tingitur a  
causa pri-  
ma.

qua ratione non sit auctor malitiæ, quæ in vltimis differentijs. Deinde subsumo cōcursum, seu cooperationem Dei, totam actionē at-  
tingitur a  
causa pri-  
ma.

causam  
ma.

ceptus nostros inadæquate ipsa concipientes distingui possint, non potest cooperatio Dei, quæ est actio producēs ad extra ipsum actū malū immediate, directe, atq; formaliter, producere in illo rationē quādam cōmunē logicē, vt rationē entis, qualitatis, aut actus humani, & non producere directe, & formaliter totā entitatē eiusdē actus mali vsq; ad vltimas, atq; essentialis differentias: nā alias cōtradiçtoria prædicata de vna indiuisibili entitate vera essent; videlicet, actū illū actione reali a Deo produci directe secundū rationē cōmunem entis, qualitatis, aut actus; & nō produci directe a Deo actione reali secundū specificā, & vltimā rationē talis entis; quod admittere in rebus creatis absurdū est, & solū reseruatū arcano Trinitatis mysterio; in quo similes propositiones contradictoriæ veræ sunt: quæ tamē propter distinctionem virtualē deficiunt a rigore contradictoriarū; nimirum in entitate formaliter indistincta a parte rei, quæ est Deus: in filio diuino verum est, filiationē productione reali vere produci, & naturā filij nō produci; eū tamē filiatio, & natura formaliter nō distinguatur. Et in Patre diuino naturā eius communicatione reali filio communicari, non Paternitatem; cum tamen natura, & paternitas non distinguantur formaliter. Hæc tamen in Trinitate diuina vera sunt propter quādam distinctionem virtuales intrinsecas, quæ reali æquiualeat, mirabilem sane, & singularem, & necessariam ad infinitam fecunditatem, immanentem inter personas producentes, & procedentes; de qua, Deo donante, in tractatu de Trinitate acturi sumus.

34  
Ex his efficitur; Deum cooperatione sua, ex æquo producere totum actum bonū, atq; totū actum malum, atq; immediate, & directe, physice loquendo, nō minus attingere actione sua reali malitiā, quā bonitatē; ac proinde secundū exigentiā physicam volūtatis nostræ, nō minus indigere cooperatione Dei ad totū actum malum, quam ad totum actum bonum. Etenim ab ipsa causa secunda, ex ratione agentis creati exigitur ea immediata cooperatio, quā Deus exhibet in productionibus suis. Discrimen verò in causando actum bonum, & malū, aliunde sumi debet, nō ex ipsa immediata cooperatione; sed aut ex aliquo antecedenti, nimirum cogitatione cōgrua, qua Deus præparat voluntatē, ex speciali prouidentia pro actu bono, tum naturali, tum supernaturali, intendens illum, & concurrens ex complacentia in illum; aut ex alijs modis causandi moralibus per præcepta, per consilia, per propositionem præmiorum: quod alibi explicandum est. Ex his verò argumentū efficax formatur ad probandum, Conciliū Araucianum non definiuisse, quod intendit P. Lefsius, nimirum, cooperationem diuinam  
B b b  
necessa-

necessariam esse ad actum honestum moralem; quia ex parte cooperationis æqualis indigentia est ad actum malum; vt probauit. Ergo si mens esset Concilij adstruere eam cooperatio nem in actu bono, & constituere discrimen in ipsa in actu malo, dicens, de suo liberū arbitriū habere posse mendacium, & peccatū sine cooperatione generali, & cōmuni, qua indiget ad actum bonum; excludet sane necessitatem similis cooperationis ad actum malū, quod absurdum est. Ergo non est ea mens Concilij in illis verbis, quam putauit P. Lessius.

35 Michael Bauius. *Propositio 28. Baij sine gratia Dei adiutorio, nō nisi ad peccādū vadamata.*

Præterea vt magis hoc explicetur, notandū est, inter propositiones 79. Michaelis Baij, quas damnarunt Pius V. & Gregorius XIII. hanc contineri, quæ numero est 28. *liberū arbitrium sine gratia Dei adiutorio, nō nisi ad peccādū vadamata.* Quam propositionē aliqua censura ex his, quas ibi notant Pōtiffices, dignā esse nō dubito: nam ideo ex toto libro Baij decerptæ sunt illæ omnes propositiones, quia cēsuræ Theologica dignæ erant. Quo fit, diuersam esse mentē harū propositionū, cū in specie, & serie verborum, eādē videantur habere propriā significatiōnē. Nā assertio Baij ait: *liberū arbitrium non, nisi ad peccādū, valere sine gratia.* Cōciliū Arausicanū ait: *neminē habere de suo, nisi mendaciū, & peccatum;* quod videtur in idem recidere. Nā per particulam *de suo* solum excluditur adiutorium gratiæ, cū non excludatur cooperatio Dei; vt modō dicebamus. Ergo idem videtur si bi voluisse Arausicanū, cum dixit *de suo*, quod Michael Baius, cū dixit *sine gratia Dei adiutorio*; cum ergo altera propositio, videlicet Baij, censura digna sit aliqua ex ijs, quas Pontiffices in sua bulla notarunt respectiue; & cū propositio Arausicana certissima sit, manifestū est diuersas esse earum mentes. Atqui Baius nō loquitur in sua propositione de libero arbitrio sine cooperatione cōmuni Dei, quam nunquā negauit; sed de ipso sine gratia supernaturalis adiutorio. Ergo Arausicanum Concilium, cum affirmauit, neminem habere de suo nisi mendacium, & peccatū, non definiuit ad quodcumq; opus bonum etiam naturale, cooperationem Dei generalem necessariā esse, & solū ad mendacium, & peccatum non esse. Nam alias idem esset intellectus vtriusq; propositionis, quod maxime absurdum est.

Arausican.

36 P. Suarez tom. 1. de gratia lib. 1. cap. 2. 1. plures refert eius loquutionis expositiones, quas sic prosequi non oportet. Ego duas proponā. Primā eruo ex ipso canone 22. cuius verba hæc sunt; *Nemo habet de suo, nisi mendaciū, & peccatum; si quis autem habet homo veritatē, atq; iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in deo, nisi hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdā irromedaciū, vati non deficiamus in via.* Species hæc verborū &c.

manifestū facit, Concilium loqui in hoc canone, nō tā de actibus liberis ipsius hominis, quā de ipsa facultate liberi arbitrij secundū statum, quem habet in natura lapsa eleuata ad ordinē supernaturalem, in qua non est status medius, seu purus; sed aut in peccato, aut in veritate, & iustitia esse debet liberum arbitrium. Id etiam constat ex titulo eius canonis, videlicet; *de ijs, quæ hominum propria sunt.* Non dixit de ijs, quæ actibus liberis hominum conueniunt, scilicet, de bonitate, aut malitia; sed de ijs, quæ ipsi homini in hoc statu conueniunt; nimirum, aut status mendacij, & peccati; aut veritatis, atque iustitiæ. Quo fit, cum Concilium ait, neminem habere de suo, nisi mendacium, & peccatum; non significare aliquando, licet raro, & difficulter, non posse habere actum bonum moralem sine gratia supernaturali, qui sensus videtur Baij; sed hominem, siue ea posita verè, siue non, semper iacere in statu peccati, & mendacij, nisi gratia diuina irroretur, & per eam erigatur ad statum veræ iustitiæ. Cum ergo hæc bona opera moralia, quæ homo per vigorem naturæ aliquando habere potest, virtutem non habeant extrahendi hominem ab statu peccati, & mendacij, in quō necessario iacet, si diuinis auxilijs destituatur, vel ratione peccati originalis à primo parente in ipsum deriuati, vel ratione peccatorum actualium: merito Concilium in ea diuisione status hominis nullam fecit mentionem operum bonorum naturalium; quia licet nec sint mendacium, nec peccatum; nec veritas, & iustitia, & ad hæc quasi indifferenter se habeant, ad suum institutum non spectabant. Quæ etiam ratione exponi potest illud Pauli; *sine fide impossibile est placere Deo;* quia scilicet, nec potest excuterè à se peccatum, quantumuis bene moraliter operetur. Vnde persona semper displicebit Deo, dum ex fide non operetur. Hanc etiam explicationem confirmare possumus ex verbis Augustini Epist. 47. ibi; *quantum potuimus, egimus cum istis, & vestris, & nostris fratribus, vt in fide sana, Catholica, perseuerent: quæ neque liberum arbitrium negat, siue in vitam malam, siue in bonam: neque tantum ei tribuit, vt sine gratia Dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum; siue vt in bono perseueranter proficiat, siue vt ad bonum sempiternum perueniat.* In his Augustinus loquitur de ipso libero arbitrio, quod diuidit in statum vitæ malæ, & bonæ, non negans ipsum de se aliquod bonum morale habere posse; sed tantum non valere, vt se erigat a peccato, & ex malo fiat bonus ita, vt perueniat ad bonum sempiternum. Pariter Arausicanum in eodem sensu dixit neminem habere de

Augustin.

de suo, nisi peccatum, & mendacium. Hanc expositionem maxime conframat, quod Patres Arausicani loquebantur secundum materiam subiectam contra errorem Semipelagianorū, qui dicebant hominē ex proprijs viribus, etiā supposito peccato Originali, quod fatebatur, in eo recedentes à Pelagio, & alijs, & cæteris actualibus peccatis, posse habere initia salutis, quibus inciperent mereri remissionem peccatorum, & extrahi ab eo statu peccati. Contra quos directe Arausicanum neminem ait habere de suo, *nisi mendacium, & peccatum;* quia licet habeat de suo opus moraliter honestū, illud nihil refert, vt extrahat hominem ab eo statu mendacij, & peccati, in quo iacet de suo.

37 1. Expositio.

Secunda expositio versatur immediate circa actiones liberi arbitrij, & diuidit illas in bonas, & malas: siue bonæ naturales sint, siue supernaturales; & ait, malitiam in malis attribuendam esse soli libero arbitrio, non vt est a Deo, sed vt est ex nihilo, vt est causa deficiens; quod habet, quia ex se nihil erat: nam liberum arbitrium, quod non est ab alio, sed à se, non est capax malitiæ. Id videtur significari à Concilio Arausicano in illa particula *de suo*; hoc est ex illo peculiari, quod de se habet; nam secundum illud, liberum arbitrium est sola causa malitiæ, secundum illud Osee 13. *Perditio tuā ex te.* Hic nota Baius non posuisse particulam illam *de suo*, sed tantum liberum arbitriū, non nisi ad peccandum valere. In quibus verbis non tribuit malitiam soli libero arbitrio secundum ea, quæ ex se habet, vt distincto ab omni Dei adiutorio, siue naturali, siue gratiæ. Vnde sensus Baij est, liberum arbitrium, quantumuis à Deo adiutum, dum adiutorium non sit gratiæ supernaturalis, licet sit adiutorium concursus generalis, non valere, nisi ad peccandum; & ideo merito reijcitur à summis Pōtifficibus; cū tamē Arausicana propositio solidā veritatē cōtineat. Hanc expositionē adhibuit P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa prædest. c. 16. n. 28. Eandē postea repetiuit, atq; illustrauit to. 1. de Gratia lib. 1. cap. 2. 1. 5. & sequētib.

Osee 13. Baius non ponebat particulā de suo.

P. Suarez.

Veram quidē doctrinā continet hæc expositio: quapropter plausibilis semper erit. Etenim nō minus bonitas naturalis operis honesti Deo tribui debet, quā bonitas supernaturalis operis pij, atq; christiani, si proportionate loquamur. Nā vt Deus est auctor gratiæ iustificati, quæ est veluti secūda hominis eleuati natura, cui debetur lumen fidei, quod spectat ad facultatē intelligēdi, cæteræq; virtutes intellectuales, vt prudētia, donum sapiēticiæ, & cōsiliij, & reliqua. Itē charitas, quæ spectat ad facultatē appetendi, & aliæ virtutes infusæ, tum theologica, tum morales, cui etiā debetur auxilia, tum sufficientia, tum efficacia, tum concursus gene-

rales in hoc ordine supernaturali. Qui quidē, licet cōparatione hominis iustificati, & his omnibus donis affecti connaturales sint: at cōparatione hominis secundum se supernaturales sunt. Vnde totus hic ordo vt sic spectat ad Deum vt auctorem supernaturale. Pariter etiā Deus est auctor naturæ ipsius humanæ, & facultatum intelligendi, & appetendi, & omnium virtutum, quæ has facultates exornant. Cui naturæ ex prouidentia naturali tribuitur à Deo auxilium sufficiens, & efficax naturale ad operationes intra eundem ordinem; quæ auxilia declaranda sunt cum proportione ad ea in ordine supernaturali. Tribuuntur etiam cōcursus generales cū eisdē actibus proportionate, quibus tribuuntur cōcursus supernaturales generales. Vnde sicut ratione ipsorum, & cæterorum donorum, quæ Deus naturæ infudit, absque vilo debito cōparatione eius, tribuitur speciali ratione omnis honestas actuum supernaturalium; ita quia naturam ipsam Deus absq; vilo debito condidit, & auxilia efficacia pro opere honesto naturali ex eisdem voluntatibus confert. Ex quibus supernaturalia largitur, & præsto etiam adest concursu generali naturali paratus ad concurrēdū, in quocumq; momento voluntas se velit inflectere. Ideo etiam nō ab simili ratione honestas operis moralis virtutis naturalis Deo, vt auctori naturæ, adscribenda est. Quo fit liberum arbitriū nō ita habere de suo opus honestum tā naturale, quam supernaturale, vt habet de suo mendacium, & peccatum, cæteraq; opera praua. Quia malitiæ sola voluntas est tota causā; bonitatis verò, & honestatis non tantū non est tota causa; sed nec præcipua. Nam ex duabus causis partialibus, quæ honestatem operantur, Deus præcipua est, & principalior; voluntas minus præcipua, & principalis.

Auxiliū efficax, & sufficiens pro opere naturali.

Tam opus naturale, quam supernaturale Deo tribui debet.

38 2. Expositio non ad mentē Concilij.

Licet verò hæc secunda expositio, quia ingeniōsa, in ore plurium circumfertur, non tamē mihi videtur ad mentem Concilij. Etenim si, vt diximus, Mafsilienfes admitterunt concursum generalem pro omni opere etiam naturali, nō negarunt opus honestum a Deo esse speciali ratione intra ordinem naturæ, tum ratione conditi liberi arbitrij, tum ratione cogitationis congruæ immittæ, tum ratione concursus opportune exhibitæ: ac proinde definitio Arausicana in eo can. 22. non hoc statuebat in illis verbis: *neminem habere de suo, nisi mendacium, & peccatum;* alias extra rem; & contra nullum definiret. Quapropter ego arbitror, primam expositionem præferendā omnino esse: Nec tertia differentia solida est: nam Mafsilienfes, cum negabant specialem prouidentiam, & aiebant quantum quisq; ad malum, tantum habere facultatis ad bonum, solum excludere



cludere, animus erat supernaturalem providentiam esse necessariam ad incohendam bonam operationem: nam cum eis non erat controuersia, an sancta cogitatio esset donum speciale Dei intra ordinem naturae? haec enim spectat ad subtiliores partes scholasticae controuersiae inter catholicos. Sed an ad sanctam cogitationem, atque piam operationem, cui inest valor merendi gratiam, esset necessarium adiutorium supernaturale? Cum enim Aug. auxilium praeueniens constituit in sancta cogitatione, loquitur de cogitatione per Christi gratiam iam aliqua ratione supernaturali. Denique cum dicebant ad omne bonum incohandum, nihil aliud esse necessarium, praeter liberum arbitrium dono creationis acceptum; non erat animus excludere cooperationem concursus generalis, aut providentiam spectantem ad ipsam naturam, sed cooperationem concursus supernaturalis, atque providentiam spectantem ad ordinem supernaturalem, ut satis constat ex dictis.

Pergit P. Lessius in alio discrimine assignando num. 29. illius appendicis ad cap. 10. dicens, Malsilienses voluisse ad meritum humani arbitrii immediate conferri donum fidei, vel gratiam iustificationis, vel saltem tale auxilium praeueniens: unde infallibiliter haec sequerentur. At mens doctorum in eo axioma re haec non fuit, sed tantum facienti, quod est in se, ex viribus naturae dari auxilium aliquod praeueniens, cum quo, si rursus fecerit, quod est in se, dari maius, & sic deinceps; donec ad iustitiam perueniat. Hoc discrimen probat primo; quia Malsilienses dicebant hominem ad gratiam, qua in Christo renascimur, peruenire per naturalem facultatem, petendo, quaerendo, pulsando, &c. ut refert Prosper in Epistola ad Augustinum, & Hilarius ibi: *quod enim dicitur, crede; & saluus eris: unum horum exigi asserunt, aliud offerri, ut propter id, quod exigitur reddidit fuerit id, quod offertur, deinceps tribuatur, &c.* Mitto alia, ex quibus colligit iuxta Malsilienses, omnia, quae praecedunt ad gratiam iustificationis, tribui solis naturae viribus: quae autem eam subsequuntur, tribui Deo ratione gratiae.

Secundo probat; quia totam gratiam praeueniens ipsi constituebant in uocatione externa ad baptismum; & primam gratiam internam dicebant esse ipsam formam iustificantis, quam appellabant gratiam regenerationis. Id constat ex Prospero in principio eius Epistolae, & circa medium: ergo Malsilienses putarunt facultate liberi arbitrii immediate hominem peruenire ad gratiam iustificationis.

Tertio; quia Cassianus ideo dicebat hominem saluari dono, & gratia Dei; quia ob paruum opus viribus naturae factum, minime dig-

num tanto premio, Deus condonat peccatum, & hominem iustificat. Idque explicat exemplo latronis, & Dauidis poenitentis; ut constat ex collatione 13. cap. 13. Quarto probat ex Canonibus 3. 4. 6. 8. & alijs Arausici Concilij, in quibus damnatur hic error: *viribus naturae impetrari, ut a Deo purgemur, vel iustificemur*: ergo Malsilienses, contra quos haec definitio producta, posuerunt, viribus naturae immediate perueniri ad remissionem peccatorum, atque iustificationem.

Demum ratione probat; quia credibile non videtur, tantos motus fuisse excitandos in Ecclesia, si Malsilienses tantum voluissent dicere, viribus naturae posse hominem a misericordia Dei impetrare aliquam inspirationem remotam, & salutarem, per quam, si vellet, posset ulterius progredi, & maiora auxilia, & tandem iustitiam obtinere: nam haec sententia non videtur aliena a fidei doctrina, quippe ex ea non sequuntur ea incommoda, quae Patres Malsiliensibus collegerunt, nimirum, *initium salutis, aut fidei esse ex nobis; gratiam dari ex meritis humanis; & ita non esse gratiam, gratiam esse pedisequam.*

Verum P. Lessius, dum hoc discrimen constituit conatur, manifestum nobis reddit, non omnino penetrasse errorem Semipelagianorum: immo si sentit, in operibus nudi arbitrii aliquam esse vim impetratoriam, aut meritoriam gratiae praeueniens, annumerandus mihi videtur, ut minimum, cum Soto, Ricardo, & Gersono, quorum sententiam impugnavi disp. 26. n. 7. quia plus iusto tribuerunt libero arbitrio, & fauerunt Malsiliensibus: quod quia in eo loco satis prolixè ostendi iuncta disp. 25. cap. 3. in quo etiam demonstravi, Malsilienses solum posuisse aliquale meritum, siue ansam, siue occasionem, siue colorem, siue scintillam ex libero arbitrio micantem, hic opus non est maiori impugnatione. Nam si P. Lessius dat operibus liberi arbitrii impetrationem, atque aliquale meritum ad primum gratiae auxilium, dat sane ansam, ex qua naturam apprehendat, & euehat: dat initium, dat gratiam, saltem quo ad primum auxilium, subsequi naturam, ut pedisequam, atque illi detrahit a purissima ratione gratiae. Quod vero Malsilienses non tantum posuerint meritum immediatum fidei, & iustificationis; sed etiam gratiam praeueniens ante fidem, & iustificationem, constat ex dictis disp. 25. cap. 4. conclus. 3. & 4. Immo ego probabilius iudicavi in ea conclusione quarta, nullum auxilium gratiae praeueniens intrinsecum agnouisse Semipelagianos; sed omnia auxilia supernaturalia constituisse in extrinseca propositione Euangelij, atque mysteriorum, & in speciali prouidentia in Daemone, tentationibusque comprimendis, & opportunitate bene operandi.

operandi. Rursus, neque etiam requisuisse legem illam infallibilem dandi auxilium praeueniens, quodcumque illud sit, probavi disp. illa 25. num. 29. Et quidem ex ipsorum fundamentis id satis perspicuum est: nam dum eis concederetur usus liberi arbitrii absolutus ab impedimento gratiae praeueniens, & ratio electorum, & reiectorum, quiescerent sane: ad haec autem nec necessaria est vltima dispositio, aut immediatum meritum donorum fidei, & gratiae iustificantis, aut lex illa infallibilis conferendi auxilium praeueniens, quodcumque illud sit. Igitur ne, & in fundamentis, & in sententia nos cum Malsiliensibus implicemus, omnem impetrationem, & omne meritum quantulumcumque a natura per proprium vigorem debemus abradere.

Nec probationes Lessij efficaces sunt. Ad primam concedo, dixisse Semipelagianos per facultatem naturalem nos peruenire ad gratiam, qua in Christo renascimur: at non dixerunt nos immediate peruenire; nec hoc erat necessarium ad ipsorum fundamenta, & discursum suae doctrinae. Immo in eodem loco liberum ipsum arbitrium gratis a Deo donatum appellarunt initialem gratiam; & dicebant nos peruenire *initialis gratiae ope* ad fidem: ad initialem vero gratiam necessarium non est immediatum meritum fidei, aut iustificationis; sed sufficit remotum, quod quidem proximum est comparatione primae gratiae praeueniens. Nec verba Hilari magis probant; nam cum ait, *exigi a nobis fidem, ut a Deo detur salus, solum significat, initium aliquod fidei esse ex nobis*: ad hoc autem, ut sit ex nobis initium aliquod fidei, sufficit impetratio, seu meritum congruum gratiae praeueniens, per quam credimus; ut constat: ergo haec non probant intentum Lessij.

Ad secundam iam dixi, mihi verius esse nullam Malsilienses agnouisse gratiam intrinsecam praeueniens. Vnde do argumento, in eorum sententia primum internum donum esse fidei, cum infidelis conuertitur; & gratiae iustificationis, cum peccator fidelis. At id non probat iuxta Malsilienses, liberum arbitrium per vires proprias non prius meruisse gratiam praeueniens, quam ipsa dona fidei, & iustificationis: nam licet iuxta illos gratia praeueniens extrinseca fuerit, sub meritum cadit secundum Semipelagianos; ut expresse docuit Cassianus collatione 13. cap. 13. & cap. 16. verba retuli disp. 25. num. 37. & Faustus lib. 1. de Gratia, & lib. arb. cap. 12. vbi de filio Prodigio ait, per instum sibi bonum delibe-

raus ad paternos recurrisse amplexus. Et explicans, quo pacto gratia suscepit peregrinum reuertentem, sic ait: *quid autem attrahere, nisi praedicare, nisi scripturarum consolationibus excutere, increpationibus deterrere, desideranda proponere, &c.* En Semipelagiani dicebant, haec, & alia extrinseca dona praeueniens gratiae sub meritum cadere.

Ad tertiam respondeo; verum esse Cassianum constituisse minimum meritum ad fidem, & gratiam; at ex hoc non efficitur, illud fuisse immediatum, cum remotum etiam minimum esse possit. Itaque minimum meritum indifferenter se habet ad immediatum, & remotum: immo quo remotius est, eo videtur magis exiguum: non ergo bene colligit Lessius ex minimo meritum immediatum.

Ad quartum ex Canonibus Arausici Concilij eodem modo respondeo. Non nego damnari in eo errorem affirmantem, viribus naturae nos impetrare, ut a Deo purgemur, vel iustificemur: sed affirmo, in hac definitione omnem impetrationem contineri; atque adeo tum remotam, tum proximam procul rejici.

Demum ad rationem respondeo, parui momenti esse: nam cum quodcumque meritum, quantumvis remotum, & exiguum sit, aduertetur Paulo ad Rom. 9. & 1. ad Corinth. cap. 4. & ad Rom. 10. quae testimonia fuisse induxi contra Semipelagianos disp. 25. cap. 8. num. 74. 75. & 76. non mirum si Patres Ecclesiae tot motus excitarent, & concilia cogenter contra quodcumque meritum ex libera arbitrio, & si exitura aduiguum; ut satis superque diximus in eo cap. 8. Nec verum est ex ea sententia non inferri illa incommoda, quae Patres inferebant; nimirum *initium salutis, & fidei esse ex nobis*; nam licet proxime donum fidei esset ex gratia; at absolute initium fidei ex nobis esset, si ope liberi arbitrii inciperemus meritum fidei, ut satis constat. Deinde etiam verum esset, *gratiam dari ex meritis humanis, & non esse purissimam gratiam*; ut ex professo ostendi cap. illo 8. num. 77. Denique verum etiam esset, *gratiam esse pedisequam*: nam licet inter initium liberi arbitrii, & donum fidei, atque iustificationis interuenirent alij actus per gratiam; at si initiales actus liberi arbitrii vim aliqualem habent meritoriam gratiae, quae est principium horum actuum, qui intercedunt, & hi proximi mererentur donum gratiae iustificationis; iam gratia esset natura pedisequa duplici ratione. Prima, quia natura est proximum meritum gratiae praeueniens. Secunda; quia est meritum remotum donorum fidei, & iustificationis.

39  
P. Lessius.  
Altera  
Lessij  
differetia  
non  
probat.

Prosper.  
Hilarius.

Cassianus.

41  
Ad.  
Responso  
ad Lessij  
probatio-  
nes.

40  
Responso  
ad Lessij  
probatio-  
nes.

Error  
Malsiliensium.

Ad 2.

Cassianus.  
Paulus.

Ad 3.

Ad 4.

42  
Ad 5.

Ad Rom. 9.  
1. Ad Cor. 4.  
Ad Rom. 10.  
Quaecumque  
meritum ex  
natura ad-  
uertetur  
Paulo.

## Caput III. Ut explicetur illud axioma a Patre

Suarez.



**A**RIIS in locis tetigit P. Suarez materiam huius axiomatis. Iam notauit supra num. 27. ipsum axioma opposuisse, duos errores in eo contineri. Vt verò tot Theolo-

gos non ignobiles, qui illud pro axioma tradiderunt liberet ab eis erroribus lib. 3. de auxilijs cap. 2. a n. 6. & 1. p. lib. 2. de causa prædestinationis cap. 18. ait: ideo facienti, quod in se est, ex libero arbitrio tribui à Deo illuminante gratiã, non quia opus morale bonũ ex libero arbitrio sit meritũ, aut dispositio; sed quia impedit peccatũ, quod remoueret ipsam illuminatione: nã peccatum actuale, si tunc comitteretur, cũ sit opus bonũ, redderet hominẽ noua ratione indignũ talis gratiã, ac proinde posset Deus illã negare, & si largiturus esset, si peccatũ non comitteret: ergo opus liberi arbitrij esse potest causa remouens prohibens. Vnde per facientẽ, quod in se est, intelligit nõ ponentẽ obicem gratiã Dei. Pro hac expositione allegat S. Thomam 3. contra gentes cap. 159. & Tridentinũ sess. 6. cap. 11. & 13. vbi ait Deũ neminẽ deserere sua gratia, nisi prius deseratur ab ipso. Quod si Deus non ponenti obicem seu conãti, quantũ potest, per vires naturæ ascendere ad fidẽ, remissionẽ peccatorũ, & statũ iustitiã, negaret primã gratiã vocationẽ, maxime eum deserere videretur. Ergo saltẽ in hoc sensu verũ est, Deũ facienti, quod in se est, per vires naturæ adesse gratia sua. Hanc etiã expositionem tetigit Magister Lorca 1. 2. tom. 2. de gratia disp. 26. & ipsam vèdicat ab errore Massiliensium; qua nota quidam eam inurunt. Cæterum iudicat sufficientem non esse; quia cõtingere non potest, ita facere hominem, quantum est in se, per vires suas, vt omnia peccatorũ impedimẽta remoueat: quia nullus gratia iustificationis destitutus potest diu vitare peccata, & implere legem totam: ac propterea in praxi nunquam verum est alicui dari gratiam, quia fecerit, quod est in se, viribus naturæ, & omnia peccatorum impedimenta remouerit.

Ego sic existimo; primo hominem per noua peccata reddi indignum, atq; in dispositũ, cui Deus conferat gratiam suam; ac non semel eã negare propter peccatorum multitudinem, quam non negaret, si ipse non opponeret tot peccatorum impedimenta. Hęc conclusio per se manifesta est, & eam docet plane S. Th. 3. contra Gentes. c. illo 159. ibi. *illi soli gratia priuantur, qui in se ipsis gratiã impedimẽtum præstant, sicut sole mundum illuminante in culpam imputatur ei, qui oculos claudit.* Existimo se-

cundo; sensum axiomatis nunquam fuisse, hominem per vires naturæ ita facere posse, quantum est in se, vt a se excutiat omnia peccata: neq; enim catholici Theologi, aut negarunt peccatum originale, aut ignorarunt, ipsum extingui non posse per actum elicatum a libero arbitrio: igitur supponebant hominem semper esse indispositum, atq; indignum per aliquod peccatum. Vnde facientem, quod est in se, non putarunt esse hominem a se pellentem per vires naturæ omne peccati impedimentum. Ad hęc: hoc axioma de adulto semper explicatum fuit: doctores verò catholici perceptũ habebant hominẽ adultũ diu sine peccato nouo esse nõ posse: ergo nõ putarunt illũ esse facientẽ, quod in se est, qui se se Deo offerret, sine indispositione peccati, vt ipse illũ eleuaret gratia sua; quia nõ indispositus se offerebat.

Existimo tertio; aut nos loqui posse de faciente, quod est in se, in statu infidelitatis in ordine ad verã fidẽ capessendã: aut in statu fidei in ordine ad gratiã iustificationis. Ille facit, quod est in se, in ordine ad fidẽ, qui, proposita sibi infalibili veracitate Dei, atq; auctoritate in dictis, propositisq; quibusdam mysterijs; vt Trinitatis, Verbi Diuini Incarnationis, Sacramentorũ, & alijs difficilibus creditu, quæ vera, atq; sancta doctrina tenet; nihilominus in animũ inducit eis omnibus assentiri, innixus solũ auctoritati Dei dicentis: etenim assensus iste, aut fieri potest ex gratia, si se Deus ingerat eleuando facultates huius hominis, & accurrat, vt auctor super naturalis: aut fieri potest ex natura, si Deus illũ hominẽ gratia supernaturali destituat: adiuet vero concursu generali naturæ debito, siue speciali; siue cõmuni. Nõ loquimur in primo casu, quia in eo facit, quod est in se, ad credẽdũ ex viribus gratiã; sed in secundo, in quo facit, quod est in se, ex viribus naturæ; & vult, quantum est ex se, non tantum deserere, atque negare errores omnes, quos antea tenuerat; sed etiam amplecti verã doctrinã de Deo, Vno, & Trino, de Verbo Incarnato, de Sacramentis, atque alijs mysterijs. Ergo is, quantum est in se, & remouet omnia impedimẽta errorũ, & vt potest, accedit ad verã doctrinã fidei. Pariter in homine fideli, varijs implicato peccatis, cum, eis memoratis, cognoscit se per illa peccata à Dei amicitia exclusum, potest per liberũ arbitrium dolorem habere, atq; detestationem, aut vnũ, aut alterius peccati grauioris, aut etiam vniuersalem. Ille homo, qui doleret de vno, aut altero peccato, v. g. de furto, nõ verò de cõcubinato, in quo etiã turpiter iacebat, nõ putaretur facere, quantum

quantum est in se, per vires naturæ, vt gratiam iustificationis consequeretur, aut redintegraret cum Deo amicitiam: si vero, vt potest, dolorem ederet vnũuersalem omnium peccatorum, quæ cognoscit, & se commisisse, & a Deo ipsum auertisse, iam putaretur facere, quantum est in se, non quod per hanc detestationẽ, & dolorem, quẽ saltẽ per breue tẽpus habere posset, mihi verum est, a se peccata illa excuteret, aut primum auxilium gratiã mereretur, aut impetraret, vel se ad illud disponeret: sed quia nihil iam illi restat per vires naturæ, quod præstare possit, vt ei remittantur peccata, & interius renouetur per gratias supernaturales.

Ex his duo colligo contra Lorcam: primum ipsum non attigisse mentem axiomatis iuxta sensum antiquorum Theologorum. Secundum in praxi posse hominem tum infidelem, tũ fidelem facere, quantum est in se, per vires naturæ, vt remoueat impedimenta donorum fidei, & gratiã iustificantis, non quia de facto a se expellat peccata contra fidem, & contra virtutes operibus liberi arbitrij, nisi quod ipse conetur, quantum potest, vt a se abijciat omnia impedimenta: etenim facere, quantum est in se, non est cum effectu peccata a se expellere: nam hoc facere non est in se, quia est supra vires liberi arbitrij, sed elicere operationes tum fidei, tum pœnitentiã, naturales quidem, atq; adeo improporionatas; sed vnũuersales circa mysteria fidei iam proposita circa materiam peccatorum, vt explicui, & vt hoc in praxi contingere potest; ita etiam impossibile non est facere hominem, quantum est in se.

Existimo quarto; hac ratione à nobis declarata, facientem, quod est in se, non ita remouere prohibens illuminationem gratiã, vt sit causa veluti per accidens infusionis ipsius. Conclusio hæc ita explicanda, & probanda est: nam naturæ per peccata nõ indispositæ nulla ratione debetur gratia: etenim, & si daremus posse liberũ arbitrium omnia peccata futura impedire, & à præteritis hominem abstergere, adhuc naturæ mundæ ab omni peccato nõ deberetur gratia Dei: natura namq; sine peccato nullã in se habet rationem mouendi Deum, vt cõferat ei gratiam; sed omnino indifferenter se habet ad conferendam, & non conferendã ex pura liberalitate: ergo faciens, quod est in se, ratione explicata, nõ est causa per accidens infusionis gratiã. Probo hæc consequentiã: nã causa per accidens, seu remouens prohibens effectũ, est illa, quæ tollit impedimẽtum, quod obstabat, vt agens effectum produceret in subiecto proximo, atq; disposito; vt qui remouet corpus opacum a medio, est causa per accidens illuminationis; quia illud erat impedimentum: quare sol non illuminabat ærem dispositum, & intra

sphæram existentem; quare cum natura peccato non immudata, non sit subiectum dispositũ cõparatione Dei, vt auctor supernaturalis est, & si homo per liberũ arbitrium impedimẽta peccatorum de facto a se posset excutere, nõ esset causa per accidens gratiã; nõ quod reuera nõ tolleretur peccata, quæ sunt vera impedimẽta gratiã, sed quod natura de se, nec gratiam perit, nec ad illam disposita est: causa vero per accidens versatur inter agẽs, & passum, quæ de se proportionata sunt ad effectus recipiendos.

Explico hoc amplius. Verum est aliquem ex hominibus esse minus indignũ alijs gratiã Dei, non tamen non esse omnes homines indignos; quia non est aliquis, qui non sit macula originalis conspersus, & alijs actualibus peccatis implicatus: ergo faciens, quantum est in se, nõ potest esse causa per accidens infusionis gratiã. Probo hanc consequentiã, quia quantumuis faciat, quantum est in se, modo à nobis explicato, præstare non potest, vt non sit gratiã indignus: ac proinde remouere non potest prohibens: ergo non est causa per accidens. Confirmo hoc: quia hac etiam ratione somnum, aut distractio à cogitatione peccati, quod committẽdũ erat, nisi eam alia auerteret cogitatio, esset causa per accidens remouens prohibens: at de hoc nullus dicat facere, quantum est in se, vt Deus ei conferat gratiam: ergo nec ratione eius operis honesti ponitur causa per accidens; nec per hanc remotionem impedimenti explicatur, aut defenditur illud axioma secundũ mẽtẽ antiquorum Theologorum. Probo vtramque consequentiã; nam distractus, & dormiens non facit, quantum est in se, vt esse constat: nam facere, quantum est in se, est honeste moraliter operari per vires proprias: at distractus, & dormiens etiam remouet impedimenta peccatorum, quæ forent, nisi se somno traderet, aut alia cogitatione raperetur: ergo per hanc explicationem non defenditur illud axioma. Probo hanc consequentiã: nã antiqui Theologi discrimen constituerunt inter facientem, & non facientem, quantum est in se, in ordine ad recipiendam gratiam; & hoc quidem, vt res de facto aliquando contingunt: at manifeste probaui de facto solum esse discrimen in eo, quod aliqui existãt indigniores, aliqui minus indigni: ergo nec facere, quod est in se, in hac explicatione, est esse causam per accidens gratiã: nec reuera defenditur illud axioma, quod videtur subodoratus P. Suarez; nam lib. illo 2. de causa prædestinationis cap. 18. profiteatur aperte, se nec illud reiicere, neque approbare. Quod vero allegat D. Thomam in eo capite 159. lib. 3. contra gentes, dico ibi solum asserere in potestate liberi arbitrij esse, impedire diuinã gratiã receptionem per pec-

43  
P. Suar.  
P. Suar.  
explicat  
axiomata  
per remotionẽ peccati.

S. Thom.  
Tridentin.

Lorca.

44  
Iudiciũ auctoritatis.

S. Thom.

46  
Lorca alie  
nus a men  
te axioma  
tiii.

45  
Quid facit  
re quam  
est in se.

47  
Faciens,  
quod est in  
se, non est  
causa per  
accidens  
gratiã.

Causa per  
accidens  
quid.

P. Suar.

D. Thom.

cata, aut non impedire: quia cum Deus, quantum est in se, paratus sit omnibus gratiam dare, illi soli priuantur gratia, qui in se ipsis opponunt eius impedimentum; quod verum est. Sed neque hoc est, liberum arbitrium per facere, quantum est in se, esse causam per accidens gratia: nec hac doctrina explicare, atque defendere illud axioma, de quo non agebat ibi S. Thomas. Testimonia vero ex Tridentino ad rem non sunt: nam in eo cap. 11. sessionis 6. agit de

Trident.

homine semel gratia iustificato; sic enim ait: *Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.* Pariter cap. 13. ubi de perseverantia munere ait: *Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum; ita perficiet, operans velle, & perficere.* Axioma vero loquitur de homine omni gratia supernaturali destituto, & per proprias vires conanti, quantum potest: atque adeo nihil probatur eis testimonijs.

Caput V. Alia explicatio Authoris.

48



**V**A E hinc, atque inde disputavimus, in maximas nos angustias coniecerunt: nam ex vna parte negare non possumus hoc axioma, de faciente, quod est in se, non solum per vires gratia, sed etiam per vires naturae: verum habere aliquem sensum a Semipelagianis alienum. Neque enim credibile est, tot Theologos, quos enarraui cap. 3. qui illud in vniuersa Ecclesia per plures annos tutati sunt, doctrinam erroneam docuisse; & eam ab Ecclesia, vniuersisq; fidelibus, vt veram receptam, vt expendebam num. 25. Porro negavit nemo, Deum affuturum gratia sua homini, qui lumine rationis bene usus est in fuga mali, & appetitu boni, eo tempore, quo potest, per proprias vires permanere sine peccato. Item ei, qui facit, quantum potest, vt veram assequatur doctrinam de Deo, de via salutis; & dolet vniuersali dolore de suis peccatis. Quod si Deus infallibiliter his hominibus, praeuere sic operantibus, adest gratia sua, ex aeternitate ad esse decreuit, vt constat. Hoc autem decretum, & nihil aliud, est lex illa infallibilis, quam asseruit P. Molina, & ex ipso probauimus cap. 1. ergo non tantum in sensu non prauius, quem solum defendisse P. Molinam demonstraui num. 5. verum est axioma illud: sed etiam in sensu prauius aliquam continet veritatem. Et ex alia parte a disp. 26. per tria capita; & a 27. per alia tria percurramus omnes modos dicendi Catholicorum: & nihil in eis inuenimus, in quo quiescat animus. Nam alij plane impegerunt in Semipelagianismum: alij vero ipsum attigerunt: alij demum axioma non defenderunt, aut explicarunt. Nec satis est ipsum explicare de faciente, quod est in se, per vires gratia: nam licet verissimam, atque planissimam contineat doctrinam hanc explicatio: at cum antiqui Theologi de faciente per vires naturae loquuti sint, fatendum his erit, eos omnes, & vniuersam Ecclesiam tot annis in errore versatos; nam ideo se se recipiunt ad hanc explicationem, quia alias non arbitrantur securas, atque sanas. Vt hoc vero incommodum fugiam,

Non satis explicatum axioma per vires gratia.

quod mihi magni momenti est, aliam excogitare decreui, & censura doctiorum subiicere.

Mens authoris.

Pro quo nota primo discrimen inter dare facienti gratiam Dei, & dare facienti eandem gratiam, quia facit. Nam primum tantum significat concomitantiam, seu coincidentiam in eodem subiecto gratia Dei, & operis honesti liberi arbitrij: praescindit vero ab ordine prioritatis, aut dependentiae inter opus honestum, & gratiam. Secundum vero, praeter hanc concomitantiam, atque coniunctionem, significat ordinem causalitatis, & naturae inter ipsa. Ex quo fit, illud primum nihil derogare rationi purissimae gratia: nam si tantum est materialis coniunctio sine vlllo ordine causa inter bonum opus morale, & gratiam, haec semper datur sine vlllo debito; immo indigno ex parte subiecti: atque adeo elargitio illa est pure liberalis, & gratuita, atque ex misericordia. Hoc vero secundum aliquid necessario detraheret ex ratione gratia: nam illud, quia facit, debitum aliquod inducit, & qua mensura inducit debitum, ea detrahit a dono supernaturali rationem gratia.

49 Aliud de re gratia facienti, aliud dare, quia facit.

Nota secundo, naturam intellectualem ex se, absq; dono superaddito, propter natiuam, sibi que essentiali capacitatem esse posse causam physicam donorum supernaturalium, in quibus dicimus rationem gratia eleuantis consistere. Hoc constat primo; quia forma iustificans, atque habitus infusi, & actus quoad substantiam supernaturales educuntur de potentia passiva naturae humanae, atque facultatum eius, vlllo procedente subiecto ea recipiente. Sunt ergo ipsa veluti primum subiectum donorum supernaturalium. Ergo natura ipsa secundum sibi essentialia esse potest causa physicam donorum supernaturalium. Id constat secundo in ipsis actibus, vt talibus supernaturalibus, qui effectiue procedunt ab ipsis facultatibus naturalibus, tamquam a causis physicis partialibus: nam licet tunc non se gerant, vt facultates naturales: at revera ipsa facultas naturalis per suam intrinsecam

50 Natura intellectus causa gratia prae alijs naturis.

Aug. 1.

secam substantiam, & per natiuam virtutem operatur. Quam quidem vim, aut materialem, aut actiuam non habent inanimatae naturae, nec sentientes brutorum. Id eleganter dixit Aug. lib. 1. de beneficijs contra Manichaeos. c. 3. tractans illa Ioa verba c. r. ita scribit. *Istud lumē non irrationabilium animalium oculos patitur, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore visibilium rerum temporalium, se ad eius praeccepta seruanda conuertunt. Quod omnes homines possunt, si velint: quia illud omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum.* Ergo in natura intellectuali est innata capacitas ad influendum physice, tum passiuae, tum actiuae in dona supernaturalia. Quo fit, etiam hunc influxum physicum nihil detrahere de ratione gratia ab his donis supernaturalibus.

51 Nota tertio, in Deo esse principium, & finem ordinis naturalis, & supernaturalis, non esse formalitates diuersas, ratione nostra praescidente ex parte obiecti, vt sunt natura diuina, & relatio; sed esse vnam, eandemque indiuisibilem formalitatem, quae dicitur principium supernaturale, vt comparatur, seu connotat effectus supernaturales; atque finis supernaturalis, vt conle quibus est per actus supernaturales. Pari etiam ratione dicitur principium naturale, vt comparatur ad effectus naturales; & finis, vt etiam suo modo assequibilis est per actus naturales. Hinc fit, conuersionem supernaturalem hominis ad Deum esse ex parte Dei conuersionem ad ipsum, vt auctor est, & finis naturalis ex parte recti; etenim per eandem formalitatem ex parte Dei est auctor naturae, & gratia: ergo si conuersio supernaturalis est ad Deum auctorem gratia, etiam est ad ipsum auctorem naturae, secundum formalitatem ex parte Dei respondentem conuersioni: nam si illa vna est, & indiuisibilis, ratione praescidente ex parte Dei, non potest non secundum se totam terminare quamcumque conuersionem, licet nos per diuersos conceptus inada quatos penes comparationem ad diuersa connotata illas rationes distinguamus. Pariter quaecumque auersio a Deo per peccatum auertit hominem ab ipso auctore naturae, & gratia, propter eandem rationem, quae in auersione clarior est. Quo etiam fit, hominem se conuertentem ad Deum per vires naturae amore naturali dilectionis super omnia, quem habere posse, mihi probabilior Theologia docet, ipsum se conuertere ad Deum auctorem naturae, & gratia ex parte Dei, & hanc conuersionem terminare ex parte obiecti ipsissimam rationem formalem, per quam est auctor gratia, licet non sub hac connotatione, aut de nominatione. Ratio a priori est; quia omni potentia per eandem formalissimam rationem impraescindibile,

52 Nota tertio, in Deo esse principium, & finem ordinis naturalis, & supernaturalis, non esse formalitates diuersas, ratione nostra praescidente ex parte obiecti, vt sunt natura diuina, & relatio; sed esse vnam, eandemque indiuisibilem formalitatem, quae dicitur principium supernaturale, vt comparatur, seu connotat effectus supernaturales; atque finis supernaturalis, vt conle quibus est per actus supernaturales. Pari etiam ratione dicitur principium naturale, vt comparatur ad effectus naturales; & finis, vt etiam suo modo assequibilis est per actus naturales. Hinc fit, conuersionem supernaturalem hominis ad Deum esse ex parte Dei conuersionem ad ipsum, vt auctor est, & finis naturalis ex parte recti; etenim per eandem formalitatem ex parte Dei est auctor naturae, & gratia: ergo si conuersio supernaturalis est ad Deum auctorem gratia, etiam est ad ipsum auctorem naturae, secundum formalitatem ex parte Dei respondentem conuersioni: nam si illa vna est, & indiuisibilis, ratione praescidente ex parte Dei, non potest non secundum se totam terminare quamcumque conuersionem, licet nos per diuersos conceptus inada quatos penes comparationem ad diuersa connotata illas rationes distinguamus. Pariter quaecumque auersio a Deo per peccatum auertit hominem ab ipso auctore naturae, & gratia, propter eandem rationem, quae in auersione clarior est. Quo etiam fit, hominem se conuertentem ad Deum per vires naturae amore naturali dilectionis super omnia, quem habere posse, mihi probabilior Theologia docet, ipsum se conuertere ad Deum auctorem naturae, & gratia ex parte Dei, & hanc conuersionem terminare ex parte obiecti ipsissimam rationem formalem, per quam est auctor gratia, licet non sub hac connotatione, aut de nominatione. Ratio a priori est; quia omni potentia per eandem formalissimam rationem impraescindibile,

ex parte eius, est principium effectuum naturalium, & supernaturalium. Item eadem natura Dei per indiuisibilem bonitatem est finis ordinis naturae, & gratia: ergo conuersio naturalis ex parte Dei attingit, licet improporionate, ipsam rationem principij, & finis supernaturalis.

52 Discrimen inter facientem, & non facientem quod est in se.

Ex hoc colligo, & noto quarto: quotiescumq; homo facit, quod potest per proprias vires, vt praebet assensum mysterijs fidei propositis, eliciens affectum credulitatis circa ea, quae Deus reuelauit, & ipsum assensum naturale fidei. Itē dolet de peccatis ex amore naturali eiusdem Dei, atq; de cetero non peccare, constantiter proponit; hunc hominem habere in se conuersionem in Deum quasi partialē coparatione conuersionis super naturalis, quae est veluti integra, totalisq; conuersio. Etenim gratia duo efficit in homine, qui viribus eius conuertitur: alterum; quod homo suū creatorē respiciat, & ipsi actui se coniungat: alterum; quod is respectu suū, seu coniunctio sit proportionatus, & vt oportet, coparatione finis supernaturalis; homo ille per naturam se conuertens horum primum iam habet, atq; adeo veluti partialē conuersionem, & in eo superat non facientem, quod est in se: non autem habet hoc secundum, quod a sola gratia prestare potest.

53 Si supernaturalitas est modus actus, idem transire potest de non supernaturali in supernaturalem.

Vt hoc melius intelligas, reuoca in memoria Theologos, quos commemorauimus disp. 25. num. 36. asserentes supernaturalitatem in actibus virtutum moralium infusarum esse modum supernaturalem insitum in naturali substantia actus, sicut in ipsorum sententia libertas, & moralitas sunt modi, & contingit non semel eundem actum, quo ad substantiam transire de non libero, & non morali, in liberum, & morale: ita etiam transire potest idem actus de naturali, & non supernaturali, in supernaturalem: nam si super naturalitas est modus, nulla est difficultas in eo, quod, manente eadem actus substantia, nouus accedat modus, atq; recedat. Quae sententia non est digna censura Theologica, licet non admodum probabilis censetur nostra tempestate. In ea vero ex duabus partibus, quas habet supernaturalis conuersio, vnam habet homo ille, qui ex viribus naturae exhibuit assensum mysterijs fidei, & amorem bonitati creatoris; quia exhibuit substantiam ipsorum actuum, & solum desideratur modus, quo eleuetur, atq; proportionatus reddatur fini supernaturali. Hoc idem suo modo possumus cogitare in fide, charitate, & contritione supernaturalibus, quoad substantiam, & per propriam essentialitatem: nam licet actus hi distinguantur specie, immo & genere proximo, atq; subalterno ab actibus fidei, charitatis, & contritionis naturalibus: hi, & supernaturales communicant in praedicto reali communi logico, scilicet fidei, charitatis, & contritionis: quod praedicatum pars rei meta-physica

physica solet appellari: quemadmodum equus, & homo communicant in prædicato animalis communi logico, quod est pars metaphysica vtriusque; atque adeo equus, ut animal habet prædicatum reale commune cum homine: ergo homo ille, qui ex viribus naturæ efficit illos actus, habet veluti partialem conuersionem, licet improprietate comparatione totalis, & integræ, quæ efficitur virtute gratiæ.

53  
Ut sit physice melius dispositus faciens, quod in se est.

Ex his colligo quinto, hunc eundem hominem esse physice, & quasi materialiter melius, & proximius dispositum, ut in eo gratia, si ipsi infundatur, effectum sortiatur proportionatæ conuersionis. Quemadmodum dicere solemus ingenio perspicacem, & virum ingenuæ indolis secundum suam physicam dispositionem, melius esse dispositum ad penetranda mysteria fidei, atque capessenda; & ad exercendos virtutum supernaturalium actus, si gratia diuina illuminetur; quæ hominem mente rudem, & natura durum: ita etiam de hoc homine per vires naturæ se conuertente, & ex se quasi partialem conuersionem habente, recte dicemus esse melius, atque proximius physice, & materialiter dispositum ad conuersionem supernaturalem; quæ alium hominem non facientem, quantum est in se, sed nouis se vitij implicante, atque quotidie indigniorem se constituentem gratia Dei. Et quemadmodum natura rationalis comparatione irrationalis ex se gratia capacior est, & influxum aliquem physicum in eam habere potest, quem non potest natura rationis expers: ita nihil prohibet, quominus dicamus, facientem, quod est in se, ex viribus naturæ eo modo, quo explicui, præstare, quod potest, ut proximius accedat ad suum principium, & finem; & melius esse physice dispositum, ut in eo gratia infusa debitum sortiatur fidei diuinæ, & conuersionis Christianæ effectum.

54

Porro quemadmodum homini bonæ indolis donatur gratia pure gratiose, quia bona indoles nullius rationis est, ut Deum moueat ad conferendam illam; & quemadmodum cum Deus eleuat hominem gratia sua, & non eleuat bruta animalia, quia homo capax est eius eleuationis, & influxum physicum habere potest in ipsam, ut notauimus num. 50. non brutum; nihilominus eleuatio hæc pure gratiose homini donatur; quia illa vis nativa physice influendi nullius virtutis est ad mouendum Deum, seu obligandum, ut gratiam conferat: ita cum Deus facienti, quod in se est, donat gratiam propter physicam meliorem dispositionem quasi materialem; & non donat non facienti, propter indispositionem, & quasi inuoluntariam incapacitatem gratiæ, gratiose donat, quia illa proximior dispositio, & quasi parialis conuersione per conatum naturæ nullius rationis est, ut Deum moueat, aut obliget ad conferendam gratiam suam.

Ex hoc colligo; hanc explicationem nihil habere cum Semipelagianis commune: nam hoc ipso, quod negetur vis impetratoria, aut meritoria his actibus naturalibus, & connexio causalitatis moralis, inter ipsos, & gratiam Dei: ita ut licet Deus det facienti, si tamen non dat, quia facit, aut quia pulsat, moraliter loquendo coniunctio gratiæ cum natura solum concomitanter coincidunt, sine villo ordine causalitatis moralis, receditur à mente Semipelagianorum; ut constat ex disp. 25. cap. 3. Et licet daremus in eo homine esse aliquam meliorem dispositionem physicam, in quantum habet veluti partialem conuersionem, ut explicui num. 52. non inde laboreremus in Semipelagianismum; quia causalitas physica naturæ in gratiam, tum materialis, tum efficiens negari non potest sine magno absurdo. Atqui hæc proximior dispositio, ut a nobis explicata est, solum spectat ad causalitatem physicam materialem; nam ratio generica, seu pars metaphysica compositi habet se, ut materia; & differentia, ut forma: ergo ille solus habet partem materialem metaphysicam, & tantum componit subiectum quoddam metaphysicum gratiæ.

Cum vero sit interrogatio illa, ad quam tota huius rei difficultas reuocatur; quare nimirum Pater æternus, atque Christus Dominus iniuerunt pactum de danda gratia infallibiliter facienti, quod in se est, & non iniuerint de danda non facienti, si actus bonus moraliter nullam habet proportionem cum gratia, nec ordinem causæ? Responderi potest primo; quia ita eis placitum est; ut si interrogares, quare Deus prædestinatum elegerit, aut efficaci electione, aut speciali, & gratuita iuxta nostram sententiam, quam explicui disp. 23. cap. 13. & non reprobum? Et quare prædestinato præparauerit seriem gratiarum congruarum usque ad perseverantiam ultimam, & non reprobum? Omnes respondemus, quia ita Deo misericordiam placitum fuit; nam non possumus haurire rationem aliquam ex meritis præcedentibus hominis: ita in nostra re, optime respondemus facienti præuie ex viribus naturæ suam promississe gratiam propter Christi merita; quia ipsi ita placitum fuit: non quia is, si conferatur cum non facienti, merito aliquo illum præexcellat: sed quia hæc voluntas Dei fuit, non deferendi illum hominem; ad probandum vero hoc fuisse pactum initum inter Christum, & Patrem, habemus primo ea, quæ retulimus ex P. Molina cap. 1. Secundo nihil ob stare impugnationem Magistri Alvarez, de qua cap. 2. Tertio, quod error Semipelagianorum non consistit in ea lege infallibili, ut sæpe dixi, & præcipue disp. 25. num. 32. sed in merito ex libero arbitrio; siue ad sit lex, siue non. Quarto; quia

Pactum quoddam inter Patrem, & Christum comparatione facientis, quod in se est.

ro; quia Deus adesse his hominibus, siue per gratiam interius illuminantem, siue per suos ministros, docemur communi consensu Theologorum, quos retuli in hac disp. & historia ex nostris Patribus, qui apud Indos gentiles apostolice vixerunt, atque hodie viuunt.

55

Declaratur ratio paciscedendi ex parte hominis.

Secundo addere, atque respondere possumus; non deesse ex parte hominis sic operantis rationem aliquam physicam eius pacti, nihil obstantem purissimæ rationi gratiæ, quam colligo ex dictis: nam certum est, Deum decreuisse conferre omni homini in hoc mundo degenti gratiam sufficientem illuminantem, & non de creuisse conferre creaturæ irrationali. Et si interrogares; quare ita decreuerit? Rationem physicam reddere poterimus: quia nimirum in homine est gratiæ nativa capacitas, non in bellua; quæ licet non moueat Deum, ut causa moralis, at præsupponi necessario debet ad tale decretum, quod non constituit Deus, si in homine non esset ea nativa capacitas. Ita in nostra re, quia faciens, quod est in se, se, quantum potest, approximat Deo, & se se ei coniungit, licet coniunctione improprietate, & nullam habentem vim meritoriam, capacitatem vero proximam, & voluntariam asserente, potuit Deus velle ex aliqua ratione quasi physica, & materiali huic donare suam gratiam infallibili lege; non vero non facienti, qui per sua pecca-

ta voluntarie redditur incapax gratiæ suæ. Ergo axioma illud, & infallibilis lex defendi optime potest sine periculo incidendi in Semipelagianismum; & doctrinam continet sanam, nihil detrahentem de purissima ratione gratiæ.

Sed pro coronide huius disputationis duo restant definienda. Primum: an gratia detur eodem temporis momento, in quo facit, quod est in se? Secundum: an semper detur gratia congrua? Vtrumque mihi incertum. Crediderim tamen, vel conferri eodem temporis momento, aut in duratione proxima ante nouum commissum peccatum, per quod deletur talis dispositio. Hoc ad primum. Ad secundum, non video fundamentum ad affirmandum promissam esse gratiam congruam, hoc est, quæ præuisa est habituram effectum; & si crediderim semper habituram, quoties datur, dum homo perseverat in eo proposito: non tamen si pulsetur gratia diuina animo ad alia iam distracto.

Hæc se se nobis obtulerunt pro tutela tantorumque Theologorum in eo axiome. Sed quia res hæc arduas, molestasque contentiones excitauit in Ecclesia, absit, precor, inuidia à verbo. Igitur dicta nostra non tam affirmata volumus, quam disputata in obsequium S. Ecclesiæ.

57

Facienti, quod est in se, datur gratia ante nouum peccatum.

## DISPUTATIO VIGESIMA OCTAUA.

### DE CAUSA PRAEDESTINATIONIS EX precedentibus a gratia.

Distincta quatuor capitibus.

Caput 1. Sententia affirmans.

Caput 2. Vera sententia negans.

Caput 3. Solutio argumentorum.

Caput 4. Non est in potestate prædestinati prædestinatio quoad omnes effectus.

CIRCA EVMDEM ARTICVLVM QVINTVM

S. THOM.

Caput

Caput I. Sententia affirmans.

I



**D**ISP. 26. cap. 1. in 2. & 3. obseruatione monui, quosdam doctores hanc vocem *prædestinatio* nimium restrinxisse ad significandam electionem ad formam iustificationis, ad perseverantiam, & ad gloriam. Vsurpata voce in hac significatione, dubium non est, esse causam prædestinationis ex his, quæ a gratia procedunt. Nam certum est, actum contritionis ex gratia procedentem mereri de congruo iustificationem, & electionem ad illam. Cerrum etiam est, ceteros actus hominis iusti mereri de congruo donum perseverantiam, & electionem ad illud. Demum certum est, hominem iustum per opera pia mereri de condigno gloriam, & aliquam electionem ad illam. Quapropter ut locum habeat dubitatio, phrasi Augustiniana prædestinationem usurpamus, prout est preparatio omnium donorum gratiæ ex prima vocatione, vsq; ad iustificationem, vsq; ad perseverantiam, vsq; ad glorificationem. Et cum, ut notavi, certum sit, posteriores effectus prædestinationis sub meritum aliquod priorum cadere, cum S. Th. in art. 5. tota dubitatio reuocatur ad primum effectum, hoc est, ad primam gratiam congruam, non quia congrua est: nam cum reprobis etiam habeant non semel gratias congruas, potest gratia congrua non esse effectus prædestinationis; sed quia quæcumque gratia congrua in prædestinato fructificat ad gloriam: ac proinde, necessarium est effectus prædestinationis, ut ex professo explico disp. 30. cap. 2. Quapropter dubitare, an liberum arbitrium ex effectu gratiæ possit mereri prædestinationem, est dubitare, an possit mereri primam gratiam congruam, seu illam electionem specialem discernentem prædestinatum a reprobo, secundum nostram doctrinam, de qua disp. 23. cap. 13. ut terminatam ad primum effectum? Porro cum prior gratiæ effectus, qui est actus liberi arbitrii, necessario procedat ex prima vocatione congrua, dubitare, an actus procedens ex gratia possit esse causa meritoria prædestinationis, ut terminatur ad primum effectum, hoc est, ad primam vocationem congruam, est dubitare, an principium meriti propter bonum usum futurum præuisum cadat sub meritum? Hæc igitur dubitatio est similis ei, quæ disputatur in materia de Incarnatione q. 2. art. 11. an Christus Dominus per opera à gratia vniohis procedentia præuisa, suam ipsam incarnationem meruerit, aut mereri potuerit? Moneo deinde, quosdam effectus gratiæ communes esse providentiæ supernaturali communi, & providentiæ supernaturali prædestinativæ; hi sunt vocationes congruæ, actus supernaturales honesti, iustificatio. Si ergo Deus vellet

prædestinationem suam inchoare post quosdam huiusmodi effectus gratiæ procedentes a communi providentiâ supernaturali reprobo, & prædestinato; & post aliqua bona opera præuisa speciali illa electione, quæ explicui disp. 23. cap. 13. complacere in prædestinato, non dubium est, quin esse possit causa prædestinationis ex meritis à gratia procedentibus in eo modo providentiæ: nam opera illa præcedentia effectus posteriores manantes ex illa voluntate speciali, quæ est radix totius prædestinationis, mererentur de congruo tum ipsos effectus, tum voluntatem specialem, ut ad ipsos terminatur. Dubitatio ergo procedit in statuta providentiâ a Deo, in qua voluntas illa specialis est radix primæ vocationis congruæ in prædestinato, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *quos prædestinavit, hos & vocavit: quos autem vocavit, hos & sanctificavit, &c.* Et iuxta alia, quæ fuse explicui ex eodem Paulo disp. 23. cap. 4. & ex Augustino cap. 6.

Rursus, ut melius percipiatur hæc sententia affirmans, maximopere notare oportet, bonum usum futurum ex gratia duplici statu considerari posse. Primo in statu conditionato. Secundo, in statu absoluto. Ille est tantum ratione prior hoc secundo; ut explicui tractatu de scientiâ Dei disp. 7. cap. 1. num. 1. 2. & 3. Hi duo status in multis differunt quoad nostram rem. Illud est discrimen animadversione dignum; nimirum, statum conditionatum futurum boni usus non supponere in Deo decretum aliquod dandi gratiam, quod formaliter existat in voluntate eius: at vero supponit decretum obiective existens in præscientiâ Dei. Etenim si bonus ille usus est ex gratia, prævidetur in statu conditionato procedens a gratia, si ei conferretur: at non potest prævideri in statu conditionato procedens a gratia, si ei conferretur, sine aliquo decreto Dei, à quo ipsa gratia procederet: ergo aliquod decretum versatur obiective in præscientiâ Dei. Hoc amplius declaro: nam sensus illius propositionis conditionatæ in eo statu is est: *si ego voluero conferre gratiam, & de facto contulero in hac rerum peristasi huic homini, habebit bonum usum*: ergo non potest non versari in præscientiâ aliquod Dei decretum, cum prænoscat bonum usum, & gratiam in statu conditionato: & tunc esse posset dubitatio, an propter hunc bonum usum præuisum in hoc statu, Deus moveri possit ad conferendum absolute, & ad decernendum conferre primam eandem vocationem in statu absoluto? Ita ut prima vocatio collata in statu absoluto cadat sub meritum boni usus conditionati præuisi, atque ratione procedentis. In hac dubitatione quædam aduerto: primum: sententiam

Non habet locum dubitatio in altera propositione, nec meriti, nec demeriti.

Ad Rom.

3 Discrimen inter statum absolutum & conditionatum.

Statum conditionatum non affert decretum existens, sed obiectum in mente.

Caput I. Sententia affirmans.

Vazq. Suarez.

In operibus conditionatis, nec meriti, nec demeriti.

August.

Math. 11. Luc. 10.

sententiam affirmantem alienam esse à Semipelagianismo, licet ipsi operibus sub conditione præuisis meritum aliquod tribuerint: at non agebant de meritis conditionatis, ex gratia procedentibus, sed ex natura; ut bene notarunt P. Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 6. num. 31. & P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa prædestinationis cap. 20. num. 15. & satis constat ex dictis à nobis disp. 25. in qua satis prolixè egimus de Semipelagianismo errore.

Secundum partem affirmantem nullius esse probabilitatis: nam, si in operibus conditionatis esset meritum, omnes homines mererentur simul gratiam, & damnationem: nam nullus homo tam peruersus fuit, qui etiam non fuerit præuisus bene operans ex gratia, si in certo rerum ordine collocaretur; & certa gratia ipsi nota pulsaretur: ut dixit Augustinus lib. 1. ad Simplicianum q. 2. post medium, de Esau. Id etiam constat de Tyris, & Sydonis ex Mattheo cap. 11. & ex Luca cap. 10. Secundo, quia nulla esset ratio; quare is prædestinaretur, non ille? & quare huic paruulo conferretur gratia baptismi, non illi? Tertio demum; quia lumine naturali perspicuum est, nullum esse dignum pœna, aut præmio ex ijs, quæ facturus esset; si in hoc, aut illo ordine rerum collocaretur; sed ex ijs, quæ de facto committit, existens in aliqua temporis differentia. Ergo sententia, quæ affirmaret in his operibus conditionatis, etiam si procedant ex gratia, esse aliquod meritum, omnino falsa esset.

Tertium; aliud esse, Deum habere præscientiam huius status; aliud Deum moveri ab illis meritis ad conferendum præmium: nam primum verum est, & omnes nostri scriptores constanter defendunt; ut dixi tractatu de scientiâ Dei disp. 7. cap. 1. num. 6. Secundum falsum; & omnes nostri negant, ut etiam sæpe docui, tum ea disp. 7. cap. 11. num. 79. & in hoc tractatu disp. 22. cap. 3. Itaque licet hæc præscientia necessaria sit ad prædestinationem ex parte Dei, quatenus continet perfectissimam providentiam; non tamen in operibus, conditionatè præuisis, est vis aliqua merendi, aut mouendi Deum. Hæc de statu conditionato.

4

In statu verò absoluto, in quo notitia visionis prævidetur bonus usus, ex gratia absolute futurus, necessario supponi debet in Deo decretum existens, & in homine, bene utente gratia congrua, natura præcedens: etenim bonus ille usus absolutus pendet à decreto, & à gratia, ut à principijs essentialibus: ergo non potest Deus videre bonum usum absolutum, quin prius præexistat in ipso decretum conferendi gratiam congruam, & in homine ipsa gratia congrua; immo, & quin prius ratione nostra ab ipso prævideatur, ut causæ eius effectus. In hoc

ergo statum dubitatio sic procedit: an propter bonum usum præuisum, quia præuisio æterna est; & ante executionem collationis gratiæ congruæ, quæ est in tempore, possit Deus moveri ad ipsam conferendam propter meritum existens in bono usu absoluto ex gratia? An, inquam, illud ordinare possit ad ipsam in executione conferendam? Hic obserua; sententiam affirmantem necessario cogi ad ponendum duplex decretum in Deo: primum; quod necessario præsupponi diximus, præuisum ad prævisionem boni usus. Secundum, quod sequitur ad hanc prævisionem, ex quo immediate procedit ipsa executio; nam ea sine decreto non mandatur executioni. Hæc notare oportuit propter vitandas æquiocationes, & propter exactam rei explicationem.

Sententia ergo affirmans in hoc statu absoluto tribui solet Alexandro 1. p. q. 28. membro 3. art. 3. in corpore: ubi ait, præscientiam meritorum esse rationem in Deo voluntatis, & ex ratione æquitatis esse, ut Deus det gratiam ei, qui gratiam bene usus est. Hic nota, eundem Alex. 3. p. q. 69. memb. 5. art. 2. §. 3. disertis verbis negasse, gratiam dari ex bono usu futuro illius. Quare P. Vazquez disp. 91. cap. 6. num. 31. existimavit, primam sententiam reuocasse. Ceterum nos eum concordare possumus secundum dicta supra n. 2. nam fortè in 1. p. non fuit loquutus de bono usu gratiæ, ex prædestinatione procedente; sed de alia voluntate communi, spectante ad communem providentiam. Magister etiam in 2. dist. 5. cap. ultimo, & Antiodorensis lib. 3. tractatu 1. cap. 7. in principio fauent huic sententiæ: quatenus docent, Angelos in beatitudine fuisse creatos, & ipsam per opera sequentia promeruisse. Ergo pariter dicerent in nostra re; nimirum, gratiam promereri posse per opera subsequenda illa. De Alberto etiam dubium est, an suffragetur huic sententiæ? Sed res satis, superque examinatur à P. Suariorum cap. illo 20. & à P. Vazq. cap. 6. Cuiuscumque autem hæc sit sententia, duo habere potest fundamenta. Primum; quod non est de ratione causæ meritoria, quæ tempore præcedat ipsam præmij retributionem: immo hæc subsequi duratione potest; ut constat in sanctis Patribus veteris testamenti; qui gratiam acceperunt ex Christi meritis multo ante, quæ ea extiterint. Ergo pari ratione prædestinatus ex meritis præuisis multo ante, quæ existant, gratiam poterit accipere.

Secundum, & magis ad rem; nam Rex potest dare militi equum, & arma, propter bonum usum in pugna pectea ab eo præuisum, quæ antea solum mutuo dederat: ergo nihil obstante, quod ipsa arma, & equus fuerint principia victoriæ, potest ea accipere in præmium. Ergo non absimili ratione, potest Deus propter bonum usum præuisum gratiam retri-

Dubitatio habet locum in statu absoluto.

Alexander Sententia affirmans.

P. Vazq.

Magister. Antiodorensis.

Duo fundamenta habet.

retribuere ipsam in primum, nihil impedi- te, quod bonus vsus ab ipsa procedat. Hoc exemplum commune est: de eo vero ait P. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 10. sect. 4. vix ei vnquam ab his, qui contrarium tuentur, plene satisfac- tum. Aliud etiam adduci solet ex contractu emptionis, & venditionis; vt, cum quis vendit alteri vineam suam propter lucrum, quod ex

fructibus eius accepturus est: in quo contrac- tu ipsa vinea, que est principium fructuum, est etiam principium valoris, propter quem do- minium eius in alium transfertur. Ergo pari ra- tione gratia congrua in predestinato esse po- test principium operis honesti, propter cuius valorem meritorium Deus voluit ipsam ho- mini conferre.

Caput II. Vera sententia negans.



SENTENTIA negans duplicem ha- bet statum. Primus; an defacto pre- destinatus primam gratiam congruam acceperit ex meritis ab ea procedentibus? Secundus; an de potetia Dei absoluta illa prima gratia sub meritum eorumdem bonorum operum cadere possit: Licet non sit animus, secundum statum fuso calamo tractare; non possum non breui attingere fun- damenta, que in hoc etiam secundo statu pro- bant partem negantem: id vero pratibam in secunda conclusione.

Prima conclusio: de facto predestinatus non meruit sibi primam vocationem congruam ex operibus ab ea procedentibus. Hac conclusio est expressa S. Thomae in hoc art. 5. vbi refert, & refellit hanc opinionem: & 1. 2. q. 114. art. 5. in corpore. Et est comunis inter doctores, quos allegant P. Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 6. P. Suarez 1. p. lib. 2. de causa predestinat. cap. 20. & P. Arrubal hic disp. 76. cap. 2. Probatur primo ex Tridentino sess. 6. cap. 5. vbi declarat, exordium iustificationis in adultis a Christi vocatione sumendum esse: qua, ait, nullis eorum existentibus meritis, vocantur. Et licet directe exclusa videantur merita precedentia ex natura: at cum ait, nullis eorum existentibus meritis, satis significat, merita subsequencia ex gratia non posse habere rationem meriti comparatione precedentis gratiae: nam si in mentem veniret Patribus Concilij, ea ratione meriti habere posse, non dicerent, nullis existentibus meritis; qua vniuersali propositione omnia merita excluderunt. Sed dicerent; ex nullis precedentibus meritis. Confirmo ex cap. 8. in illis verbis: si enim gratia est, iam non ex operibus; alioquin, vt idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. Vt argumetum formem, obseruo in his donis supernaturalibus, essentialem esse illis supernaturalitatem; accidentalem vero, & extrinsecam rationem gratiae, vt negat debitum, seu meritum in opere antecedenti. Id constat in gloria, & in augmento gratiae iustificantis; quae quidem supernaturales sunt in substantia: non tamen gratiae in hoc sensu, quia non donatur gratuito, & ex liberalitate, sed ex debito meriti condigni. Hoc posito; Concilium in hoc capite non

tantum vult, dona haec supernaturalia esse; sed etiam esse gratias in illo secundo sensu, quod maxime verum esse debet de primis auxilijs, primaque iustificatione: ergo expresse docet de facto dari gratiosc; atque adeo nulla opera siue antecedentia, siue subsequencia eam promereri. Probo hanc consequentiam; quia si opera subsequencia gratiam promerentur, iam reuera donaretur ex operibus; & gratia non esset gratia in secundo sensu intento a Concilio.

Secundo; induci possunt pro nostra conclusione ferè omnia, quae produximus disp. 25. c. 8. praesertim num. 77. ex illo Pauli ad Rom. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius. In quibus manifeste significatur, gratiam non dari ex merito nostro: & licet directe excludantur opera ex libero arbitrio; simul tamen dum asseritur, gratis nos esse vocatos, & iustificatos defacto; asseritur etiam, de facto nullum subfuisse meritum, neque in operibus prioribus gratiae infusione; neque in posterioribus: ac proinde omnia, quae ibi attulimus, in hanc rationem induci hoc pacto possunt.

Tertio probatur: quia nullus Theologorum dixit, defacto principium meriti cadere sub meritum; cum comunis sententia etiam de potetia absoluta id neget: si predestinatus per opera subsequencia de facto mereretur primam vocationem gratiae congruam, principium meriti de facto caderet sub meritum: ergo nulla ratione dici potest, predestinatum mereri de facto suam predestinationem ex operibus a gratia procedentibus.

Quarto probatur ex pluribus Augustini testimonijs, in quibus sic colligit; gratia prima vocationis datur, vt sint merita, tanquam propter finem: ergo non datur ex meritis. Lege ipsum lib. de corrept. & gratia, cap. 9. & de predestinatione sanctorum. c. 18. in fine. Et lib. de dono perseu. c. 13. & 14. Nominatim placet notare duo testimonia. Primum ex Epist. 107. vbi colligit primam gratiam non posse dari a Deo secundum merita; quia illam dat, vt habeat merita. Et in medio eius Epistolae affirmat, apud ipsum idem esse dari gratiam ad aliquod opus, tanquam ad finem, & non dari ex illo opere, tanquam ex merito. Secundum ex lib. 1. ad Simplic. q. 2. vbi hac habet pulchra verba,

verba: percipientis gratiam, consequenter sunt opera bona, non quae gratiam pariant, sed quae gratia pariantur: non enim, vt ferueat, calefacit ignis; sed quia bene feruet; neque ideo bene currit rota, vt rotunda sit, sed quia rotunda est. In his verbis diserte declarat, non posse eam rem, quae est finis, exercere rationem causae meritoriae comparatione sui principij praesuppositi. Hac etiam forma argumentandi vtitur Hieronymus ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. In quibus verbis Paulus euerit errorem Platoniorum, & Origenis; item Semipelagianorum. Illi dixerunt, animas ante corpora extitisse, & vixisse in caelo inter Angelos; & quia ibi sancte vixerant, electas a Deo, vt in sancta corpora mitterentur. Hi dixerunt, propter merita procedentia ex libero arbitrio nobis infundi gratiam: dum vero ait Apostolus, nos electos, vt essemus sancti, excludit omne meritum electionis ad primam gratiam iuxta mentem Patrum: sic enim colligunt: elegit nos, vt essemus sancti: ergo non quia futuri eramus sancti. Vide Augustinum lib. 1. retractationum cap. 23. & de predest. sanctorum cap. 19. & Concilium Arausicanum can. 25. ibi: nam si esset, homini daretur, quia fidelis, & sanctus futurus est; non autem, vt sit. In quibus manifeste docet, id, quod datur vt principium, & medium ad finem, non posse esse meritum ipsius principij, & medij. Rationem a priori huius doctrinae, & illationis sanctorum Patrum declaro in secunda conclusione.

Secunda conclusio: nec de potentia absoluta predestinatus per opera subsequencia ex gratia potest mereri primam vocationem congruam, neque predestinationem, vt ad ipsam terminatur. Hac conclusio eisdem rationibus probanda est, quibus tertia parte q. 2. art. 11. probari solet, Christum Dominum, nec de potetia absoluta, per opera subsequencia promereri potuisse diuinam illam vnionem ad Verbum. Nam vtriusque eadem est ratio; cum solum materia differant. De qua re bene tractat Vazquez ibi disp. 21. cap. 5. De ea etiam tractant Theologus cum S. Thoma 1. 2. q. 114. art. 5. vbi Valentia, & Zumel disp. 4. In ea igitur declarandum est, qua ratione repugnet, etiam in ordine ad potentiam absolutam, principium meriti sub meritum cadere.

Pro declaratione noto primo; meritum, in merente constitutum, esse causam moralem praemij. Nam ipsum non producit actione physica praemium, vt efficiens causa producit suum effectum; sed existens in merente, & prauiusum a remuneratore per suum valorem influit in voluntatem remuneratoris, & mouet illum, vt conferre velit praemium. Ex quo fit, prius existere debere meritum in merente, quam voluntatem remunerandi in

remuneratore; non loquor de prioritare durationis; sed de prioritare aliqua causa, saltem moralis. Virtus autem, seu ratio causandi meriti est valor, seu dignitas ipsius operis, ratione cuius proportionem habet cum praemio: & tanti, seu minoris aestimatur, quanti pretium ipsum. Causalitas vero eius consistit in actuali illa motione voluntatis remuneratoris, in quantum ipsa habita fuit dependentem a valore, & condignitate meriti. Ecce explicuimus iam existentiam priorem meriti in merente; virtutem eius causandi; item actuale influxum. Et ex dictis constat, causam meritoriam nec esse posse, nisi in creatura intellectuali. Dico in creatura, quia Deus secundum se mereri ab alio non potest. Quia nec habet, quid mereatur, nec a quo, nec exercere suum influxum posse, nisi comparatione personae, intellectu, & voluntate praeditae.

Noto secundo, meritum, vt virtutem habeat causandi, & exercere suam causationem possit, habere debere realem existentiam absolutam, siue praeteritam, siue praesentem, siue futuram. Hac notatio satis constat ex dictis disp. 23. c. 2. in 5. conclusione: vbi accurate explicui distinctionem in modo causandi finis, & meriti: nam finis apprehensus possibilis, atque assequibilis mouet agens ad eligenda media, & executionem mandata, vt demum ipse existat. Itaque idem finis in statu possibilitatis, apprehensus vt assequibilis, est causa electionis mediorum; & adhibitis conducitibus medijs, ipse finis secundum esse existentiae est effectus. At meritum non est causa praemij, prauiusum a remuneratore, vt possibilis, aut futurus sub conditione: nam qui potest habere meritum, potest etiam habere praemium; non tamen illud promeretur ex eo, quod possit: & qui in certo rerum ordine haberet meritum, si in eo collocaretur, etiam in eo ordine promeretur praemium; non tamen, quia in eo ordine habiturus esset meritum, nunc de facto promeretur praemium: vt etiam notavi supra n. 3. & est comunis sententia scholasticorum; de qua re videri potest nouissime P. Suarez to. 3. de Gratia lib. 7. c. 14. n. 21. & 22. Est ergo meritum causa praemij existens absoluta existentia in aliqua temporis differetia, in qua a praemiante scientia visionis possit prauiideri. Ideo vero dixi, habere debere realem existentiam, siue praeteritam, siue praesentem, siue futuram; quia, licet non minus meritum, quam causa efficiens physica, existentiam realem habere debeat priorem naturam, quam effectus: at, quia meritum exercet suam causalitatem in personam ratione praeditam, & haec cognoscere potest existentiam meriti, non solum praeteritam, & praesentem; sed etiam futuram: hinc efficitur, quod, habita semel illa praescientia, duratione antecedenti ad eam durationem, in qua existit meritum in se, possit mouere suam voluntatem ante tempus, in quo

Meritum, nisi existens, valorem non habet.

P. Suarez.

6 Duplex status du- bij.

Con. Placet sententia negans. S. Thom. P. Vazq. P. Suarez.

P. Arrubal. Trident.

Probatur.

Probatur. 7 Ad Rom.

Prob. 3.

Prob. 4. August.

Probatur ex d. August.

Hieronym. ad Ephes. 1.

August. Arausicanum

Con. 8

Nec per potentiam absolutam prima vocatione potest cadere sub meritum per opera subsequencia.

P. Vazq. P. Valentia. Zumel.

Meritum causa moralis praemij.



meritum in se existit; propter illud tamē existens prauiusum in sua temporis differentia, vt velit conferre praemium. Hac ratione Deus praecius ex aeternitate meritorū Christi, propter ipsa cōtulit patribus veteris testamēti, anticipata quadam solutione. Itaq; dedit gratiā propter futurum meritum; at quia futura existentia rei includit ipsam rei existentiam, & connotat praesentem negationem durationis, vt fusē explicui tractatu de scientia Dei disp. 6. cap. 6. hinc fit; quando Deus confert praemium propter meritum futurum, re vera conferre propter meritum realiter in se existens, licet comparatione prauiusis in statu futurationis sit.

IO *Tam realis existentia necessaria ad causam meritoria, quā ad efficientē Phisicam.* Hinc aliqui decepti sunt, existimantes in merito non esse necessariam existentiam eo rigore, quo est necessaria existentia in causis phisicis. Quia, inquiunt, sufficit ad meritū existentia praeterita, aut futura; ad producendum autem effectum necessaria est existentia praesens. Sed decipiuntur, eo quod existentia rei praesens, praeterita, & futura, non est distincta in se ex parte existentiae rei, sed ex parte diuersorum connotatorum. Nam existentia praeterita ultra eandem rei existentiam connotat existentiam durationis posterioris; & existentia praesens connotat existentiam durationis coexistentis rei; & existentia futura ultra rei existentiam connotat durationem temporis antecedentis. Sicut eadē res in vno loco existens dicitur superior cōparatione loci inferioris; & inferior cōparatione superioris: & aequalis cōparatione spatij ex aequo sibi respondentis. Ergo si ad meritum in ratione causandi necessaria est existentia praeterita, praesens, aut futura; eadem meriti existentia *natura* praecedere debet ipsum effectū: sicut *natura* praecedit existentia causae efficientis suum effectum. Neq; enim, cum meritum causat ratione existentiae praeteritae, aut futurae, causat ratione alicuius existentiae distinctae ab existentia praesenti, aut limitate, aut conditionem diminuentē in ratione existentiae; sed ratione existentiae praesentis in sua duratione cū valore meritorio. Ideo verò in merito sufficit existentia praeterita, aut futura; nō in efficiente causa phisica: quia haec influit in suum effectū debite approximātū, independētē a motione personae agētis per intellectū, & voluntatem: at meritū causat praemii mouendo per personam intellectū, & voluntate praeditam: quae, quia se potest extendere mentē sua ad cognoscendū meritū existens, praeteritū, atq; futurū, potest illud apprehensione cognitionis applicare voluntati, & quasi praesens facere; ipsamq; virtute valoris meritorij incitare ad remunerationem. Quapropter tanta existentia ex parte meriti necessaria est ad causandū, cū ideo causet, quia

est: quanta ex parte causae efficiētis. Quod adeo verū est, vt si praemians solū cognoscere posset meritum praesens, nō praeteritū, & futurum; tam foret causa meritoria restricta ad praesentē existentiam, vt causaret; quā efficiens. Maneat ergo certū, meritū, vt causet, requirere realem existentiam absolutam in sua differentia temporis. Cum verò dici solet causare, vt existit in prauiusione, modus est loquendi, in quo lateret aequiuocatio, & errandi occasio tyronibus Theologis: nā statim concipiunt per distinctā existentiam ab ea reali, quā habet in se extra causas, in mente solū intentionaliter existere; & vt sic causandi virtutē habere, quod verum non est; vt satis demonstrauit. Licet ergo praecognitio meriti necessaria sit; quia, cū causalitas meriti consistat in motione voluntatis, vt dixi numero 8. & haec non moueatur, nisi semper praecedat cognitio, quia nihil volitum, quin praecognitum; requiritur sane, vt meritum in prauiusione existat, tamquam conditio, seu applicatio bonitatis meriti; non tamen tamquam virtus causandi, & mouendi voluntatem. Haec enim solū sita est in ipso merito realiter existente in se. Vnde modus ille loquendi solum habet hunc verum sensum: nimirum existens in prauiusione causare, vt conditio, sine qua in effectum, videlicet in collatione praemij, non influit: non vero causare per existentiam aliquam intentionalem distinctam a reali, tamquam per virtutem mouendi.

Ex his praenotatis formo hanc rationē pro *Ratio pro* *conclusionem* ante opus supernaturale procedēs ex gratia necessario praesupponitur existēs vocatio cōgrua, vt principiū eius; nam cōfertur a Deo, vt sit bonū opus supernaturale: ergo nequit esse causa meritoria vocationis congruae. Probo hanc cōsequentiā: nā alias causa existēs esset causa immediata suae causae efficientis, & mediata sui ipsius, quod implicat in terminis. Quod verò causa existens esset causa suae causae efficientis, probatur; quia meritum est causa existens; vt ostendi num. 9. & 10. sed actus bonus supernaturalis est per oppositam sententiam causa meritoria vocationis congruae: ergo esset causa existens suae causae efficientis. Quod verò hoc repugnet, fusē probauit saepe in alijs materijs; ac praecipue in tractatu de Auxilijs: vbi ostendi, mutuam prioritatem esse non posse in diuerso genere causae, si causae sunt existentes. Modo vero breuiter vtor haec ratione sumpta ex Aristotele 5. metaphysicæ, cap. 11. Vbi definit prioritatem naturae his verbis. *Quaedam verò sunt, quae secundum naturam, & substantiam priora dicuntur, & posteriora, quae cumq; contingunt absq; alijs esse; ista vero sine alijs minime.* Illud ergo est *natura* prius, quod in sua existentia potest esse independenter ab

ab alio; illud posterius, quod nō potest esse sine alio, licet aliud possit sine hoc. Quo fit, prioritatem hanc esse in ordine ad actualement existentiam, nec comparationem fieri debere inter res in diuersis statibus constitutas, vt inter existens, & possibile. Ex hoc sic infero: repugnare mutuam prioritatem, nam si primus actus supernaturalis procedit efficienter a gratia congrua, haec est prius *natura*, quam actus, & non dependens ab illo, & eadem est posterius *natura*, & dependens ab illo: hoc vero implicat; quia continet contradictoria praedicata. Antecedens, quoad partem affirmantem, non indiget probatione; quia ab omnibus subsumitur, & est in se euidens. Quoad partem negantem sic probō; quia gratia congrua pendet in sui existentia a valore meritorio actus supernaturalis, in quantum est causa moralis eius: ergo pendet ab existentia illius actus, & est posterior in suo esse comparatione illius. Probo hanc consequentiā; quia per aduersam sententiam est causa meritoria prima gratiae congruae: at causa meritoria non causat, nisi existens; vt probauit: ergo existentia gratiae congruae simul est prior *natura*, quam actus supernaturalis, & independens; & posterior, & dependens: ac proinde illi comperunt contradictoria praedicata.

*Solutio.* Dices, in causis mutuis non posse inueniri hanc vtrāq; conditionē, vt eam protulit Aristoteles supra: sed vtrāq; limitandam esse ad prioritatem, & independentiam non absolutā in existentia; sed in eo genere causae, in quo est prior, & independens; exēpli gratia in nostro casu gratia cōgrua est prior, & independens ab actu supernaturali in genere causae efficiētis phisicae; est autē posterior, & dependens in suam existentiam in genere causae meritoriae. Vnde Aristoteles expresse docuit 2. lib. phisicor. textu 30. & 5. metaphys. textu 7. esse causas, quae sunt sibi mutuo causae, vt exercitium est causa bonae valetudinis, & haec causa exercitij. Quod si sunt causae, quae sunt sibi mutuo causae, non possunt non esse priores, & posteriores in his generibus, in quibus sunt causae, & effectus.

12 *Refutatio.* Haec est vulgaris solutio, quam Thomistae, qui frequentius sequuntur eam sententiā, adhibere solent. In ea vero, nec mens Aristotelis attingitur, & doctrina traditur pugnans cū lumine naturae. Quoad Aristotelem ipsum nō velle idē secundū esse reale existentiae esse effectū sui effectus, constat primo; exēplo ab ipso adhibitō: nā cum bona valetudo per mentē apprehensa est causa exercitationis corporalis, illa se habet vt finis, nec mouet per existentiam realem; sed secundum statum aequilibilis: postea verò ipsa sanitas existēs est effectus corporalis exercitationis, quod nō repugnat; quia ipsa exerci-

tatio corporalis erat, vt sanitas existeret, non verò quia existeret. Vnde non dixit, sanitatem existentem esse effectū exercitationis, & simul causam eiusdem, vt existentis. Secundo, id constat ex Aristotelis doctrina, quam dilucide proposui num. 11. Sibi autem contradiceret, si inter res existentes in eodē statu existentiae mutuam admitteret causalitatem. Quod verò aliqui extendunt doctrinam hanc ad causam materialem, & formalem, & putauerint inter eas esse mutuam prioritatem, & dependentiam a priori, processit ex non penetrata mente Aristotelis; & re non accuratē considerata. Aristoteles enim solum posuit exemplum in causa finali, & efficienti propter diuersum statum, & modum causandi finis, & efficientis; non autem in causis, quibus existentia necessaria est ad exercendam suam causalitatem; vt in materiali, & formali. Quapropter, licet materia per esse acceptum a creatione independenter ab omni alia concausa intrinseca sit prius *natura* forma, & a priori in ipsam influat materialiter; non verò est posterior *natura* ipsa forma secundum suam intrinsecam existentiam: solum ergo dicitur causa formalis naturae, & existentia completa. Ita etiam in nostra re, si actus supernaturalis efficienter procedit a gratia congrua existente, non potest ille actus esse causa meritoria suae causae, quia non potest esse causam meritoriam, nisi ille in re existat.

13 Quod verò contineat doctrinam pugnantē cum lumine naturae, sic ostendo, ponendo in his causis, quae requirunt existentiam, vt influant prius, quam intelligantur influere, in se terminasse omnes causalitates per se necessarias, vt ipsa in se existant, etenim omnis causa creata essentialiter est effectus deriuatus ab alio prius *natura* antecedenter existente: ergo prius, quam intelligatur in se existere, debent praetelligi ad ipsam terminatam causalitates omnes, a quibus per se pendet eius existentia. Cuius ratio a priori est, quia terminus in facto esse supponit peractas iam vias per se, atq; essentialiter necessarias, vt terminus in facto esse constitutur: sed in existentia causae est terminus in facto esse viarum, atq; causalitatum, quibus vt quo ipsa causa procedat a causa sui: ergo ad existentiam causae supponuntur peractae viae pro quodā priori naturae, ita, vt nō possimus cōcipere causam creatā iam existentem, quin praecōnceperimus aliquo cōceptu essentialiter praesupposito omnes causas eius tēdit se per suas effectiones ad ipsam causam, in quā tū est terminus. Dico aliquo cōceptu; quia loquor de cōceptu expresso, & adequato: nā cōceptus inadæquatus, & cōfusus poterit cōcipere re illā per cōnotationē ad effectus suos, vt est

causa, quin cōcipiat per cōnotationē ad causas sui, à quibus dependet. Ex hoc posito sic argumentor: actus supernaturalis procedens à gratia congrua, non potest existere in se, nisi prius terminet influxū causæ cōgruæ: ergo nō potest esse causa meritoria eiusdem gratiæ congruæ. Probo hanc cōsequentiā; quia nō potest in sua existentia esse prior, & posterior, quam gratia cōgrua; sed si esset effectus gratiæ congruæ, & causa eiusdē, esset in sua existentia prior gratia cōgrua, in quantū supponit acceptam existentiam per hoc, quod terminauerit omnes causalitates per se necessarias ad illam accipiendam ante existentiam gratiæ congruæ, quæ est effectus eius: & esset posterior; quia accipit existentiam per influxum gratiæ congruæ ad illā terminatum: at implicat existentiam alicuius rei esse in se priorem, & independentē comparatione vnus termini, & dependentē, & posteriorē cōparatione eiusdem: ergo repugnat esse causam meritoriā gratiæ cōgruæ, à qua procedit. Quod verò repugnet eidem existentia rei competere simul esse priorem, & posteriorē, & dependentē, & independentē cōparatione eiusdem termini, sic probo manifeste: quia eidem existentia rei non possunt simul cōpetere duo prædicata contradictoria: sed si vna existentia esset prior, & posterior natura, dependens, & independens cōparatione eiusdem termini, competere simul duo prædicata contradictoria: ergo, &c. Probo minorem; quia in hoc, quod existentia eius sit natura posterior, & dependens, continetur negatio prioris natura, & negatio independentiæ cōparatione eiusdem: at forma, & negatio in eodem subiecto sunt contradictoria: ergo tribuuntur eidem existentia cōtradictoria prædicata. Quod verò in eo prædicato posterioris natura continetur negatio prioris natura, patet manifeste; quia res, quæ est posterior natura alia, est posterior in existentia, quam alia, sed esse posteriorem existentia, quam alia, est non esse priorem existentia, quam illa; quia posterioritas in existentia est dependentia in existentia; prioritas in existentia est independentia, seu nō dependentia in existentia: implicat verò eandem rem respectu eiusdem esse priorem, & non priorem, esse dependentem, & non dependentem; non aliter ac implicat, idē subiectum esse album, & non album: vel magis ad rem, eandem rem esse existentem pro quodam natura priori, & non existentem pro alio priori: nam siue pro eisdem, siue pro diuersis prioribus eidem rei non potest competere existere, & non existere simul: nā in hoc, quod est existere in re creata, inuoluitur, omnes causalitates per se necessarias, & essentielles ad illā fuisse terminatas. In hoc verò, quod est non existere,

necessario negantur omnes; nam necessario negatur vna, ea scilicet, quæ debebat provenire ab effectu eiusdem rei, quæ simul est effectus, & causa; & ille effectus pro illo priori non potest intelligi existens, cum adhuc non intelligatur terminasse causalitatem, quæ procedere debebat à re, quæ futura erat effectus sui ipsius. Quod si deficit vna causalitas, alias etiam deficere necesse est: nam non potest res existere ex vna causalitate ex ijs, quæ essentielles sunt, & non existere ex alia; vt iam dixi. Hac ratione non potest calor accipere existentiam à productione efficientis, quin simul eam accipiat ab educatione materiæ.

Confirmatur hoc; quia hac ratione non potest aliquid esse causa sui ipsius, nec immediatē, nec mediatē: neque enim filius potest gignere patrem, quia esset causa immediata suæ causæ, & mediata sui: ideo verò repugnat esse causam mediatam sui; quia omne, quod continetur in potentia causæ, necessario procedit ab illa, vt distinctum à causa; & tā repugnat, me distingui à me ipso in mea potentia agendi, quam me distingui à me ipso in alia causæ mei. Quod si ego essem causa mediata mei in alio, non possem non distingui à me ipso, in quantum sum causa meæ existentia; quod repugnare per se constat.

Nec lenit difficultatē, si dicas, hæc procedere in eodē genere causæ, primo; quia ideo repugnat in eodē genere causæ v. g. in genere causæ efficientis solē esse effectū sui luminis, quia ad causalitatem efficientem essentialiter supponitur existentia causæ; ac subinde omnes eius causæ præexistentes, & influentes in existentia supponi debent; & ideo non potest à suo effectu, cuius existentia nō supponitur, sed subsequitur, accipere existentia; sed eadē ratio militat in quibuscūq; causis, ad quorū influxū necessaria est existentia, vt constat in materiali, & formali; quippe materia nō minus requirit existentia ad influendū materialiter, & forma ad informandū, quā efficiens: ergo si ratione existentia præsuppositæ essentialiter repugnat, duo esse sibi mutuo causas in eodē genere, etiā repugnat in alio. Secūdo; quia in nostro casu, licet meritū diuerso modo causet, ac efficiens; at etiā reducit ad genus causæ efficientis; nā causat, quia est, & ad illud nō minus essentialiter prærequiritur existentia, quā ad causam efficientem; vt diximus n. 8. Ergo si inter gratiā congruā, & actū bonū supernaturalem ponitur mutua causalitas, ponitur in eodem genere causæ cum tāta repugnantia, quanta est in genere physico.

Propter hæc, vt opinor, Patres relati in prima cōclusionē, maxime Hieronymus, & Augustinus existimarunt euidētē hanc consequentiā: gratia datur, vt sint merita: ergo nō datur propter

14 Nec in re dem, in diuerso genere, so esse potest motus priorum.

15

secundum ter merita. Quam licet ex locis Scriptura con-  
firmarint, quæ allegau supra: at etiam nos do-  
sequentiā cū gratia infunditur, vt sint merita, ipsa merita  
datur, vt habent rationē finis consequibilis, non vero  
sunt in rerū natura; nā, vt sint, adhibetur gratia,  
ergo vt principiu, & mediū. Ex quo euidenter fit, fie-  
ri non posse, vt eadem gratia, quæ datur, vt sint  
merita, detur simul, quia sunt merita: nam hæc  
ipsa simul essent existentia, & possibilia tantū:  
possibilia, vt sunt finis, existentia, vt sunt meri-  
tum. Vt ergo repugnat, eandem rem esse tan-  
tum possibile, si simul est existens, ita esse cau-  
sam finalem, & meritoriam. Hac etiam ratione  
nobilior pars Theologiæ docet contritionem  
procedere efficienter non posse à gratia, cuius  
est dispositio, & meritū congruū; nā simul cō-  
tritio, quia est, esset causa meritoria gratiæ; &  
ipsa conferretur homini, vt esset contritio. Pa-  
riter propter hanc eandem rationem negant  
omnes Theologi, aliquem hominē primā sui  
creationē mereri posse operibus bonis subse-  
quentibus. Denique mereri posse de condigno  
primā iustificationē: nam si actus contritionis  
procedit à gratia, & homo meretur illo princi-  
piū per opus subsequens, nihil repugnat, quod  
mereatur de condigno ipsam primā infusionē,  
atq; adeo nō erit gratia, sed merces. Et si semel  
admittatur, non repugnare huiusmodi rationē  
meriti, vix est fundamentum ad negandum, de  
facto nos accipere primam vocationem con-  
gruā, primamq; iustificationem ex merito; &  
Christū Dominū similiter gratiā vnionis: nam  
si ex natura rei non repugnat opera subse-  
quentia esse meritum: quare Deus ea nobis non ad-  
mittat vt meritū? Maxime cum nobilius, atq;  
laudabilius nobis foret accipere gratiam cum  
circūstantia præmii, & mercedis nostri labo-  
ris, quam gratuito, & liberaliter: sicut gloria cō-  
paratione adulatorum ex circūstantia coronæ  
quid nobilius est, quam cōparatione paruulorum  
prædestinatorum. Ergo cum certum sit,  
de facto gratis nobis dari primam vocationē,  
primamq; iustificationem, vt constat ex prima  
conclusionē; & cum Patres Ecclesiæ illam con-  
sequentiam, vt solidam, atq; necessariam for-  
mauerint, signum est repugnare, per opera sub-  
sequentiā principiu eorum sub meritum cade-  
re. De hac re legi possunt nobiles Theologi no-

Contritio a gratia, ad quam disponit, procedere non potest.

minatim Abulensis in cap. 19. Matthæi q. 187, in resolutione quæstionis ad 4. Vega lib. 6. in Trident. cap. 28. & 29. Corduba lib. 1. q. 2. op. nione 4. in solutione ad 3. Stapletonius in prologo primo ad lib. 5. de iustificatione §. an vero, & §. notādū: & Alphosus a Médoza Augustinianus, quodlib. 2. scholastico in ultimo dub. num. 13. & sequētib. Deniq; doctissimè P. Suar. tom. 3. de gratia c. 12. qui & alios refert. Scio varias doctrinas excogitatas à Modernis, cum tractant de merito Incarnationis, per opera subsequentiā, quibus aliqua ratione pōdus argumenti nostri possit eleuari. Sed nō est is opportunus locus eas referendi, & refellendi; maxime quia a cōsilio ita formau rationes, vt aut ex eis facile cogitara illa refelli possint, aut vt eis nullus relinquatur locus.

Ex P. vero Suarez tū 3. p. to. n. 1. disp. 10. sect. 4. tum 1. p. lib. 2. de causa prædestinat. cap. 20. duæ solutiones peti possunt. Prima ex diuerso illo ordine intētionis, & executionis, in quo esset principiu, nō posse cadere sub meritū; vt si ordine intētionis homo prædestinatus est ad primā gratiā cōgruā, & ad opus supernaturale, ex illa nō potest mereri primā gratiā congruam ordine intentionis: at ex opere præuiffo bono in ordine intentionis potest mereri eandem primam gratiam congruam ordine executionis, seu exhibitionis.

Cæterum præterquamquod hac doctrina inciditur in omnia absurda, quæ intuli in 2. cōclusionē, iam tractau disp. 2. 3. cap. 1. 1. existentiam secundum ordinem intentionis tantum, vt præscinditur à reali existentia meriti executioni mandata, nō esse sufficientem ad meritū: id, quod etiā constat ex dictis in hoc cap. num. 9. Mitto alias difficultates, quibus implicatur is ordo intentionis, & executionis per decreta absoluta. Quia contra hos ordines satis, superq; egi in eo cap. 1. 1.

Alia solutio consistit in eo exemplo Regis, cum dat militi equum, & arma ante pugnam, vt ipsa mereatur ex pugna. Quia vero hoc est vnum ex argumentis à parte affirmante num. 5. propositis, commodius cap. sequenti doctrinam huius solutionis examinabo, quem pro dilutione argumentorum instituo.

Caput III. Solutio argumentorum.



PRIMUM argumentum sumitur ex gratia sanctis Patribus Testamenti veteris collata ante existēs Christi meritum. Sed facilis est solutio; nam cum Patres illi non meruerint substantiam incarnationis, sed solum

quasdam circumstantias, inibi principium meriti non cadit sub meritū, sicut in nostro casu. Qua ratione vero Deus moueri potuerit a merito posteriori existēte, quia ante præuifsum est, ad conferendū præmiū anticipate per ordinem ad tempus, iam explicui cap. 2. num. 9. & 10.



*Exemplū commune cum Rex dat arma militi propter facinorosa postea patrandae accurate explicatur.*

Secundum argumentum sumitur ex illo exemplo Regis conferentis militi equum, & arma, quod placet discutere; quia P. Suarez dixit, nunquam plene ei satisfactum esse. Triplici modo ego considero donationem illam fieri a Rege posse. Primo, absoluta donatione transferente in militem dominium, & usum equi, & armorum, cum onere tamen pugnandi in causa a Rege praestituta, equo, & armis. Haec donatio ante laborē pugnae transtulit dominium equi, & armorum in militem, quia fuit absoluta; fuit tamen onerosa, & contractus quidam innominatus, qui dicitur *do, ut facias*: in hac vero donatione, nec equus, nec arma sunt praemium, nec strenua militis pugna est meritum; sed equus, & arma sunt pretium, & labor pugnae est solutio. Vnde contractus ille sic celebratus est similis contractui emptionis, & venditionis, nam in eo daretur quidē equus ille cum armis pro pecunia, vel pro alia re, quae haberet rationem pretij: ita in nostro casu datur a rege equus, & arma pro labore militis, qui habet rationem pretij, & solutionis.

Secundo modo donatio illa fieri potest conditionaliter, nō absolute donādo militi dominium equi, & armorum, sed tantum usum; dominium vero nō transferatur, nisi perfecta pugna, & labore exhibito a milite: & tunc prima illa donatio non est dominij, sed usus, & exhibitio labore a milite acquiritur dominium: ergo principium victoriae non fuerunt arma sub dominio militis, sed sub usu: praemium vero sunt ipsa, ut sub dominio militis. Vnde principium meriti formaliter non cadit sub meritum.

Tertio modo donari potest equus, donatio ne quidem omnino absoluta, non onerosa, sed simpliciter dominium transferētē in militem, cū spe tamen, ac desiderio regis, ut miles fortiter & strenue pugnet. Et tunc nec equus, nec arma sunt praemium, nec pugna militis est meritum; quia ita absolute equus, & arma donata militi sunt, ut maneat ipse; licet postea a pugna desistat, aut ipsam non aggrediatur. Cum vero se se pugnaturus offert, & bellum gerit, nec meretur praemium equi, & armorum; nec pro valore eorum satisfacit; sed aut fidem datam servat, si promissit pugnare; aut se gratū exhibet beneficio accepto, aut cōseruat bonā de se opinionem; non autem principium meriti cadit sub meritum.

Videndum modo, quonā ex his tribus modis res contigerit, aut cōtingere possit in casu nostro praedestinati accipientis primā gratiam congruam? De primo sic existimo, de facto nō ita contigisse: nā si ita contingeret, praedestinatius primā gratiā gratis nō acciperet, sed ex soluto pretio, cuius oppositū probauimus cap.

2. in prima cōclus. Existimo deinde, nec ita cōtingere potuisse, si seruetur rigor meriti; etenim tūc nō fuit collata prima illa gratia, quia prauius est bene operari pro aliquo posteriori; sed, ut bene operetur, & Deus intendit bonā operationē tamquam finē, ut ea existente ex ea sibi accipiat iustum pretium tanti valoris, quāti gratia cōgrua valebat. Et licet Deus prauideat existētē bonam operationē pro alio posteriori; at prauiusio haec per accidēs se habet ad naturā huiusmodi cōtractus, cum inter homines quotidie celebretur absq; prauiusione operis futuri onerosi, sed cū sola obligatione illud praestādi: at vero ad rationem meriti prauiusio operis meritorie existētis, ut cōditio per se necessaria est; ut constat ex dictis. Ergo casus ille Regis, & militis illo primo modo non probat principium meriti posse cadere sub meritū.

Sed petes, an inter Deum, & homines similis contractus celebrari possit ita, ut etiam cōparatione Dei per opera subsequētia retribuamus pretium rei prius acceptae, quae sit principium eorumdem operum? Respondeo primo: de facto talem contractum celebratum non fuisse; quia si fuisset celebratus, posset homo acquirere dominium vitae suae, & membrorum; hominem autem non esse Dominum vitae, & membrorum, docet communis sententia Theologorum cū D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 1. Caietano in Summa verbo *homicidij*, Soto lib. 4. de iustitia q. 2. art. 3. & alijs passim. Quod vero posset acquirere tale dominium, probatur; quia posset per opera subsequētia, propria industria facta, tantū offerre pretij, quantum valet aliquod ex membris, & fortasse quantum ipsa vita; sed nos sumus domini eorum, quae propria industria possumus nobis asciscere; ergo per talem contractum posset homo comparari sibi dominium vitae, & membrorum. Pariter etiam posset praedestinatius speciali hoc titulo comparare sibi simile dominium primae gratiae congruae, ut sibi comparat aliarum gratiarum, pro quibus offert condignum valorem. Itē Christus posset hoc speciali titulo acquirere sibi dominium diuinā illius vnionis hyposthaticae, ut acquirat omnium ceterarum gratiarum.

Respondeo secūdo: neq; etiā celebrari posse huiusmodi contractum cum Deo: pro quo obserua inter pretiū, & meritum hoc esse discrimen; quod in pretio in ratione pretij solum attenditur valor utilitatis. Qua ratione cū attenditur natura rerum non magis pecunia, quam res ipsae habeant rationem pretij, ex usu tamē hominum pecuniam semper pro pretio haberi; quia in ea solum attenditur valor utilitatis, non in alijs rebus, quae vtilis sunt ad alia munera: at in merito non attenditur valor utilitatis; sed bonitas, & honestas operis; & praemium retribuitur

19

*An ex parte cu Deo possimus mereri per opera subsequētia.*

D. Thom. Caictan. Sotus.

Non posse.

*Quid pretium.*

tribuitur a remuneratore ad mensurā honestatis in opere: ergo cū offerri Deo nihil possit, quod habeat rationem pretij secundum valorem utilitatis: offerri vero possit meritum secundum valorem honestatis: hinc fit, cum omni rigore nos posse mereri apud Deum; non vero contractum illum emptionis, & venditionis celebrare, in quo vterq; contrahentium aliquid dat, & damnum aliquod patitur, & est mutua repalsio, quorum Deus non est capax.

Neq; ex hoc fit, nullum contractum iustitiae Christum Dominum cum Patre aeterno celebrare potuisse; tametsi enim nihil vile, & quod hanc rationem pretij rigorosam habeat, Deo possit conferre: forsan poterit speciale titulum, atq; ius in opera Christi in tempore in ipsum Deum transferre, quod tanti sit pretio aestimabile, quāti gratia hominū, atq; peccatorū remissio; ut in tractatu de Incarnatione fase disserui, qui est eius rei sedes propria.

In secūdo modo cōtrahēdi animaduertiā, principium meriti nō cadere sub meritū; sed ex usu equi, & armorū liberaliter donato, proprietatis, atq; dominiū eorūde cōparari labore strenuae pugnae. Vt vero intelligas, quantum referat, aut nō referat ad re nostrā ille modus donandi: cōsidera discrimē inter militem accipiētē usum equi, & armorū: & inter praedestinatū accipiētē a Deo primā gratiā congruā: miles enim, interueniēte actu libero, accepit usum, & posita traditione libera usus, & acceptatione eius, ius rigorosum cōparauit ad usum: praedestinatius vero nō accepit primā gratiā cōgruā humano modo, praecedēte aliquo actu libero; sed ea infunditur a Deo in ipso sine ipso. Vnde quemadmodū propter hanc rationē nō est Dominus vitae, nec membrorum, nec ius habet rigorosum ad usum; nimirū quia nec propria industria ea cōparauit; nec libere donationē liberalē accepit; neq; est dominus eorū; neq; habet ius propriū usus: sed tātū ex volūtate Dei, sine pacto inter Deū, & hominē, est ipsi cōmissa custodia vitae, & membrorum, & veluti vsuarii munere fungitur. Pariter ego existimo, praedestinatū, cui infusa est gratia congrua sine aliquo debito, atq; acceptatione, ex parte eius cōferri illi ex decreto nō pacifcente debitā gubernationē; scilicet, cooperationē, atq; respōsionem gratiae vocāti. Vnde cū cooperatur, nec ex iure ad usū intercedēte, bona cooperatione cōparat dominium gratiae cōgruae, cum numquam dominus eius sit; sicut miles cōparat dominium armorū, & equi. Quod dixi de praedestinato per ordinem ad gratiā cōgruā, facile applicari potest Christo Domino in ordine ad cōparandā gratiam vnionis; quia Christi Domini humanitas nullum actum liberum exercuit, antequā ea Verbo vniretur diuinitus.

*An Christus cū Patre possit celebrare contractū ex iustitia.*

*Discrimen inter militem, & praedestinatū.*

Tertius modus donandi affinior est ei modo, per quem Deus donat gratia cōgrua praedestinato: nā sicut equus, & arma militi datur a Rege, ut pugnet forti animo; ita gratia cōgrua praedestinato, ut edat opera vitae aeternae. Simili pariter modo gratia vnionis Christo Domino donata fuit: ut scilicet genus humanum perditum redimeret, iuxta illud Luc. 19. *Venit querere, & saluum facere, quod perierat.* Et Pauli ad Galat. 4. *Factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret*: hoc discrimine notato, quod miles per liberalem illam, atque absolutam Regis donationem, iuncta ipsius acceptatione, comparauit dominium proprium equi, atque armorum: non praedestinatius gratiae cōgruae: non Christus gratiae vnionis, ut modo dicebamus. His videtur satis, superque res haec de exemplo Regis, atque militis expedita, quod prius vsus fuit Alensis 1. p. q. 28. memb. 3. art. 3. in corp. & ad 2. & 3.

Ad haec etiā ex D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 5. ad 3. adhibere possumus solutionem, quae sequuntur est P. Vazq. 1. p. disp. 91. cap. 6. considerando discrimē inter modū, quo gratia cōgrua est principium meriti, & equus, & arma facinoris. Nā licet liberū arbitriū, atq; gratia comprincipia sint operis supernaturalis: at valor meritorius principaliter est a gratia, quā a libero arbitrio. E cōuerso se res habet in equo, & armis, quae tantū sunt instrumenta militi ad victoriā obtinendā: animi vero, & corporis fortitudo, & peritia artis militaris fuerunt causa principalis victoriae. Vnde eiusdem armis, & equo transiatis in militis dominium, non sit solutio operis procedentis ex ipsis armis tamquam ex principio; cum facinus illud praecipuam causam habuerit, non arma, sed militis dexteritatem. Non contemnenda solutio, & vel eo nomine magni aestimanda, quod est S. Thomae. Video nō nullas pati difficultates: sed cum rem ipsam ex professo expediuerimus, non oportet nos immorari examen huius doctrinae.

Ad secūdū argumentū, quod petebatur ex contractu emptionis, & venditionis, cū res venditur propter pretium ex fructibus eductū; cōcedo, id ita cōtingere in humano contractu, in quo tamen solum attenditur valor pretij, qui respondeat valori vineae; nō vero quod ille colligatur ex ipsis vineae fructibus: nam & si colligi possit, cum differetur solutio vsq; ad tempus, quo vinea fructus ferre solet: at id est praeter animū vendentis: nā emptor tenetur pretiū dare intra tēpus praescriptū, licet vinea nullū ferat fructū eo anno. At in nostro casu nec meritum est pretium, ut dixi num. 16. nec ei accidentarium est procedere ex gratia, sed a deo per se, ut essentialiter sit. Qua propter nihil etiam contra nos efficitur ex eo exemplo.

Caput

## Caput III. Prædestinatio non est in potestate prædestinati quoad omnes effectus.

22

P. Arrubal.  
Sētētia P.  
Arrubal.

Petrus Arrubal to. I. in I. p. disp. 77. cap. I. licet fateatur, non esse in potestate prædestinati prædestinationem Dei, in quantum ad omnem eius effectum terminatur: ad iecit vero, in hominis potestate esse, vt prima gratia, quæ homini datur, sit effectus prædestinationis; & non solū procedat à generali prouidentia supernaturali, sed à particulari, quæ est prædestinatio. Allegat P. Molinam in fauorem huius dicti I. p. circa hunc art. 5. disp. I. memb. 13. & P. Valent. ibidem puncto 4. §. 8. probatque hac ratione; quia, vt diuina volitio terminetur ad primam gratiam cum respectu peculiari prædestinationis, necesse est, vt illa prius apprehēdatur sub ratione grætiæ congruæ, & efficacis; quia prædestinatio formaliter est præparatio gratiæ efficacis; licet vero homo non sit causa primæ gratiæ, est tamen causa requisita, vt illa sit gratia efficax, efficiendo cum ipsa consensum liberum: ergo voluntas hominis est causa requisita, vt prima illa gratia procedat à prædestinatione.

P. Molina.

P. Valentia.

Capite secundo, vt hoc magis explicet, notat; gratiam efficacem, prout distinguitur à sufficienti, duo includere; nempe, virtutem ipsam gratiæ, & respectum ad effectum liberum ex ipsa. Is respectus est tantum denominatio accidentalis, & sumitur per ordinem ad consensum, tamquam ad effectum procedentem à gratia, & a voluntate. Voluntas ergo nostra sic considerata non tantum est conditio, aut causa sine qua non; sed etiam causa positivè operans; vt gratia illa per hanc habitudinem ad effectum denominetur efficax. Licet ergo voluntas creata non sit causa materialiter loquendo primi effectus prædestinationis; causa tamen est, vt præparatio illa Dei, quæ ad primam gratiam terminatur, rationem habeat prædestinationis: ac proinde in aliquo sensu verum esse prædestinationem esse in potestate prædestinati.

Quod etiam hac ratione probare conatur; quia in bona consequētia, cuius cōsequens est contingens, antecedens etiam est cōtingens ex eo capite, quo in consequens contingētia deriuatur: nam vt recte infertur ex consequenti falso antecedens falsum, & ex antecedenti necessario consequens necessarium: ergo etiā ex consequētia contingētis recte infertur contingētia antecedētis. Tunc sic: hæc est bona cōsequētia. *Petrus est prædestinatus: ergo perseverabit in gratia, & saluabitur.* Hoc vero cōsequens contingens est, propter dependen-

tiam, quam perseverantia, & gloriæ cōsequitio habet a libertate: ergo pariter antecedens illud, *Petrus est prædestinatus*, habet aliquam contingentiam ex dependentia ab eadem libertate; nō quidem in receptione primæ gratiæ; sed quia à libertate pendet, quod ea prima gratia sit congrua, & quod voluntas Dei ad ipsam terminata fuerit ex prouidentia prædestinatiua.

Hæc sententia, vel solo nomine differt à vera, vel defendi nō potest. Et, vt omittam, quomodo cohæreant hæc duo; primum, quod gratia cōgrua, vt *natura* præcedit consensum, est effectus prædestinationis: secundum, quod a potestate liberi pendeat, quod illa procedat ex speciali prouidentia prædestinatiua, aut ex generali, & communi: nam si prius *natura*, quam liberum arbitriū per gratiā adiuvantē cooperetur in ipso, fuit gratia præueniens congruæ cogitationis, ipsa de facto processit à voluntate aliqua existēti in Deo. Aut ergo volūtas illa de facto pertinet ad prouidentiam prædestinatiuā, vel non; sed tantum ad communē, & generalem? Hoc secundum dici non potest: nā ex eo fieret, primum auxilium gratiæ præuenientis, vt *natura* præcedit consensum liberum, nō esse prædestinationis effectum; sed communis prouidentię tantum; quod negatur ab hoc auctore: & negandum esse ostendo disp. 30. cap. 2. Quod si primum dicatur, vt ea infusio gratiæ præuenientis, vt *natura* præcedit cōsensum liberū, nō est in potestate liberi arbitrii cooperātis in posteriori naturæ: ita neq; est, vt ea infusio processerit à prouidentia prædestinante.

Vt omittam etiā, quomodo hæc cohæreant cum alijs eiusdem auctoris sentētijs: nam disp. 67. cap. 4. docet, Deum absolute prædefinire actus bonos pietatis ante præuisam cooperationem liberi arbitrii, & disp. 72. cap. 4. ex Augustino adstruit electionem absolutam ad gloriam ante præuisa merita. Et disp. 73. cap. 1. & 3. eandem sententiam absolute sequitur. Et licet adhibeat quamdam limitationem, qua nritur extremis sentētijs accedere, de qua modo nō curo: at enim si prima gratia illa cōgrua processit ex absoluta electione gloriæ ante præscientiam meritorum prædestinati, & ex prædefinitione consensu boni futuri; & illa quidem gratia congrua de facto fructificat in vitam æternam; non potest non procedere à prouidentia prædestinante, etiam vt præcedit *natura* ipsam consensum liberum. Nā præelectio illa absoluta, & prædefinitio actus boni necessario spectant in prædestinato ad effectum

23  
Iudiciū  
thoris.Disputat  
ea sententia.

## Caput 4. Prædestinatio non est in potestate prædest. quoad omnes effectus. 587

P. Mol. nō  
suffragatur.  
P. Molina.

sententiæ prædestinationis. Si auctor is sequutus fuisset discursum P. Molinæ in negotio prædestinationis, quæ dilucide explicat in ea disp. I. memb. 13. defendere posset, primam infusionē gratiæ congruæ per voluntatem, qua infunditur, indifferentem esse pro illo priori naturæ, vt sit effectus prædestinationis, vel nō; & quod ad communem prouidentiam pertineat, vel ad specialem; idque pendere ex libera cooperatione prædestinati. Etenim P. Molina in eo membro 13. voluntatem quamdam generalem constituit communem reprobis, & prædestinatis, per quam Deus vno, atque indiuisibili actu simul elegit, & hunc rerū ordinem; & has rerum circumstantias; & has gratiarum distributiones; hos vitæ periodos; has labendi, & bene operandi opportunitates: & tantum prædestinatum, & non prædestinatum præscientia conditionata discreuit: non vero in speciali actu voluntatis, nisi quantum vni vberiora, & crebriora auxilia gratiæ prouiderit, quā alteri, qui forte reprobus est. Et consentaneè ad suam doctrinam optime dixit, ex cooperatione adiutorio gratiæ Dei incipere in prædestinato effectum prædestinationis, & in potestate prædestinati esse; imo & cuiuscumq; hominis suam prædestinationem; quia in innata libertate voluntatis situm erat cooperari, aut non cooperari; perseverare, aut non perseverare, decedere in gratia, aut non decedere. At cum auctor is speciali voluntate antecedente, & præeligente prædestinatum ad gloriam, secundum mentem Augustinianam, discernat prædestinatum à non prædestinato, dicere nō potest, in potestate arbitrii situm esse, quod infusio illa primæ gratiæ congruæ sit effectus prædestinationis, aut communis prouidentię. Vnde P. Molina nō videtur suffragari mēti huius auctoris.

24

P. Valent.  
Nec P. Valentia.

Multo minus fauet P. Valentia in eo §. 8. imo oppositam sententiam expresse sequitur; & bene probat, nam in principio hæc scribit verba: *primo sequitur, quamuis prædestinatio ipsa æterna necessaria sit ad salutem, neque eius, quoad omnes effectus, ratio, aut causa meritosa in ipso homine sit; tamen in cuiusvis hominis adulti potestate cum adiutorio gratiæ esse consequi gratiam iustificatiōis: & in ea finaliter perseverare; atque adeo saluum fieri.* In his verbis negat expresse, prædestinationem esse in nostra potestate quoad omnes eius effectus; quod si in nostra potestate esset per liberum consensum, primam illam gratiæ infusionem esse effectum prædestinationis, cū ceteri etiam effectus sint in nostra potestate; vt constat: plane fieret, adæquatā prædestinationē quoad omnes eius effectus esse in nostra potestate. Nec in secunda parte, cum ait, in po-

testate reprobi esse, consequi gratiam iustificatiōis; donum perseverantię; atque vitam æternam, contradicit: nam solum affirmat, quæ cumque hominem adultū habere auxilia gratiæ sufficientia: quod ab omnibus debet concedi. Quo pacto vero illa cohæreāt; & quod prædestinatio non sit in nostra potestate; & quod in potestate hominis sit consequi vitam æternā, iā explio. Deinde in §. *utrum vero*, hæc quæstionem proponit: *utrum vero ratione huius cooperationis, qua vnus effectus prædestinationis est, cum reliquis omnibus eiusdem prædestinationis effectibus connexus, ipsa quoque tota prædestinatio dici possit esse in hominis potestate cum gratia Dei? Quæstio forte videri posset non tam de re, quam de nomine.* Cui quæstioni in §. *absolutè vero*, respondet, non esse dicendum, prædestinationem esse in nostra potestate, etiā cum gratia Dei. Quam conclusionem probat ex eo, quod vocatio, quæ est primus effectus prædestinationis in prædestinato, non est necessario connexa cum cooperatione: agnoscit ergo effectum prædestinationis antecedentem ad cooperationem, nec necessario connexum cū illa in ratione effectus prædestinationis. P. ergo Valentia à contraria sententia est. Non allego alios Theologos; quia per se constat, & magis constabit ex dicendis infra disp. 30. cap. 2. ad uersarios esse huic sententiæ. Lege P. Vazq. I. p. disp. 92. c. 2.

Nostra vero hac ratione probanda, & declaranda est. Aliud est a nostro arbitrio pendere, quod hæc numero vocatio congrua sit, & effectum sortiatur: aliud est a nostro arbitrio pendere, quod hæc eadem numero vocatio nobis infundatur ex voluntate speciali prædestinatorum propria, aut ex communi reprobis. Primum illud verum est; non hoc secundum: nam congruitas, seu efficacia in gratia in quocumq; statu, siue cōditionato, siue absoluto, desumitur ex cooperatione, quæ est in nostra potestate. Vnde in statu conditionato ideo Deus prænouit, voluntatē cooperaturam; hæc etiam numero gratiam fore congruam: quia voluntas pro innata libertate se voluit inflectere in bonam partē; ideoque determinatio in illud extremum tribuitur volūtatī, vt causæ directę; vt docui tractatu de scientia Dei disp. 6. cap. 3. num. 36. & in hoc tractatu disp. 23. cap. 14. Pariter in statu absoluto congruitas, seu efficacia absoluta desumitur ex cooperatione, & cōsensu, qui est in nostra potestate: nam, licet ex suppositione cooperationis cōditionatæ præuisæ pro quodam rationis signo priori infallibile sit, atque necessarium secundum quid, voluntatem consensuram: at hæc infallibilitas, seu necessitas est consequentiæ, non consequentis; vt saepe explicui, ac præcipue disp.

P. Vazq.

25  
Explicatio  
sententiæ  
auctoris.

disp. illa 23. cap. 14. Ergo in nostra potestate fitu est, quod haec numero gratia fit in nobis congrua, vel no congrua, in quocumq; statu. Quod vero no fit in nostra potestate, quod haec numero gratia nobis de facto infundatur ex speciali voluntate propria praedestinatoru, aut ex comuni reprobatoru, manifeste constat ex ijs, quae docuimus disp. 23. cap. 13. nostra explicates sententia: na ibi dixi, post praescientiam conditionata, per qua Petrus praedestinatus, exempli gratia, praeuisus est bene uti ea gratia, sibi distributa in statu conditionato; immedie Deus per suam voluntatem complacuit in futuritione illa conditionata cooperationis praedestinati; & ex hac complacentia, alia ratione nostra duxit originem, per quam ille Petrus fuit constitutus in eodem rerum ordine, in quo praeuisus est bene incipiens; perseverans in gratia; decedens; & consequens certum gradum gloriae. His voluntatibus, quae liberae sunt, discernuntur praedestinati a reprobis. Et ex his omnes effectus praedestinationis, ex prima gratia proueniens, cum tota serie usque ad vltimum executioni mandati sunt. Ergo non fuit in potestate praedestinati, quod illa gratia congrua processerit a speciali voluntate praedestinatorum propria. Probo hanc consequentiam; quia ante specialem illam voluntatem solum praesens usus bonus conditionatus liberi arbitrii; sed ratione usus boni conditionatus nihil est in potestate praedestinati; quippe qui nullum habet valorem, nullam vim mouendi Deum, ut habeat specialem voluntatem; ut docui in hac disp. cap. 1. num. 3. nam, licet praesens eius ex parte perfectissimae prouidentiae Dei certa, atque infallibilis, necessaria est; non tamen ut ratio mouendi, aut merendi: ergo non est in potestate praedestinati, quod illa gratia congrua, ut praecedat natura consensum, a voluntate speciali procedat.

Secundo probatur: nam, licet verum sit, eadem hanc gratiam congruam non infusum iri ex speciali illa voluntate praedestinate, sed ex communi prouidentia, nisi Deus prauidisset per scientiam conditionatorum, ei cooperari liberu arbitriu pro libertate innata, ac tunc non fore praedestinationis effectum: at vero modo de facto non procedere ex speciali illa voluntate; ac subinde depedere a cooperatione liberi arbitrii natura posteriori, ut ea sit effectus praedestinationis, nulla ratione dici potest. Ratio a priori est: quia ipsa vocatio congrua praeueniens, ut sic, & gratia adiuuans, seu cooperans, sunt duae gratiae distinctae, infusae etiam per duas diuinas voluntates, saltim ratione nostra penes diuersa conotata; & ut in effectibus est ordo prioris, & posterioris natura, ita, ut gratia adiuuans sit posterior natura; praeueniens vero sit prior natura, atq; om-

nino indepeds. Pariter voluntates illae diuinae habent suum ordinem rationis, quatenus ad hos effectus terminantur; & voluntas gratiae cooperantis posterior est ratione, & dependens a voluntate gratiae praeuenientis congruae; haec vero est prior ratione, & independens. Ergo antequam intelligamus cooperationem, quae est in potestate liberi arbitrii; intelligere debemus alium effectum praedestinationis priorem natura, atque independentem a posteriori in ratione effectus. Ergo non potest esse in potestate liberi arbitrii, quod ea infusio sit effectus praedestinationis.

Haec adhuc magis constabunt ex solutione argumentorum. Ad primu respondeo, vocationem illam congruam, etiam ut praecedat natura consensum, habere etiam suam congruitatem, tum per ordinem ad praescientiam conditionatam futuri consensu conditionati ratione praesuppositi, tum per ordinem ad specialem voluntatem praedestinatiam, a qua procedit: nam ex ijs infallibile est, atq; necessarium, non simpliciter, seu ex suppositione, seu secundum quid, pro alio posteriori futuram esse complete efficacem, sumpta denominatione a consensu libero. Vnde, ad hoc ut gratia illa sit effectus praedestinationis, sufficit, quod pro quodam priori rationis apprehendatur, ut habes infallibilem connexionem cum consensu, posteriori rationis futuro, a quo complere constituetur in ratione efficacis; ut fufius explicui in tractatu de Auxilijs.

Ad secundum animaduerto; in notatione P. Arrubal non tantum vocationem congruam includere duos illos respectus, sed alios etiam in ipsa considerari debere; nam licet vocatio illa, ut sortitur denominationem efficacis, comparari debeat ad effectum, & ab ipso habeat in genere causae formalis efficaciam completam, ut notabam in primo argumento: at in ratione congruae diuersos habet respectus: neque enim ex eodem conotato dicitur efficax, & congrua: nam, licet vtrumque relatiuum sit, quia efficax est alicuius efficacis, & quia quod congruum est, alicui, & ad aliquid est congruum; relatiuum efficacis est solus effectus, ut ego existimo: relatiua autem congrui diuersa sunt. Nam vocatio dici potest congrua primo subiecto ipsi; quia est temperata dispositioni eius, & opportuna secundum circumstantias occurrentes. Secundo dici potest congrua Deo, in quantum adhibetur ab ipso, ut medium ad finem praesentem gloriae ex speciali complacentia secundum nostra principia. Tertio demum est etiam congrua ipsi voluntati praedestinati secundum se, quatenus cum ipsa de facto feret fructus vitae aeternae. Itaque has alias habet considerationes, & tendentias vocatio congrua, ut tractatu de Auxilijs explicandum est.

27

Solutio argumenti

Vocatio congrua quae habet respectum

Modo

Modo ad secundum argumentum concedo antecedens. Ea vero consequentia, Petrus est praedestinatus; ergo perseverabit in gratia, optima est: at tum in antecedenti, tum in consequenti est sua necessitas, suaq; contingentia. Nam propositio antecedens absolute contingens est; ut haec, Petrus amat: secundum quid vero, & ex suppositione est necessaria; quia quodlibet, dum est, necesse est esse. Pariter propositio consequentis simpliciter, & absolute contingens est: secundum quid vero, & ex suppositione praedestinationis habet suam necessitatem logicam: nam si praedestinatus est praeuisus per scientiam conditionatam perseverare in gratia usque ad vltimum vitae terminum; si constituitur in certa rerum peristhasi; & si illuminetur diuinis illustrationibus gratiae cum certa etiam

serie: praeterea haec omnia a Deo speciali voluntate complacentiae declarata disp. 23. cap. 13. praeparata, atq; praordinata sunt: ex ijs suppositionibus necessario perseverabit in gratia, atq; saluabitur, & si cum absoluta contingentia: nam suppositiones haec nulla ratione pugnant cum libertate arbitrii, ut satis declaravi disp. illa 23. cap. 14.

P. Valentia in hac quaestione puncto 4. §. illo 8. versu secundo sequitur, affirmat, licet ex parte praedestinatorum nulla sit ratio, seu causa, cur praedestinentur; tamen ex parte eorum, qui non praedestinantur, esse causam, seu rationem, cur non praedestinentur. Hoc assertum multis probat: de quo an verum sit, nec ne; an probatione solida? A go in 2. p. huius tractatus, ubi de reprobatione disp. 35. cap. 3. & 4.

28

P. Valentia

# DISPUTATIO VIGESIMA NONA.

## DE CAUSA PRAEDESTINATIONIS EX MERITIS ALIORUM.

Distincta capitibus quinque.

- Caput 1. Christ. D. est causa meritoria omnium effectuum praedestinationis.
- Caput 2. Christ. D. est causa meritoria nostrae praedestinationis.
- Caput 3. Christ. D. meruit specialem dilectionem praedestinatorum, ut est electio.
- Caput 4. Qua ratione Christ. D. existens, atq; merens independentem a progenitoribus praeuisus fuerit.
- Caput 5. De causa praedestinationis per meritum puri hominis.

ARTICVL. OCTAV. S. THOMAE.

### VTRVM PRAEDESTINATIO POSSIT IUVARI PRECIBVS SANCTORVM?

Respondet S. Thomas, praenotata distinctione praedestinationis quoad ipsam diuinam praedestinationem, & quoad effectum eius. Quoad primum ait, nullo modo praedestinationem iuari precibus sanctorum; quia nullus ex sanctis suis precibus impetravit, ut aliquis eligeretur a Deo. Quantum ad secundum ait, praedestinationem iuari precibus sanctorum, & alijs bonis operibus; quia prouidentia non subtrahit causas secundas, sed sic prouidet effectus per ipsas, ut det eis locum: sic tamen ut illarum ordo, atq; causatio subiacet prouidentiae Dei.

Ddd

Caput

Caput I. Christus Dominus est causa meritoria omnium effectuum predestinationis.

I Ordo doctrinae.



VIA filius doctrinae postulat complere tractationem de causis predestinationis; & quia in disputationibus precedentibus definitum reliquimus, ipsum predestinatum, nec ex operibus liberi arbitrii procedentibus, nec ex operibus ex gratia, esse posse causam suae predestinationis: modo postulat ordo doctrinae, ut differamus de causa alterius a predestinato: an nimirum, aut Christus Dominus, aut homo purus sanctus promereri possint suis prijs operibus alterius hominis predestinationem? Propterea ergo, praetermissis articulis 6. & 7. in quibus S. Thomas de certitudine, & de numero certo predestinatorum; sequitur immediate explicandus articulus octauus, qui est vltimus huius quaestion. 23. D. Thomae. De illis vero duobus articulis instituemus disputationem.

Vt distincte procedam, & reuocem disputationem ad punctum, quae suscipio examinandum; praemoneo; ipsam versari in comuniore, mihiq; veriori sententia, Christum Dominum post prauius originale peccatum in eius remedium fuisse predestinatum. Deinde homines ex ipso, & per ipsum; vt magis infra explicabo.

Omnis effectus prouidentia supernaturalis post originale consideranda. Athanasius

Etenim, si qua fuit inchoatio predestinationis in Parente Adamo ante peccatum; ita ille ordo interceptus fuit, vt omnis prouidentia efficax supernaturalis post originale consideranda sit, atq; petenda ex Christi predestinatione, tanquam ex fontali principio meritorio omnium gratiarum. Vnde Athanasius oratione 2. contra Arrianos; nisi Deus homo, inquit, factus fuisset; numquam nos a peccatis vindicati resurgemus; ergo ex Christo predestinato post peccatum manarunt omnes peccatorum nostrorum vindiciae. In quam rem eleganter dixit Augustinus de verbis Apostoli Ierem. 8. Noli liberaretur humani generis; nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. Et S. Leo Papa in Decretali epistola; nisi, inquit, nouus homo naturam nostram vniueret, subiugo Diaboli teneretur humana captiuitas. Non me latet, etiam in alia sententia, quae constituit predestinationem Christi, ceterorumq; iustorum ante peccatum, suum etiam locum habere materiam disputationis nostrae; defendiq; posse Christum Dominum predestinatum, non solum esse causam exemplarem; hoc est, ipsum predestinatum ad tantam gratiam, & sanctitatem, esse exemplar vitae eorum, qui predestinatione saluandi sunt iuxta illud ad Rom. 8.

Ad Rom. 8. 3. Petri 2.

8. Quos praesciuit, & predestinauit, conformes fieri imagini Filij sui; & 2. Petri 2. fratres, Chris-

tus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: de qua re S. Thomas 3. p. q. 24. art. 3. & finalem; hoc est, in cuius gloriam, & exaltationem ceteri predestinati, vt media, ordinati sunt; sed etiam meritoriam humanam predestinationis. Verum, vt adhaereat doctrina, qua puto veram, doctrinae nostrae; & vt fugiam diffusionem non necessariam in principijs non veris: ideo statum disputationis redigo ad punctum praedictum. Hoc etiam sine tracto de predestinatione humana; quia agendi de Angelica non estis oportunos locus. Maxime in opinione de predestinatione Christi post originale in eius remedium.

S. Thom.

Modo sit conclusio; Christus Dominus est causa meritoria predestinationis omnium hominum quantum ad omnes eius effectus. In hac conclusione conueniunt omnes moderni Theologi, vt constat ex P. Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 41. sect. 2. & 1. p. lib. 2. de causa predest. cap. 21. & ex P. Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 2. & 3. & ex P. Molina 1. p. disp. 1. in art. 4. & 5. memb. 8. & P. Valentia disp. 1. puncto 4. § 1. & P. Fonseca tom. 3. metaphy. lib. 4. c. 2. q. 6. sect. 2. conclus. 3. Vide etiam Mag. Bañez, art. 5. §. hac controuersia, & alios Thomistas. Hi recentiores referunt antiquos scholasticos. Sed cum in re omnes consentiant, eos nominatim referre iudico inutile. Aliqui allegant S. Thomam in confirmatione huius conclusionis 3. p. q. 24. art. 3. sed ibi solum agit de causa exemplari, nec verbum habet de causa meritoria. Quare in fauorem nostrae conclusionis induco textum S. Thomae in 3. disp. 10. q. 3. §. vltimo, vbi ait; predestinationis nostrae esse causam efficientem Christi predestinationem, in quantum ipse est mediator nostrae salutis. In hac sententia loqui non potest de causa efficiente physica, vt per se constat: ergo loquitur de causa efficiente morali: ergo de merito, quod ad causam efficientem reuocatur; vt docui disp. 28. cap. 2. num. 14. Id etiam constat; quia dixit, ipsum esse mediatorem nostrae salutis: munus autem mediatoris obiit per merita: ergo, si est causa nostrae predestinationis, in quantum obiit munus mediatoris, est causa meritoria. Demum id constat; quia ibi distinxit hunc modum causandi efficienter a causa exemplari, quam formalem appellat, intellige extrinsecam; & a causa finali: ergo secundum D. Thomam tripliciter Christus Dominus est causa predestinationis hominum; primo finaliter; secundo exemplariter; tertio meritorie.

Pro-

3 Probatio ex sacra scriptura.

Probatur primo conclusio ex epistola Pauli ad Ephes. cap. 1. versu 3. ibi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus; in Christo. In qua verba nota primo, dices in omni benedictione spirituali, significare copiosam benedictionem donorum non terrenorum, sed caelestium; puta fide, gratia, peccatorum remissione, iustitia, amicitia Dei, quibus nos cumulauit. Nota secundo; illa particulam in caelestibus, duplicem habere sensum. Primus est Hieronymus in caelestibus, hoc est, Christus constitutus in sua sede caelesti. Secundus est, & planior; in caelestibus donis. Nota tertio; illud in Christo, secundum phrasim graecam ex Chrysostomo significare per; hoc est, per Christum. Ita Graeci omnes; & ex latinis Ambrosius, & Hieronymus, & S. Thomas. Quo pacto interpretatur versum 6. eiusdem capituli ibi; in qua gratificauit nos in dilecto filio suo; id est, per dilectum filium suum. Et versum 7. ibi; in quo habemus redemptionem per sanguinem eius; hoc est, per merita sanguinis effusi. Deinde versum 11. ibi; in quo etiam, & nos sorte vocati sumus predestinati. Item in cap. 2. dicimur creati in operibus bonis in Christo, significatur per Christum; dicimur vero creati, quia nihil ex nobis possumus offerre, quod gratiam mereamur. Id, quod ipse Apostolus explanasse videtur cap. illo 1. versu 5. ibi; qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Vnde audiendi non sunt Erasmus, & Vatablus, qui aliter legunt; nimirum, Deum benedixisse nos omni dono supernaturali, vt locum habeamus in caelo cum Christo: quia vertunt contra sanctos Patres. Particulam autem per denotare causam meritoriam, omnes fatentur, & per se perspicuum est: nam aliam ex generibus causarum significare non potest: ergo omnia nobis dona gratiae per merita Christi collata sunt. Et hoc appellat Paulus versu 9. & 10. sacramentum voluntatis diuinae secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo (hoc est per eum) in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, (hoc est per Christum) qua in caelis, & qua in terra sunt.

Chrysost. Ambros. Hieronym. S. Thom.

Erasmus, & Vatablus non audiendi.

Probatio ex Conciliis. Concil. Milanensium.

Secundo probatur ex eodem Paulo, & cap. versu 4. ibi; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti: haec autem electio fuit primae vocationis congrua, siue ad fidem, siue ad iustitiam. Chrysostomus, quid est, inquit, elegit nos in ipso, nisi per fidem in ipsum? Nam haec electio tendit ad iustificationem, dicente ipso Apostolo, vt essemus sancti, & immaculati: ergo est electio gratiae congrua, siue ad fidem, siue ad iustitiam: nam vtraque tendit ad iustificationem. Probatur tertio ex Cocilijs. Et allego primum c. 3. Mileuitani tom. 1. vbi haec verba. Ita placuit, vt quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam re-

misionem peccatorum valere, quae iam commissae sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committatur, anathema sit. In quibus verbis expendo omnem gratiam, quae valet, vt nullum committamus peccatum, nos accepisse per Christum: ergo definitur, quodcumque auxilium gratiae supernaturale propter Christi merita nobis conferri. Secundo Arausicanum 2. can. 25. vbi dicens, nullum autem credere in Deum, aut operari propter Deum posse, nisi gratia diuina praenatur post peccatum primi hominis: de hac autem gratia sic ait. Non in libero arbitrio haberi, sed in Christi nomine simul, & credimus largitate conferri, secundum illud, quod predicat Paulus Apostolus ad Philipp. 1. vobis donatum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Pro Christo, hoc est, per Christum: ergo per Christi merita accepimus fidem, & alia omnia dona supernaturalia. Tertio allego Tridentinum sess. 6. cap. 5. vbi definit, iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praeniente gratia sumendum esse; hoc est, ab eius vocatione. In quibus verbis denotat Tridentinum, & Deum esse causam efficientem omnis doni gratiae, & Christum esse causam meritoriam.

Arausicanum

Ad Phil. 1.

Tridentinum

Caelestinus. Probatio ex Caelestino Papa.

Censura contrariae sententiae.

Quarto proba ex Caelestino Papa epistola 1. cap. 10. in quo definit omnia gratiae beneficia contingere nobis ex merito Christi. Propter haec ego non dubitare erroris notare quada sententiam antiquorum Theologorum, qui dixerunt Christum Dominum nobis non meruisse hanc, & alia auxilia, quibus disponimus ad iustificationem. Contra quam satis a nostris disputatum est: ne ergo actum agamus, ad alia pergitinus.

Ex hac conclusione inferendum est, Christum Dominum, dum haec dona nobis promeruit, etiam promeruisse a quo aliquo libero nobis ea donari: nam meritum non causat gratiam immediate, sed suam rationem causandi immediate exercet circa voluntatem remuneratoris; vt saepe diximus; nominatum disp. 23. cap. 2. ergo non solum meruit dona ipsa in tempore donata; sed etiam voluntatem aliquam liberam Dei, per quam ipsa donauit. Etenim si Deus in tempore ea donauit propter Christi merita; etiam ab aeterno ea donare praeparauit propter eadem merita: vt docet trita, & vera doctrina ex Augustino lib. de predestinatione sanctorum, cap. 10. 15. & 19. Quod vero actus diuinae voluntatis, non vt existit in Deo, sed vt terminatur ad effectum libere, sub merito cadere possit, ostendi saepe, ac nominatim disp. 23. cap. 2. num. 8. An vero ex hoc sequatur, non solum Christum Dominum meruisse nobis dona haec; sed etiam predestinationem ad omnia illa, controuersum est inter P. Vazquez, & P. Suarez. Nam ille hanc consequentiam affirmatiue putat tenere: meruit omnia dona gratiae: ergo om-

August.

P. Vazq. P. Suarez.

ruit ipsam quoq; praeordinationem: is verò tantum negatiue putat valere consequentiam: vt non meruit omnes effectus praeordinationis; ergo nec etiam meruit ipsam praeordinationem: non

## Cap. II. Christus Dominus est causa meritoria nostra praeordinationis.

5  
Christus  
Dom. cau-  
sa merito-  
ria nostra  
praeordina-  
tionis.



NTEQVAM conclusionem titulo praefixam probem, recolenda est doctrina nostra disp. 23. cap. 13. in duo declaravi specialē voluntatē discernentē inter praedestinātū, & nō praedestinātum. Primā voluntatē cōstitui in cōplacencia Dei circa futuritionē cōditionatā responsionis, decessus in gratia, & cōsequutionis gloriā praedestinati. Secundā in voluntate absoluta dandi praedestinato ea specie, & numero auxilia; atq; in ea serie rerum, qua praenouit annectendam illis fore vltimā respōsiōnē, decessum in gratia, & cōsequutionē gloriā. Quod si Christus Dominus non solum meruit nobis ea dona, quae sunt effectus praedestinationis; sed ipsam quoq; praedestinationē: oportuit mereri, nō solum dona haec secundum se, quae possunt esse effectus cōmunis prouidentiae secundū dicta à nobis disp. 28. cap. 4. sed etiā ea, vt formaliter sunt effectus; hoc est, vt procedunt ab his specialibus voluntatibus diiudicātib; inter praedestinātum, & reprobū: ac subinde etiam debuit mereri ipsos actus liberos, non vt in Deo sunt ipse Deus, sed vt libere ad hos effectus terminantur, seu continent, secundum dicta disp. 17. cap. 3.

6  
Specialis  
electi gra-  
tiosa, vt re-  
fertur ad  
prima gra-  
tia dona.

Nota secundo; specialē illam dilectionem absolutā esse, atq; gratuitam, vt terminatur ad dona gratiae, quae conferuntur independentē a libera cooperatione arbitrij: nā secundū doctrinā nostram decretum efficax absolutum antecedens, vt cōmuniter ponitur, liberā cooperationem, pugnat cum libertate; quod probaui disp. 23. cap. 9. Item duo decreta absoluta; alterum gratuitum; alterum remuneratorium de eadem largitione externa plane repugnant; vt ostendi in ea disp. cap. 10. 11. & 12. Ex quo fit, quotiescumq; praedestinatus meretur aliquo modo secundam gratiam congruam; & per secundam tertiam, & reliquas; duplex ratio nostra decretum distinguendum esse. Primum omnino liberale comparatione praedestinati. Secundum remuneratorium. Primum terminatur ad primam gratiam congruam, ad quam nullum ex parte eius praecessit meritum, & ad alias; (si quas accepit sine merito proprio;) vt cum post mortale, & in eo iacens, vocatur à Deo praedestinatus, vt resurgat. Secundum terminatur ad omnes gratias congruas, quas ex merito proprio accepit. Vtrumq; decretū absolutum est, & efficax. Primum nullū expecta-

uit liberum opus. Secundum verò, quia est ex merito operis liberi honesti, expectare debet praerisionem eius.

His positis, cōclusio nostra affirmat, Christū Dominū meruisse nostrā praedestinationē. Cōclusio haec est omnium scholasticorum; quos citaui cap. 1. n. 2. & probāda est eisdē Scripturae locis, & testimonijs Cōciliorū, quae ibi allegaui n. 3. Pro ea in speciali expēdo locū Pauli in ea epist. ad Ephes. cap. 1. in illis verbis: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. Vbi per particulā sicut Paulus significat; vt per Christū nos benedixit Deus omni benedictione spiritali; ita etiā nos elegit per ipsum: ergo nō tantū dona gratiae, quae significatur per omnē benedictionē spiritualem; sed etiā ipsam praedestinationē, quae significatur per electionē praedestinatorū ante mundi constitutionē, accepimus per merita Christi. Porro, si Christus Dominus merito suo benedixit nos omni benedictione spiritali: ergo etiā benedixit nos benedictione praedestinationis, atq; specialis illius electionis, quae est maxima omnium benedictio, fons, & origo felicissimae sortis praedestinatorū. Vt pulchre dixit Chrysostr. Per quem nos benedixit, per eundem nos elegit.

Cōclusionē nostram hac ego ratione probō; sumens Christi Domini meritum esse infiniti valoris: ac subinde in eo suppetere nobis nō tantū sufficiens meritū pro effectibus praedestinationis; sed etiā pro illa speciali dilectione, vt est praedestinatorū propria; eo modo quo sub meritū cadere potest. Sumo etiā in maximā cedere gloriā Christi, si tribuamus ipsius meritis, nō tantū effectus omnes, sed ipsam quoq; praedestinationē. Ita enim ex omni parte ipse erit Pater, & caput praedestinatorū; & illi ipsius mēbra specialissima ratione; & omnē suā felicitatē in eximiā Christi charitatē cogitur referre: ergo si nulla est repugnātia in eo, quod Christus Dominus ita cōstituat caput praedestinatorū, vt per merita influxerit nō solū in effectus, sed etiā in ipsam praedestinationē nō possumus nō omnia tribuere thesauris meritorū Christi Domini. Quod verò nulla sit in eo repugnātia, satis nobis significant testimonia sacrae Scripturae: in quātū insinuant, Christū Dñm nostrā meruisse praedestinationē. Quod elegāter dixit Photius relatus ab Ecumenio in c. 1. epistolae Pauli ad Ephes. benedixit, ait, per filiū: elegit per filiū; charos fecit per filiū. Conandum ergo nobis est eo modo

modo leges, & decreta diuinā prouidentiae erga Christi praedestinationem cōstituere, & declarare, vt nulla subsit repugnantia in merito eiusdem Christi in ordine ad praedestinationē omnium hominum.

9  
Declarat  
author, vt  
sunt statuē  
da, & or-  
dināda de  
creta pro-  
uidētia ho-  
minum.

Reli. & aliorum opinionibus, sic ego declaranda, atq; constituenda censeo decreta prouidentiae diuinā, quā Deus defacto statuit; vt praedestinationem Christi ita intelligamus, vt esse possit causa per merita propria praedestinationis omnium hominum. Post originale, & per ipsum omnes homines, qui futuri erant, actu peccauerunt in capite peccato actuali originali. (Sēper excipio Beatissimā Virgine Mariā, cuius priuilegia omnē superant cogitationē nostrā.) Ratione huius peccati erāt homines obnoxij maculae habituali, ita, vt in primo instanti conceptionis necessario illa deriuaretur ex actuali; atq; homo, cū primū est, nō solū priuatus existit gratia: sed etiā natura filius irae. Hoc cū a Deo prouideretur, atq; totā specie humanā, quae in hominū indiuiduis futuris collocāda erat, massam perditionis effectū videret; & cū debito calore poenae aeternae damni. Item cū cōsideraret varia remedia, quibus natura haec restitui posset in statū perditum; & omnium remediorū optimum esse, si vna ex diuinis personis susciperet hanc prouinciā, genus humanū reparādi; a peccato, & captiuitate liberandi; & in gratiā, amicitiaq; cū Deo restituendi. Itē cum cōsideraret secundā ex diuinis personis magis esse accommodatā propter speciales rationes, quae in ipsa cōcurrunt: voluit Deus decreto indiuisibili suae voluntatis omnes homines in capite lapsos erigere: gratia spoliatos induere: peccato maculatos mundare: captiuos liberare: indignos vitam aeterna dignos efficere; in hunc finē constituit Deus filiū suum erectore, mundatorem, redēptore, liberatorem, atq; saluatorem: hoc est, caput morale, & veluti primam causam per meritum totius reparationis humanae.

In hoc decreto multa cōsideratione digna sunt. Primum; ipsum fuisse omnino liberale: nā antecessit merita omnia, non solum hominum, sed etiam Christi Domini; quippe quod fuit ipse Christi felicissimum principium.

Secundo, eo decreto Deus, in quantum est in se, omnibus hominibus futuris ex Adamo voluit conferre remissionem peccati originalis, ac subinde gratiam iustificantem: quia in hac prouidentia, & legibus eius, quibus potimur, numquam peccatum lethale deletur, nisi per gratiam iustificantem. Porro voluit etiam, quantum est in se, conferre gloriam: etenim gratia iustificans est ius ad gloriam: ergo hoc ipso, quod in decreto illo continetur voluntas dandi gratiam, aliqua etiam voluntas dan-

di gloriā contineatur, necesse est; sine ea sit formalis, siue virtualis; de quo modo parum curamus: licet existimem formaliter haec omnia voluisse; quia is modus volendi perfectior est, & in eo nullum est incommodum in re praesenti.

Tertio; quia Deus videbat plures ex hominibus ex Adamo futuris ad aetatem adultam peruentum iri, si status ille originalis iustitiae perseverasset; indigereque auxilijs diuinā gratiae, vt se possent conseruare in gratia, quae praeparata a Deo fuit, & multis collata in primo exordio; his nimirum, quibus a Parente Adamo iustitia originalis fuisset deriuata. Voluit etiam hoc eodem decreto eis gratis temporibus cōferre sufficientia auxilia; hoc est, mentis illustrationes, voluntatisq; piās inspirationes, atq; concursum generalē supernaturalem praesto adesse; quibus facultates hominū eleuatae, & in actu primo proximo cōstitutae acceptam gratiam conseruare, & amissam, cum amitterent, per poenitentiam reparare, atq; augere per mandatorum obseruationē & operum piorum repetitionem; ac demū vitam aeternam cōsequi valerent: hoc ipso namq; quod illo decreto voluerit salutem generi humano, voluit etiam, quidquid vniciq; secundum suum statum necessarium erat pro fine a Deo praesentato.

Hoc loco obserua, me consulto loquutum de hominibus futuris, quia secundum propria principia, quae verissima censeo, & tetigi saepe disp. 23. cap. 2. & alibi, nullum decretum in voluntate diuina efficax ponendum puto terminatum ad obiectum vniuersale, aut confusum. Id etenim proprium est nostrarum cogitationum, atq; voluntatum imperfectarum, quibus frequens est tendere ad obiecta vniuersalia, & confusa. At vero Deus, sicut numquam cogitatione apprehendit naturam humanam in statu vniuersali, & confuso; quippe in ea cogitatione semper est imperfectio confusionis, & indistinctionis: ita nec reparare voluit hominē, vt sic cū vniuersalitate logica sumptū, nec homines in cōsulo. sed omnes futuros in singulari distincte, & sigillatim eos mēte cognoscēs, & quasi numerans, vt Petrū, Ioannē, Andream, Franciscū, Paulū, & sic de reliquis; volēs Petro, & ceteris, vt inter se distinctis, remissionē peccati originalis per infusionē iustitiae, atq; applicationē remedij. Itē collationem auxiliorū, & incrementi gratiae, atque gloriā; vt explicui. Imo ideo nobis solemne est dicere, voluisse Deum vniuersam naturam humanam lapsam releuare, quia voluit hunc, & illum in singulari reparare; & cum mens nostra omnes sigillatim, atque distincte repraesentare non valeat, ratione communi, & confusa eos intelli-

gimus, atq; significamus; non quia in Deo sit ea confusio; sed in nobis: & quia in Deo est vniuersalitas, quæ nullum hominem excludit; cum distinctione tamen, quæ descendit ad omnes homines in singulari: nos eam vniuersalitatē sine distinctione, quia ad ipsam non valemus, cū confusione declaramus. Hoc magnopere notatum velim, tum pro re nostra, tum pro alijs pluribus in Theologia: nam video, non semel à Theologis vulgaribus confusionem, quæ est in propria ipsorum mēte, Deo tribui, propter non consideratam hanc doctrinam.

**II** Idem decretū efficiat, & in ordine ad diuersa. Idem autem decretum posse simul in ordine ad diuersa efficiat, & inefficax; absolutum, & conditionatum per ordinem ad diuersa: idem autem decretum posse simul in ordine ad diuersa efficiat, & inefficax; absolutum, & conditionatum, ostendi disp. 23. cap. 13. Fuit ergo efficiat in ordine ad dandum nobis Christum Dominum; adeo, vt ex vi eius decreti præuisus fuerit existens cum aliqua independentia à suis progenitoribus, quos in tempore nabuit; vt magis explico infra capite quarto. Nam alias vix, aut ne vix quidem explicari possunt, quæ de Christi merito in ordine ad Patres veteris testamenti; & in ordine ad actiones honestas, quibus ipse Christus progenitus fuit, siue mediate, siue immediate; & in ordine ad meritum dignitatis matris, quod Beatissima Virgo habuit ex meritis Christi; docentur ab omnibus Theologis, & à nobis dicenda sunt. Fuit verò inefficax in ordine ad remittendum originale peccatum, & destinandū speciale remedium pro illo in ordine ad gratiam iustificationis; ad auxilia actualia; ad donum perseverantiæ; demum ad consequutionē gloriæ. Imo nō tantum fuit inefficax, sed etiā nullū de facto habuit effectū præter hunc: nā, cū in eodē momento prædestinationis Christi pro tempore à Deo statuto, ille fuerit præuisus existens independentē à progenitoribus; atq; Patre suum ardentissime diligens propter beneficia, quibus liberalissime Deus humanam Christi naturam cumulavit, donans illā gratia vniōis diuinæ hypostaticæ, per quam Deitate ipsa illam perfudit, atq; penetravit gratia habituali penē infinita, omni scientia, omni potentia ad patrandā miracula, multiformi virtutum dono ad mensuram, atq; correspondentiam gratiæ, vniōis, atq; iustificantis: propter hæc, inquā, & alia innumera, vidit Deus animam illam Christi sanctissimam, totam amore diuinitatis flagrantem; totam se se in remedium humani generis offerentem morti acerbæ, ærumnis, atq; laboribus, & diris doloribus, quos propter nos in hac mortali vita perpeffus est. Quia ergo Deus, inquā, vidit animā Christi purissimā in eodē instanti prædestinationis ad existen-

dum, hos omnes adus elicientem, atq; eisdem infinite merentē, voluit iterū Deus, omnes homines saluos fieri; & eis, per peccatum originale perditis, adhibere remedia; animā munditiā, iustificationē; adultis auxilia actualia pro reparatione gratiæ amissæ actualibus peccatis; inspirationes ad penitentiā; auxilia demū ad perseverandū, atq; consequendum vitā æternam. Itaq; duplex decretū in Deo distinguendū, & vtroq; voluit reparare hominē. Alterum; quo ex se se ipso propria bonitate allectus, atq; inclinatus voluit hominē reparare; & ex hac voluntate, vt ex finis intentione, Christum prædestinavit, & elegit, vt medium optimum pro fine reparationis intento. Decretū hoc amore erga homines, liberalitate, & misericordia plenum est: & cōtinet, quæ enarraui num. 9. & 10. At nō spectat ad ordinē prædestinationis, sed ad generalem prouidentiam, Dei bonitate dignam. Nam ex eo Christus Dominus prædestinatus fuit; & in rerum natura cōstitutus: at ante prædestinationem Christi nullus est ordo prouidentia prædestinatia; quippe Christus Dominus est primus fons meritorius totius prædestinationis, vt nitimur statuere. Licet ergo eo decreto præcipuum medium nostræ salutis, & prædestinationis productum fuerit; nō tamen productum fuit, vt medium, nec vt effectus prædestinationis ex intentione antecedente, spectante ad prouidentiam prædestinatiam; sed ex quadam prouidentia generali, atq; misericordia communi reprobis, atque prædestinatis; vt sæpe explico in discursu. Aliud verò; quo etiam Deus voluit iterum, omnes homines saluos fieri, quod quidem, licet comparatione hominum fuerit liberale, atq; misericors; at absolute remuneratorium fuit, comparatum à Christo propter sua merita. Ego de hoc decreto intelligo verba Pauli 1. ad Timoth. 2. *Deus vult, omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: vnus enim Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit in redemptionem semetipsum pro omnibus nobis.* Summa præ quem locum variæ excitantur contro- uersia, tum à Theologis expositiuis, tum scholasticis, à quibus modo abstrineo. Solam animaduerto circa hominum numerum, quem voluit Deus saluum fieri, tres circumferri Augustini expositiones communiter ab interpretibus, acutas sanè, sed quæ non congruunt Pauli instituto: quod ipse videtur subodoratus: nam tractans locum hunc in Epistola 107. ad Vitalem post tactas expositiones, sic ait. *Vel si alia modo illa verba Apostolica intelligi possunt, dummodo non obesse sacra Scriptura veritati.* Ergo Augustinus nō quiescebat in suis illis expositionibus, quibus restrin-

restringebat vniuersalitatē illius particula omnes varijs modis. Quapropter communis Patrum, atque certa doctrina est; vt videre licet apud doctissimum P. Benedictum Iustinianum tom. 2. explanationum in Epistolas Pauli in hunc locum; apud P. Cosmam à Magallanes, eruditum etiam virum; & P. Corneliū à Lapide, & alios. Item apud scholasticos peritiores nostrisæculi. Vide P. Suarez 1. p. lib. 4. de prædest. cap. 2. P. Vazquez 1. p. disp. 83. & in q. 19. art. 6. & P. Molin. in concord. in q. 14. ar. 13. disp. 10. & disp. 23. memb. 2. vbi elegantissime: & P. Lessiū disp. de reprob. & prædest. Angelorum, & hominum, sect. 6. Paulum loqui de omnibus hominibus distributione perfecta, nullo hominum excepto. Quod vero Paulus loquatur de voluntate Dei post cōmissum Adæ peccatum, & merita Christi Domini præuisa, probo primo ex textu: nam loquitur Paulus de statu, quem homines compararunt per mediatorem, atq; per redemptorem ipsorum; at in statu ante peccatum originale nō erat Christus mediator, nec redemptor, nec Patri suo mundum reconciliabat, non tantum in sententiā veriori, quam ego subsumpsi cap. 1. num. 1. quæ affirmat Christi prædestinationem factā fuisse post originale in remedium eius: sed etiam in quacumq; nam vbi nō est peccatum, nō est reparator: vbi nō est inimicitia, nō est mediator, aut reconciliator: & vbi nō est captiuitas, nō est redemptor. Ergo Paulus loquitur de statu hominum post peccatum, & post prædestinatum mediatorem: ergo voluntas illa, quam significat Paulus in eo textu, fuit comparata Christo per sua merita.

Secundo probo; quia ideo Paulus nos monet, vota ferre pro omnibus, & perces fundere cū fiducia; quia habemus mediatorem Dei, & hominū, Christum Iesum. Quasi dicat; si Deus voluit saluare vniuersum mundum, præuisis filij sui, atq; redemptoris nostri meritis, quis non oret ipsum cum fiducia pro salute hominum, quam Deus tam ardentē desiderat, vt pro ea vniogenitum filiū suum nobis dederit, quā etiā ipse vniogenitus nobis promeruerit.

Tertio probo; quia nullus negare potest, Christum Dominum in eo suæ prædestinationis primo momento obtulisse Patri merita, quæ per decursum vitæ executurus erat pro salute omnium filiorum parentis Adami; imo & pro reparanda amissa gratia Adami: quia id expressè docet Ioannes 1. epist. c. 2. ibi; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quo nihil clarius poterat dici ad significandum, Christum Dominū obtulisse merita sua Patri pro remissione omnium peccatorū, quibus natura humana infecta erat. In quibus ver-

bis expendenda est aduersatiua illa, sed etiam; nam ex ea sumitur perspicuum argumentum pro nostro intento: atque ideo ipse Ioannes cap. 1. sui sacri Evangelij nuncupat Christum lucem veram; quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In quibus verbis iuxta Maldonatum nostrum, indubitatum est ex Græcis Patribus, Ioannē sibi velle Christum Dominum illustrasse, non solum homines quosdam, sed etiam omnes lumine spiritali: quod si qui sunt, qui non illuminati sunt, ideo nō illuminati sunt, quia a Christo sole, lumen oblatum, & large diffusum in se recipere noluerunt: ideoque appellantur à Ioanne tenebræ, quæ lucem non receperunt. Ex hoc hanc formo argumentationem: Christus Dominus obtulit Patri suo merita, vt intuitu ipsorum omnes homines saluos faceret, remissis peccatis: sed oblatio hæc fuit efficax, saltē quo ad impetrationem auxiliorum sufficientium ad salutem: ergo Deus propter merita Christi habuit voluntatem saluandi omnes homines, in peccatum lapsos. Et cum in hac voluntate continetur voluntas mediatorum necessariorum pro intento fine; etiam tribuere voluit auxilia sufficientia, atque necessaria pro vniuersi cuiusque statu, vt magis statim explic-

Quarto præclara sunt pro hac roboranda veritate sanctorum Patrum testimonia, quæ legi possunt apud authores citatos num. 12. ac præcipue apud Iustinianum, Cosmam à Magallanes, & Maldonatum in cap. 1. Ioannis. Non omitram duo; alterum ex Augustino Epist. 59. q. 6. vbi; vnus enim Deus, inquit, & vnus mediator Dei, & hominū, homo Christus Iesus; vt illud, quod dixerat, omnes homines vult saluos fieri, nullo modo intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non Deū solū, quod semper verbum erat; sed hominē Christum Iesum; cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ecce manifeste sentit Augustinus, illā Dei voluntatē, de qua Paulus ad Timoth. 2. comparatam à Christo fuisse per sua merita; & cum ex alia parte concors Patrum sententiā doceat illud omnes homines perfecta distributione, nullo non contento; accipiendum esse; vt notauimus num. 12. plane fit ex mente Augustini, voluntatem illam habuisse Christū, causam meritoriam. Et licet inter Augustinum, & cæteros Patres dissensio sit in numero significato per illud omnes homines: at est consensus in eo, quod voluntas saluandi eos homines, quot quot sint, ex meritis Christi ortū habuerit; non vt est in Deo ipse Deus; sed secundum terminationem ad effectus, quos habet pro obiectione, vt iam explico. Alterum ex Prospero, indiuiduo Augustini discipulo ad obiectiones Vincentianas responsione prima: sanguis Christi, art.

ait, redemptio est totius mundi; sed qui hoc seculum sine fide Christi, & sine regenerationis Sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Ecce totum mundum Christus sanguine redemit, nullo excepto: ergo voluntas saluum faciendi totum mundum post peccatum originale, ex Christi meritis traxit originem.

P. Vazq. Respōsum ex P. Vazquez. Verum P. Vazquez disp. 96. cap. 2. ad finē, contendit in testimonio illo Pauli ad Timoth. 2. paruulos non esse comprehensos, quia arbitratur, quibusdā ex paruulis non fuisse prouisa media sufficientia ad salutem; & quia in eo additur illa pars, & ad agnitionem veritatis venire: quod alienum est a paruulorum aetate, cognitionis experite.

Nō admittitur. Ceterum aduersari videtur P. Vazq. Gracis Patribus, & maiori, atq; nobiliori parti ex latinis; dum restringere conatur illud omnes homines. Id constat legenti auctores relatos, apud quos illustria scribuntur testimonia. Non omitam ego vnum Augustini lib. 4. contra Iulian. cap. 8. vbi ex professo sumit discutiendum Paulinū hoc testimonio; & sic scribit. Hos enim omnes vult Deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: in quos omnes per vnus iustificationem gratia peruenit ad iustificationem vitæ. Et post pauca, sic agit de paruulis. Nūquidem, aut homines non sunt, vt non pertineant ad id, quod dictum est, omnes homines, &c. Ergo secundum Augustinum paruuli etiam comprehensunt. Vt vero omitam, quo pacto eis prouisa sint remedia sufficientia, de qua re erit sermo noster disp. 35. cap. 2. non obstat illa pars ad agnitionem veritatis venire: nam sensus Pauli est, tum adultos, tum paruulos per Christi gratiam pertingere vitam æternam, quæ consistit in visione Dei: quæque est certissima, atque clarissima agnitio veritatis. Addere possumus ex P. Suarez 1. p. lib. 4. de prædest. cap. 4. paruulos etiam in hac vita ex gratia Christi, infundentis habitum fidei diuinæ, peruenire habitualiter ad agnitionem veritatis, & actualiter per fideles parentes, quorum actus suppleat aetatem paruulorum.

August. De hac re tractauit disp. 17. occasione cuiusdam noue sententie.

P. Suar. 14. Habemus iam, Christi meritum pertigisse vsque ad illam voluntatem Dei vniuersalem. Modo tria breuiter definienda. Primum; quos nam effectus contineat illa voluntas. Secundum; quos efficaciter, quos ineffaciter. Tertium; quidnam speciale habuerit circa prædestinatos: neque enim est vna vtrorumque fors, etiam in ipsa voluntate, nec tantum in effectibus; vt constat ex a me disputatis 23. disp. ex cap. 4. vsque ad 13. Atque primo Christus meruit omnibus hominibus remissionem quorumcumque peccatorum. Id expresse docuit Paulus ad Rom. 5. sicut per vnum hominē, inquit, peccatum intrauit in mundum: multo

Christus meruit remissionem peccatorum. Ad Rom. 5.

magis gratia Dei, & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundabit: Vt ergo peccatum primi hominis penetrauit vniuersam massam generis humani, excepta duntaxat Deipara Virgine Domina nostra: ita gratia Christi penetrauit omnes homines, merens illis remissionem peccatorum. Vnde veritas hæc mihi de fide est; & euidenter colligitur ex supra dictis: nam, si meruit Christus voluntatē generalem omnes homines saluos faciēdi, meruit illis media, atq; remedia, quæ sufficiūt ad consequendam gloriam: ergo etiam meruit remissionem peccatorum, sine qua non est gloria consequibilis secundum diuinam ordinationem, per quam nihil coinquinatum intrauit ianuas Regni cælorum. At hūc effectū noluit Deus efficaciter omnibus hominibus. Id constat in multis paruulis, qui cum originali decedunt; & quam plurimis adultis, qui in mortali sepeliuntur.

Secundo; meruit omnibus gratiam iustificantem. Id constat ex Paulo ad Rom. 3. iustificati gratis per gratiam ipsius, & redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et definitum est in Tridentino sess. 6. cap. 7. vbi ait: causam meritoriam sanctificationis esse dilectissimum vniuersitatis suum Dominum nostrum Iesum Christum; qui, cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos sua sanctissima passione, in ligno crucis nobis iustificationem meruit. Id etiam probatur manifesta cōsequutione ex dictis: nam omnis peccati mortalis remissio fit infusione gratiæ: ergo si meruit remissionem peccati, meruit infusionem gratiæ. Hæc etiam voluntas nō fuit efficax comparatione omnium, vt constat in multis, qui, numquam gratiā iustificantē consequuti, intereunt. Tertio; meruit gloriam omnibus etiam hominibus. Hoc constat ex mille locis sacre Scripturæ. Vide Paulū ad Rom. 5. 6. & 8. 2. ad Timoth. 1. & ad Titum 3. Evidenter etiam probatur ex superioribus: nam gratia iustificans est ius ad gloriam: si ergo meruit gratiam iustificantem, meruit gloriam. Hæc etiam voluntas inefficax fuit comparatione omnium reprobatorum.

Quarto; meruit remedium pro originali, atque alia Sacramēta, propriosq; eorū effectus. Hoc etiam de fide est: licet vero hæc voluntas efficax fuerit in ordine ad constituenda hæc Sacramentorū media; inefficax tamen in ordine ad actualem applicationē pro singulis; vt constat in his omnibus, quibus numquam in vita aliquod ex Sacramentis fuit applicatum.

Quinto; meruit auxilia actualia sufficientia omnibus, qui adultam ætatem attigerunt. Hæc voluntas efficax est quoad hunc effectum: nullus enim hominum in hunc mundū venit, qui non illuminetur a Deo, quāptum sufficit, vt si ipse

Mem. gratiam iustificanti. Ad Rom. 3. Trident.

Mem. gloriam. Ad Rom. 2. Ad Titum 3.

Mem. remedia pro originali.

Mem. auxilia sufficientia.

ipse vocanti respondeat, consequi nequeat fidem, iustificationem, perseuerantiam, gloriā. Hæc sunt præcipua, quæ continentur in voluntate illa generali, quæ Deus vult omnes homines saluos efficere, quāntum est ex se. Dico præcipua; quia aliæ sunt etiam gratiæ contentæ in illa voluntate non tanti momenti, quæ spectant ad circumstantias loci, temporis, parentū, educationis. Et alię occasiones minutissimæ; vt agere cum hoc amico, non cum illo: videre defunctum amicum: & aliæ extrinsecæ gratiæ: quibus, licet reuera pendeat gloriæ cōsequutio: at non tanti momenti sunt, quanti alia, quæ numerauimus. Neque etiam ad omnia in particulari descendere possumus.

15

Diversa ratione de prædestinatione; quæ de reprobis verum est Deū velle omnes saluos fieri.

Id magno opere obseruandum in nostris principijs, diuersa ratione verā esse de prædestinatione, quæ de reprobis propositionē illā vniuersalē; Deus vult omnes homines saluos fieri; nā cōparatione vtrorūq; præcessit in Deo præscientia cōditionata status ordinis rerū, vocationū, & aliarū opportunitatū ad male, vel bene agēdū; per quā vidit tū prædestinatū, tū reprobū saluādū, atq; cōdemnandū fore, si a Deo in hoc, aut illo rerum ordine cōstitueretur: præcessit etiā præuisio Christi existētis, atq; merētis, & offerētis omnia sua merita pro omnium hominum salute nullo excepto: immēdiate post hæc diuina voluntas voluit reprobis conferre gloriā; & illa media auxiliorum, quibus præuidebat nō fore, vt eā cōsequeretur, illis cōstitutis in certo rerū ordine a Deo præscito. Circa prædestinatū vero post præscientiā cōditionatā eius ordinis, & status, & seriei auxiliorū, atq; circumstantiarum, quibus cōsequeretur vitā æternam; atq; forsitan post præuisionē meritorum Christi, immēdiate habuit cōplacētā liberā cum illa futuritione cōditionata: postea vero voluntatem conferendi gloriam prædestinato, nō vt cumq; sed vt cōnexam cū statu, in quo perseuerabit in gratia vsq; ad decessum; & hoc etiam, vt cōiunctum cum voluntate auxiliij illius determinante, quod præuisum est fore congruum; idq; specialiter complacēdo in ipsa cōgruitate eo modo, quo explicui disp. 23. cap. 13. Generalis ergo illa voluntas Dei, quæ ad omnes homines, atque singulos terminata fuit, duas habet quasi partes integrātes: altera terminatur ad reprobos, & de his solū vera est vniuersalis propositio ratione auxiliorū sufficientiū: de illis vero ratione gloriæ intentæ, vt cōnexa cū auxilijs cōgruis, modo iā explanato. Ecce ergo qua ratione Christus Dominus meruit voluntatē illā generalē Dei, nō solum vt communis est reprobis, atq; prædestinatis; sed etiam, vt est propria prædestinatorum: & vt in ea relucet maior dilectio erga illos, atq; misericordia, specialisque munificentia.

P. Vazq. P. Suar. Diverse cōsuetudines P. Suarez & P. Vazq.

Denique obserua discrimen inter P. Vazquez, & inter P. Suarez: nam ille 1. p. disp. 94. c. 2. in principio existimat, conclusionem nostrā catholicā doctrinā continere, significans eā esse de fide; is vero 1. p. lib. 2. de causa prædestinatiō. cap. 24. solū defendit illā, vt veriorē, & magis piā: quod etiā docuerat tom. 1. in 3. p. disp. 41. sect. 4. Discrimē hoc fundatur in diuersis principijs, in quibus hi Patres sapientissimi procedunt. Nā P. Vazq. existimat, prædestinationem solum consistere in præparatione in mediō congruorū; ita vt omnis voluntas eā præparationē præcedens, & per modum intentionis terminata ad gloriā, tātum spectet ad prouidentiam communē. Quapropter cōsequentiā hanc, meretur omnes effectus prædestinationis: ergo meretur ipsam prædestinationem, arbitratur esse prorsus indubitātā. Lege ipsum in ea disp. cap. 5. ad 3. Ergo cum ad doctrinā catholicā spectet meruisse Christum omnes effectus prædestinationis, etiam spectabit meruisse ipsam prædestinationem.

At P. Suarez cum, præter voluntates exequentes gratias congruas, constituerit electionem absolutam præcedentem ordine intentionis, tum omnia merita, tum omnem voluntatem exequentem; & cum etiam dicat, hæc voluntatem spectare ad prædestinationis essentiam, ex illo antecedenti, quod admittit meritum ad omnes effectus prædestinationis, non cogitur admittere meritum ad vniuersam prædestinationem secundum ordinem intentionis; nā asserit potuisse Christū, atque homines in vno rationis instanti prælegi ad gloriā: postea vero propter merita Christi moueri ad cōferēda media hominibus gratiæ in executione: tūc vero Christus Dominus meretur omnes effectus, omnesq; volūtares exequentes, nō tamē plenā prædestinationē. Et ita opinantur plures, qui posuerunt electionem prædestinatorum ante originale ex vna parte, & ex alia Christū prædestinatum in eius remedium: nā hi, vt opinior non possunt primam electionem prædestinatorum adscribere Christi meritis. Quapropter in eo cap. 24. sæpe inculcat consequentiā illā affirmatiue necessariam non esse: meruit omnes effectus prædestinationis: ergo ipsam quoque prædestinationem: & negatiue necessariam esse; vt non meruit, vt dentur in tēpore omnes prædestinationis effectus: ergo nec meruit ipsam prædestinationem.

Discrimē hoc in hęc locū examinādū remissi c. 1. n. 4. de quo ego cōseo primo vtrūq; cōsentaneè procedere ad sua principia. Cōseo secūdo, Quid autē sententiā, quæ affirmat Christū Dominū meruisse ipsam prædestinationem etiā completam, non solū lōge probabiliorē, vt docet Suarius; verum etiam mihi fere certam esse: nō tamen est

est animus inurendi censuram Theologicam sententia negatiua: fere autē Theologicæ certam esse constat ex dictis in his duobus capitibus. Censeo tertio, consequentiam illam affirmatiue solidam esse, non solum in principijs P. Vazquez; sed etiā in nostris. Pro quo recognoscenda sunt, quæ dixi disp. 23. cap. 2. in quo quatuor conclusionibus explicauimus; quo modo se gerat diuina voluntas circa finem, & mediā; circa meritum, & præmium. Et in summa dixi, Deum posse velle, tum eodem indiuisibili actu voluntatis finem, & medium; meritum, & præmium; tum diuersis ratione nostra: & tunc intentio finis prior est ratione electione medijs; & voluntas meriti prior voluntate remunerate per præmium. In eodem etiam cap. num. 18. explicui; qua ratione voluntas efficax Dei terminari non possit ad obiectum confusum, & indeterminatum: & qua ratione intentio gloriæ in determinato gradu, licet inefficax, virtute continere possit electionem determinatorum medijs efficacem.

Si vno actu Deum non elegit, non est distinguendus ordo intentionis, & executionis.

Hoc posito, si Deus formaliter, & expresse vno actu indiuisibili elegit suo prædestinato gloriam, vt connexam cum certis auxiliorum medijs; eis nimirum, quæ de facto contulit in tempore; non potest in ea voluntate distinguere ordo intentionis, & executionis: ac per consequens ea cōsequentiā affirmatiua solida est, & firmiter tenet; cum vis eius infringi nō possit, nisi per illos duos ordines. Quod vero in eo actu indiuisibili, etiam ratione nostra simul vno complexu; tendente ad finem, & mediā, seu ad merita, & præmium prædestinati, non possint distinguere illi duo ordines, perspicuum est; & in sententia P. Suarez indubitatum: nam ordo intentionis continet actus plures distinctos ratione, & inuerso ordine se habentes, ab ordine executionis; vt constat ex dictis disp. 23. cap. 11. Quod etiam in meis principijs asserendum est: nam quotiescumque intentio fertur ad finem sub ratione finis; distinctus actus est ratione ab electione, vt electio est: & quotiescumque præmium à Deo confertur

sub relatione præmij; distinctus actus est ab eo, per quem contulit meritum; vt declarauimus in ea disp. 23. cap. 2. Ergo in casu, quo Deus vno actu indiuisibili suæ voluntatis vult prædestinato finem, & mediā; seu meritum, & præmium, in eo actu distinguere non possunt ordines intentionis, & executionis: ac proinde consequentiā illa affirmatiue subsistit. Porro, si distinguamus ratione duos actus; alterum intentionis, & priorē ratione terminatū ad gloriā; alterum electionis, & posteriorem ratione terminatū ad gratias congruas: nihilominus existimo, consequentiā illam affirmatiue solidā esse ex alio nostro principio: nimirum circa eādem largitionem versari nō posse duplex decretū efficax: alterū gratuitū, & liberale; alterū remuneratoriū, quod fuisse ostendi disp. 23. cap. 10. Ex eo infero, quod si Deus habuit primam illam intentionē, vt præcedit ratione electionē gratiarum congruarū ante prævisionē meritōrū Christi, & independentē ab eis; etiam saltem virtute, & implicite habuisse electionē efficacem, terminatam ad illa eadem specie auxilia, prædestinati propria; quæ congrua præuisa sunt futura ex præscientia conditionata. Nā licet intentio illa, vt terminatur ad gloriā, sit formaliter inefficax, & cōditionata; est saltem virtualiter efficax, & absoluta, vt continet in se electionē gratiarū congruarum secundum nostram doctrinā, de qua disp. 23. cap. 13. Ergo iā ex vi illius Deus determinatus est, independentē à meritis Christi, ad eligendum pro prædestinato eas numero vocationes cōgruas decreto efficaci: ergo ad conferendū ei eandem ex liberalitate, & misericordia. Vnde nullus daretur locus meritis Christi pro eisdem; quia Deus non potest conferre eādem rem, & liberaliter, & remuneratoriē: ac subinde, cum certum sit, Christum Dominum meruisse omnes prædestinationis effectus; vt constat ex cap. 1. certum quoque est, meruisse ipsam prædestinationem: etenim, si ipsam nō meruit, omnes prædestinationis effectus mereri non poterit: vt constat ex discursu facto.

### Caput II. Christus Dominus meruit dilectionem specialem prædestinatis, vt est electio.

18 Duplex est controuersia.

**D**UPLEX in hoc cap. definienda cōtrouersia. Vtraque in terminis capit inter P. Suarez, & P. Vazquez. Prima; an meruerit Christus specialem electionē prædestinatorum secundum rationem electionis? Secūda; an ex æquo, seu indifferentē pro reprobis, & prædestinatis sua merita obtulerit; & Deus voluntate sua, ea præuidens, prædestinatos specia-

liter elegerit ad gloriā, nō reprobos: & cognita a Christo Domino hac electione, voluntatem suam cum Patris voluntate accommodauerit; & suis meritis executionem eius procurauerit? Vel an è cōuerso res hæc gesta fuerit; ita, vt Christus ipse sua merita speciali ratione applicauerit pro prædestinatis: atq; ideo eos Deus prædilexerit, conformans suam voluntatem cū Christi præuisa, & efficienter producēs gratias illas

illas congruas, sequens, atque exequens Christi voluntatem.

19 P. Suarez. Pars ne- quis inuirta que.

In vtraque controuersia partem negantē amplectitur P. Suarez. lib. 2. de causa prædest. cap. 24. num. 21. & to. 1. in 3. p. disp. 41. sect. 4. Mouetur primo: quia, vt proprie electio secundū rationē electionis facta sit ex meritis Christi, necessario ipsa prius præuideri debuerit à Christo specialiter applicata pro certis hominibus potius, quam pro alijs. Hoc vero dici nō potest probabiliter. Ergo, & c. In hoc syllogismo nota, vtramque partem cōtrouersia inter se cōnexam esse iuxta P. Suarez. Modo maiorē probat: quia si solam Deus præuidebat merita Christi oblata in communi pro omnibus sine discretione; integrum erat Deo nō determinari ad hos potius, quam ad illos: imo, & aut omnes, aut nullam efficaciter ordinare ad gloriā; quia meritum Christi, sic tantum oblatū, nullam imponebat necessitatem Deo aliquos determinate, aut aliquem indeterminate efficaciter eligendi: sed illis meritis sic oblati sufficienter satisfaciebat, conferendo gratias nō cōgruas. Ergo, vt dicamus, Christum meruisse electionem sub ratione electionis, præ necessaria fuit ex parte eius specialis applicatio solū meritum pro certis hominibus.

Responsum præcedentis patris.

Quod si respōdeas, huic argumento satis esse, vt Christo attribuamus electionem, quod propter eius merita Pater elegerit eos, quos elegit: nā Christus tūc vere est causa, vt hi præ alijs perueniant ad vitam æternam; obijcit, cōfundi in hac solutione specialem dilectionē cū electione; & ab illo nō negari, Christū Dominū per merita sua fuisse causam specialem dilectionis, in quantum est maius beneficiū cōparatione prædestinati; at ideo nō esse causam electionis, vt sic; quia hæc includit cōparationē inter prædestinatum, & reprobū, & prælationem illius. Quod si Christus indifferentē obtulit sua merita, ea prælatio fundari non potest in ea voluntate. Exempli gratia; si testator hæredi suo præscribat, vt centum Virgines ex vno oppido suis sumptibus in matrimonio collocentur; certum est, donationem hanc effectum esse voluntatis testatoris. Nihilominus cum hæres eligit determinate has, alijs non electis, quæ erant in ea ciuitate; in hac electione aliquid est liberalitatis tribuendū soli voluntati hæredis, non voluntati testatoris: atque adeo, si testator designasset determinatas centum Virgines, specialem illis gratiam contulisset, fuissetque tota causa electionis. Ita in nostro proposito aliquid tribuendū erit voluntati Dei, si propositis sibi Christi meritis, indifferentē hos prædestinatos elegerit, quod nō tribueretur, si a Christo Domino in numero homines specialiter præelecti fuissent. Ergo, vt electio secundum

dum rationem electionis attribuitur Christo, specialis applicatio meritum eius necessaria est.

20

Quod vero dici non possit probabiliter, Christum applicasse specialiter sua merita pro electione prædestinatorum, & ante illam, probat primo; quia, licet Christus in tempore specialiter orauerit pro prædestinatis, eiq; executionem prædestinationis singulari modo meruerit: at ideo hoc fecit, quia prænouerat, illos prius a Deo esse præelectos, & vt suam voluntatem Patris voluntati accommodaret. Quis enim vel cogitare audeat profundum mysteriū electionis hominum, totamque rationē, & modum prædestinatorum quoad numerum, & differentiam mansionum, & graduum in gratia, & gloria, fuisse quasi inuētum humanæ voluntatis Christi Domini; & a voluntate Patris solum hoc approbatum, & executioni mandatum: ita vt voluntas humana Christi gesserit primum munus gubernatricis; & voluntas Dei solius executricis? Maxime cum Apostolus ad Ephes. 1. referat negotium hoc in consilium diuinae voluntatis. Et ad Rom. 8. in altitudinem diuitiarum, sapientia, & scientia Dei. Ergo credibile non est, negotium hoc prædestinationis primum commissum esse voluntati humanæ Christi, sed a diuina præfinitum, & ab humana suscepta cura solius executionis.

Ad Ephes. 1. & ad Rom.

Confirmatur: nam nec cōtrarij negant, illam ipsam specialem applicationem meritum Christi pro prædestinatis processisse ex motione Spiritus sancti congrua, à Patre in voluntate Christi infusa: ergo ideo sic mouit Deus voluntatem humanam Christi; quia apud se prius præstituerat illos homines saluare. Decretum vero, infundens illam motionē cōgruam, non potuit esse effectus specialem applicationis meritum Christi, quia fuit causa: & ex alia parte nō potest nō numerari inter effectus prædestinationis; quippe est maximum prædestinati beneficium supernaturale, fructificans in vitam æternam: ergo illa infusio gratiæ cōgrua ad specialem applicationē, ortum habuit ex præ electione prædestinatorum ad gloriā, quæ antecessit omnē specialem applicationē meritum Christi. Quod vero ideo Christus in executione specialiter orauerit pro prædestinatis, quia prænouerat, illos beneuolentia specialia a Patre prosequutos; significat Ioannes Apostolus cap. 17. ibi: manifestam nomē tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erāt, & mihi eos dedisti. Et infra. nō pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Id quod sapere petit in eo capite: ergo significatur, a Patre prius Christo datos, atq; electos; & ideo voluntatem humanam Christi, se cōformatē diuinā, pro eis orasse. Idque ratio postulabat: nā si Christus Dominus in omnibus

Ioan. 17.



omnibus alijs actionibus sequebatur Patris voluntatem; multo magis in grauissimo negotio predestinationis.

21

P. Vazq.  
P. Lessius.  
P. Cornel.

In vtraque parte controuersie partem affirmantem defendit P. Vazquez 1. p. disp. 94. cap. 3. quem sequutus est P. Lessius lib. de predestinatione Christi sect. 3. & P. Cornelius à Lapide in commentarijs ad Pauli Epistolas ad Ephes. cap. 1. versu 4. Non refero huius partis fundamenta; quia eis mihi utendum est pro definitione huius rei. Nota ex nostra doctrina disp. 22. cap. 5. discrimen inter electionem, & dilectionem: nam cum comparantur ad idem obiectum, non sunt actus distincti; sed solū per connotata ratione nostra diuersimode concipi possunt. Dicitur dilectio, in quantum vult bonum dilecto: electio vero, in quantum hoc bonum vult dilecto præ alijs. In hac comparatione necessario inuoluenda est alia voluntas, siue expressa, siue virtualis, non dandi alijs illud bonum: vt cū quis animaduertens, se posse dare beneficiū quatuor personis, & vni confert; aut expresse, aut interpretatiue vult non dare alijs, vel per actum positiuum liberum, vel per omissionem liberam. Recognosce, que dixi in eo cap. 5. num. 44.

22

Christ. meruit electionem prædestinatorum, non tantum, vt dilectio est; sed etiam, vt electio est. Probo conclusionem ex communibus principijs inter concertantes: nam conueniunt in Christi merito in ordine ad prædestinationem; vt constat ex cap. 2. ergo omnes affirmant Christum meruisse omnes actus Dei, in quibus consistit prædestinatio, saltem vt libere terminatur ad effectus: ergo omnes etiam coguntur affirmare, Christum meruisse speciale illud beneficium prædestinationis, quod discernit reprobū, & prædestinatū; ac subinde, siue efficacē electionem ad gloriam ante merita; vt putat P. Suar. sine speciale electionem nostram non efficacem, siue electiones speciales gratiarum cōgruarum cum maiori beneficii, que se cum affert; vt putat P. Vazq. de qua re tractaui disp. 23. cap. 13. Ergo nihil est, aut in effectibus, aut in actibus voluntatis diuinæ, in quo superat prædestinatus reprobū, quod Christus non meruerit: ergo meruit electionem sub ratione electionis. Probo hanc consequentiam: quia Christus Dominus, antequam haberet merita, & ea offerret, præsciebat, omnes homines esse macula peccati originalis confectos. Item præsciebat fore, vt si ab ipso sua merita Patri offerrentur indifferēter pro omnibus hominibus, Pater eligeret hos prædestinatos ad gloriam, cuiusuis naturæ sit hæc electio: ergo, cum voluit offerre indifferēter, & de facto obtulit, voluit etiam virtualiter his

præ alijs conferre benedictionem speciale predestinationis. Probo consequentiam; quia cū sua oblatione indifferēti cōnexionem habebat infallibilem prædestinatio Patris: ergo in oblatione illa saltem indirecēte voluit ipsam prædestinationem: ergo etiam voluit saltem indirecēte his præ alijs conferri dona, quibus consequuturi erant vitam æternam: ergo non solum voluit dilectionem speciale, vt dilectio est, sed etiam, vt electio est. Quod vero anima Christi perspectum habebat, & omnes homines iacere in peccato originali; & fore, vt, si indifferēter offerrentur merita ab ipso Patri; ille eligeret hos prædestinatos: sumo ex 3. p. q. 9. & 10. vbi de scientia animæ Christi, in qua ostendo, animam Christi præditā esse scientia conditionali.

Dices, etiam supposita præscientia, & oblatione indifferēti, liberum erat Patri, aut nullos, aut omnes, aut hos potius, quam illos præeligere efficaciter: ergo ex oblatione illa indifferēti non fit, Christum Dominū meruisse electionem sub ratione electionis. Probo cōsequentiam: quia non sufficit voluntas causæ indifferētis, vt effectus sit volūtarius indirecēte. Respondeo dupliciter, causam indifferētem adhiberi posse; primo, sine præscientia conditionata euentus, si causa adhibeatur: secundo, cum præscientia, & cum speciali complacentia in effectū, qui prænoscutur sub conditione causæ futuræ. Concedo, voluntatem causæ non esse voluntatem indirecētam effectus primo modo. Nego vero, secundo modo voluntatem causæ non esse voluntatem indirecētam, imo & directam effectus; vt declarauī disp. 23. cap. 13. Nec obstat, semper libere Deum eligere hos potius, quam illos; nam etiam si Christus præhabuerit speciale illam applicationem solum meritorū erga prædestinatos, quā adstruit secunda sententia; libere nihilominus absolute eos eligit Deus. At electio, vt electio, adscribitur Christo in ea opinione: ergo libertas Dei in eligendis hominibus non obstat merito electionis, vt electio est. Ego vero arbitror secundo illo modo, vt minimum, se gessisse Christum in oblatione suorum meritorum; vt mox explano. An vero specialiter sua merita applicuerit pro prædestinatis, definitio. n. 26.

Nō nego, prædestinatos multum debere liberalitatis electioni Patris, dū ipse libere, atq; sine obligatione cogere hos potius designat ad beatitudinem præ alijs; nam licet præuiderit animā Christi Domini specialiter cōplacuisse in ea cōnexionē, quam præuidebat habere suam oblationē indifferēte cum electione Patris erga hos homines: at, cum illa non sit efficacax, & absoluta ex natura sua, non inducebat obliga-

obligationem in Patrem ad illam acceptandā: nam sicut voluntas Dei conditionata de aliquo obiecto non inducit obligationem, licet Deo gratum faciamus, cum eam adimplemus; ita nec Pater tenebatur acquiescere cuiuscumq; Christi petitioni, atq; orationi, nisi eis, quæ procedunt ex volūtate absoluta; licet dum acquiescit, gratū Christo faciat. Quo fit, Deum ex vna parte liberalem esse erga prædestinatos in designandis certis hominibus ad beatitudinē, & ex alia Christo gratū facere, dum se se accommodat speciali complacentiæ animæ eius.

24

Discrimen inter rem nostrā, & exemplū P. Suar.

Ex hoc cernes discrimen inter rem nostrā, & exemplū, quod protulit P. Suarez n. 19. nam cum testator ille præscribit centum determinatas Virgines, quæ nuptijs dentur ex vna ciuitate, inducit obligationem in hæredem, quia Virgines illæ ex designatione comparantur ad rem in quantitatem dotis: at complacentia illa specialis Christi in electionem Patris, quam præsciebat futuram, & si ipsi indifferēter offerret sua merita, nullam inferebat in Patre obligationem, vt dixi. Stat ergo ex vna parte Christum Dominum specialiter complacere in certis hominibus prædestinatis, & ex alia parte illos Deum liberaliter eligere.

Non sunt connexa dua cōtrauersia.

Ex his colligo, nihil obstante oblatione indifferēti Christi Domini suorum meritorum, posse nihilominus tribui voluntati Christi Domini electionem sub ratione electionis, adhibita ea speciali complacentia suæ voluntatis, quam explicui num. 23. atq; adeo vtramq; illam partem controuersie proposita non esse inter se connexam, vt putauit P. Suarez, & vt ego animaduerti in principio huius capituli. Vnde illa maior, in qua dicitur, vt proprie electio secundum rationem electionis facta sit ex meritis Christi, specialiter præapplicari debere à Christo sua merita pro certis hominibus, negari debet propter rationem à nobis explicatam supra; quæ etiam roboratur ex dictis à nobis cap. 1. num. 3. Ex quibus certum videtur, Christum Dominum meruisse prædestinatis propriam ipsorum electionem; quæ propositio intelligenda est in sensu formali, cū nihil sit, quod ipsam restringere possit ad sensum materiale, seu specificatiuum: ergo certum esse debet, Christum Dominum meruisse electionem sub ratione electionis. At non habet eandem certitudinem alia pars; nimirum specialiter, atq; inæqualiter direxisse sua merita pro prædestinatis, vt constabit ex dicendis num. 26. Ergo ea propositio demerito electionis formaliter defendi debet independentem ab alia parte de speciali applicatione meritorum.

25

P. Vazq.

Hinc etiam noto; P. Vazquez in eo cap. 3. num. 18. non bene affirmare, vt aliquid sit cau-

sa eligendi vnum ex multis, non oportere esse causam, vt vnus potius, quam alius liberetur; sed satis esse, si ipse pro omnibus indifferēter oret, & Iudex precibus inclinatus, vnum, aut alterum concedat, quem alioquin à morte nō liberaret. Nam cum electio, vt distinguitur à dilectione secundum propriam rationem formalem, contineat comparationem, & prælationem vnus præ alijs; & voluntatem, aut expressam, aut interpretatiuam non dandi alijs illud speciale bonum; licet tota electio, & quidquid boni per illam confertur à Deo, procefferit à meritis Christi; ac proinde omnis discretio inter prædestinatum, & reprobū, at si oblatio est omnino indifferens pro omnibus, cum in illa nulla contineatur comparatio, nec prælatio, non potest dici meruisse Christum electionem sub ratione electionis; sed tantum specificatiue, & materialiter. Vnde electio formaliter, vt sic, liberalitati Dei tribuenda erit; vt bene probat ratio formata à P. Suarez, quam proposui num. 19. Eodem modo se res habet in exemplo, quo vtitur P. Vazquez: nam is, qui vniuersalibus precibus orat, licet iudex inclinatus vnum, aut alterum liberet, meretur quidem omnem libertatem, non tamen electionem sub ratione electionis, quæ arbitrio iudicis tribuenda erit. At posita illa nostra speciali complacentia in electionem Dei præcognitam futuram, iam Christus habet speciale complacentiam erga prædestinatos, licet ex alia parte ex æquo redemptionem suam pro omnibus offerat Patri, ac subinde propter hanc inæqualitatem ipsi Christi voluntati electio Dei tribui poterit; quando, vt ei gratum faceret, prædestinatos suos sic elegit.

Dico secundo: probabilius mihi est etiam Christum Dominū specialiter applicuisse sua merita pro prædestinatis. Vt probem conclusionem hanc; supponendum est, Christum Dominum ante vllum meritum, ac proinde ante vllam Dei electionem prædestinatorum prædixisse scientia conditionali, per quam nouerat omnes homines ex Adamo descendētes secundum naturalem rerum cursum habituros existentiā in rerū natura certo tempore, & loco a certis parentibus; nouerat etiam vocationes cōgruas pro omnibus secundum varias rerum circumstantias, & etiam nō congruas. Post vero habita sua merita ea applicuisse existimo, atq; specialiter obtulisse Patri; vt his hominibus, qui prædestinati sunt, conferret illas eadem vocationes in his tēporibus, locis, & opportunitatibus, in quibus nouit fore congruas vsq; ad vltimā perseverantiam in gratia. Item applicuisse pro reprobis sua merita, vt Deus eis conferret easdem vocationes, quas nouit tantum

26

Christus D. speciali-ter applicuit merita pro prædestinatis.

E e e tantum

tantum fore sufficientes; quibus, quia ipsi noluerunt consentire, in peccato tandem decedent, atq; damnabuntur. Conclusionem hanc probat primo omnia, quæ diximus cap. 2. & 3. pro merito Christi in ordine ad prædestinationem, in quantum est præelectio: nam licet per illam specialem complacentiam, quam explicui conclusionem prima, aliqua ratione saluetur meritum electionis, ut est electio: at si Christus Dominus applicuit specialiter sua merita, ut dicimus in hac secunda conclusione; manifestum est, meritum electionis formaliter perfectius intelligi: ergo si in hoc modo merendi nulla est imperfectio, nullum incommodum, Christo Domino tribuendus erit.

27

Ioan. 13.  
Probatio  
ex sacra  
Scriptura

Secundo probo ex illis verbis Ioannis, cap. 13. *sciens quia omnia dedit ei Pater in manus; & quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit: surgit à cæna, & ponit vestimenta sua, &c.* Quasi diceret: voluit Christus discipulorum lauare pedes; quia hoc humilitatis singulare exemplum; magnopere ad eorum salutem, eruditionemq; pertinere iudicauit. Vnde illud, *quia omnia dedit ei Pater in manus*, intelligendum est de omnibus, quæ ad salutem hominum pertinent, quia hæc sciebat sibi esse à Patre tradita, atq; commissa. Ita Chrysostomus, atq; Theophilactus. Ergo negotium prædestinationis hominum Christo Domino commissum fuit: ergo electio, ut electio. In hunc locum circa illam difficile causalem, & quia a Deo exiuit, & ad Patrem vadit, magna est controuersia de coherentia eius; sed quæ ad nos non spectat. Vide Maldonatum.

Chrysof.  
Theophil.

Maldon.

Matth. 11.

Ioan. 6.

Confirmo hoc ipsum ex Matthæo cap. 11. in illis verbis: *ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te, omnia mihi tradita sunt à Patre meo: iunctis verbis Ioanis cap. 6. omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiecit foras; quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me; hæc est autem voluntas eius, qui misit me Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Circa locum

Hieronym.  
Beda.

Ioan. 13.

Matthæi, illud *omnia*, Hieronymus, & Beda interpretantur *omnes homines*, qui veniunt ad Patrem, hoc est prædestinatos; de quibus nullum perdidit; ut dixit idem Christus Ioannis 18. *quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quemquam.* Hanc interpretationem confirmat textus ipse, qui ait, *omnia tradita sibi esse à Patre; hoc est, reuelata, quæ ad fidem pertinent, mysteria, & commissas collationes gratiarum, quibus mandata Dei perferimus, & labores, atq; ærumnas huius vitæ perferimus; quoniam sic placitum fuit ante Patrem.* Vnde adiecit Christus Dominus, *nemo nouit filium, nisi Pater, neq; Patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego respiciam vos.* Quasi diceret, mihi a Patre tradi-

ta est distributio donorum, quibus diuina fidei mysteria comparari, atq; præcepta adimpleri, atq; iustificatio, & gloria obtineri possint: accedite ergo o homines ad me, ego suauitate, & delectatione harum gratiarum onera vestra leuabo. Quid verò sibi velit, cum cap. 6. Ioannis dixit, se descendisse, ut faceret Patris voluntatem, non propriam, explico in discursu, quo probanda est nostra conclusio.

Ioan. 6.

Matth. 28.

Cyril.  
Athanas.  
Gregor.

Confirmo secundo ex Matthæo cap. 28. ibi: *data est mihi omnis potestas in celo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes.* In quæ verba nota, Arianos contra diuinitatem ex hoc loco obiecit; quia si Deus esset, non diceret potestatem datam, sed sibi innatam. Sed Patres Ecclesiæ, ut Cyrilus, Athanasius, Gregorius Nissenus, & alij respondent, Christum accepisse potestatem, ut homo, quam ut Deus naturaliter habebat. Loqui verò Christum de potestate in ordine ad dona gratiæ, quæ habebat, ut redemptor omnium hominum; dubitari non potest: tum propter communem Patrum sententiam: tum ex cõtextu, in quo addit: *euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Ac si diceret: quando, quidam ad me missi estis, cui data est omnis potestas in celo, & in terra, a me vobis communicata: tunc ergo poteritis homines docere non humanam sapientiam, qua nihil est regno meo magis aduersum; sed diuinam, quæ apud homines stultitia est: docete crucem meam, &c. Quod si omnis potestas distribuendi dona gratiæ in celo, & in terra data est Christo homini à Patre, ad illum spectabat applicare merita sua efficaciter certis hominibus: nam si ante Christi speciale applicationem a Patre id prædefinitum fuisset; non posset dicere, datam ipsi esse omnem potestatem, sed meram executionem eorum, quæ à Patre decreta sunt. Sicut si Princeps apud se ita tuisset officia Regni determinatis hominibus tradere, & id committeret expresso scripto executionem alicui gubernatori; nihil ille posset mutare, sed tantum præscriptum Principis exequi: ac propterea dicere non posset, datam sibi esse omnem potestatem in eo Regno, aut Prouincia; sed solam executionem. Ergo cum Christus Dominus affirmet, traditam sibi esse omnem potestatem distribuendi dona supernaturalia, constituti hunc hominem Apostolum, alium Prophetam, alium Doctorem, alium Martyrem, alium Confessorem, &c. & conferendi præmia horum munerum in celo; dicendum non est ad ipsum tantum pertinuisse meram executionem, sed primam etiam electionem. Id etiam significat Dauid Psal. 2. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminas terra.* Et Isaias cap. 49. *Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ.* Et infra. *Hæc dicit Dominus: in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum*

Daniel 7.

*sum tui, & seruaui te, & dedi te in sœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas; ut diceretis bis, qui vincisti sunt, exite: & bis, qui in tenebris, reuelamini.* Hanc eandem potestatem confirmat Daniel cap. 7. vbi loquens de filio hominis ait: *dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & lingua seruient ei: potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur; vnde in nomine Iesu omne genu flectitur.*

28

Ioan. 15.

Augus.  
Prosper.P. Maldon.  
tas.

Ioan. 6.

Chrysof.  
Cyril.  
Leontius.  
Theophil.  
actas.  
Eutymius.

29

Probatio  
ex ratio-  
ne.

Tertio probatur ex verbis Christi Domini Ioannis 15. vbi agens cum suis Apostolis, ut suum erga ipsos amorem ostenderet, & argumento confirmaret, dixit: *non vos me elegistis; sed ego elegeri vos.* Circa quæ verba est diuersitas sententiarum: nam Augustinus lib. de prædest. sanctorum, cap. 17. & Prosper lib. contra Collatorum, & in commentario in Psal. 131. ea de prædestinatione interpretantur. Verum in eis non agi de prædestinatione, sed de electione ad officium Apostolorum, bene probat Maldonatus in hunc locum, & ex cõtextu videtur perspicuum: nam addit, *& posui vos, ut eatis, & fructum afferatis:* in quibus agit de electione, per quam missi sunt in orbem terrarum Apostoli. Id etiam probat cap. 6. Ioannis, ibi: *non ne ego vos duodecim elegeri, & ex vobis vnus Diabolus est?* ergo non agit de electione prædestinationis: nam qui prædestinatus est, Diabolus fieri nequit. Et ita sentiunt Chrysostomus, Cyrilus, Leontius, Theophilactus, Eutymius, & alij plures. At si verba hæc probant, Christum Dominum per applicationem suorum meritorum fuisse primum Apostolorum electorem, & voluntatem Patris in eo cõformatam fuisse voluntati Christi: quare id ipsum non affirmetur de alijs prædestinatis, qui salutem consequuti sunt ministerio, & prædicatione Apostolorum, & successorum illorum?

Quarto conclusionem proba, & declaro ratione, in qua aperientur propria circa modum, quo se gesserunt voluntas Dei ex vna parte, & Christi ex alia; & quo pacto sese mutuo cõformauerint in negotio prædestinationis hominum. Pro quo obserua primo; ex parte Dei præcessisse scientiam conditionatam, quæ prænouit fore, ut si produceret Christi humanitatem, & eam cumularer dono vnionis diuinæ, gratiæ habitualis penne infinitæ, lumine gloriæ, visione, atq; amore beato, & sua adesset omnipotentia pro omnibus actibus liberis, quæ de facto habuit toto decursu vitæ; fore, inquam, ut ab hac humanitate ijs beneficijs donata persolueretur pretium redemptionis nostræ, & constitueretur meritum omnium prædestinationis, atq; donorum. Etiam nouit per scientiam conditionatam, fore, ut habito hoc merito, & pretio soluto, eoq; ab ipsa præuiso exitente in propria mensura temporis, ab illa volu-

tate humana specialiter applicaretur sua merita (quorum Dominus erat) pro certis hominibus, pro his nimirum, qui de facto prædestinati sunt. Ex hoc duplici actu præscientiæ conditionatæ in mente diuina existente, duplicem actum complacentiæ in voluntate Dei considerare possumus. Primum; quo complacuit in futuritione conditionata meritorum Christi: secundum; quo in futuritione conditionata specialis applicationis. Deum autem complacere libere in exitentis conditionatis reum, docti, disp. 23. c. 13.

Post hanc præscientiam, & complacentiam immediate habuit decretum efficaciter mittendi Christum, & eum donandi vnione ad Verbum, gratia habituali, lumine gloriæ, visione, & amore, atq; assistentiæ suæ omnipotentis. Ex hoc decreto, seu in ipso præsupposita præscientia conditionali dicta, immediate prænouit futura absolute omnia merita Christi: futuram quoq; speciale applicationem meritorum ex parte eius, hoc discursu virtuali. Ego scio conditionate futura esse merita ex hac humanitate, si illam cumulaero beneficijs iam enarratis; & modo scio me decreuisse eam ita cumulare: ergo erunt absolute merita, eritq; specialis illa applicatio. De hac re egi tractatu de scientia Dei disp. 6. cap. 4. n. 38.

Antequam procedamus ad reliquos actus voluntatis diuinæ, videamus, quid tunc agebatur in intellectu, & voluntate humana Christi. Ipse ergo existens iam ex hoc Dei decreto, tum scientia beata, tum scientia infusa cognoscebat, & actus illos scientiæ conditionatæ Dei, & complacentias erga obiecta illa conditionata. Videbat quoque; tum ex decreto efficaci Dei, tum in obiectiua veritate ipsorum meritorum ea esse iam absolute futura, & executioni mandata in propria mensura temporis. Deinde immediate ipsorum valore meritorum, atque satisfactorum, speciali voluntate applicuit pro prædestinatis, quos etiam nouerat per suam scientiam conditionatam eo modo, ut notauimus num. 26. Ad hanc autem applicationem; imo & ad ipsa merita existentia, solū præsupponebatur ex parte Dei complacentia illa voluntatis suæ in futuritione conditionata, tum meritorum, tum specialis applicationis. Ideo verò Christus Dominus specialiter applicuit sua merita pro prædestinatis, quia prænouit Deum in statu conditionato complacuisse in futuritione conditionata iustificationis, per seueritatem, & consequentis gloriæ prædestinatorum; non verò complacuisse in simili futuritione conditionata, quæ præuidit ex parte reproborum, si eis largiretur alias gratias, in alio reu ordine. Itaque; quia nouit Christus Dominus propter hanc complacentiam circa hos prædestinatos, gratum fore Patri suo, si specialiter, atq; efficaciter, hoc est, cum effectu eis sua merita applicaret, ideo re vera sic accommodauit. Hæc voluntas

Ioan. 6.

mihī videtur explicuisse Christus Dominus, cum dixit Ioannis 6. *omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: hoc est, ego faciam, ut cum effectu ad me veniat per specialem applicationem meorum meritorum omnis homo, in quo scio specialiter complacuisse voluntatem Patris: nam ideo descendi de cælo, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, non solum in producendis meis meritis, sed etiam in eis specialiter offerendis; atque adeo non perdam quemquam ex his, quos dedit mihi Pater. Id etiam significat, cum dixit Ioannis 17. *manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo, clarificans te super terram. Et cū dixit: ego pro eis rogo; non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Pro eis; hoc est, pro predestinatis rogo petitione efficaci, non tantū sufficienti. Et cum addit, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, mire declarat mutuam complexum vtriusq; voluntatis, sic dicens. Exaudi orationem meā, O Summe Pater, quia non oro pro mundo; hoc est, pro hominibus sceleratis, incredulis, reprobis, indignis hoc tanto beneficio; sed pro his, qui tui sunt, quia tu specialiter, atq; liberaliter complacuiti in eis: quique credent, & sermonem tuum seruabunt, & tecum perpetuo viuunt: quique mei sunt, quia ego illos pretio mei sanguinis redemi, & mea speciali voluntate elegi. Vnde, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Hinc Deus exaudiuit Christum pro sua reuerentia, atq; elegit predestinatos omnes indiuisibili quodā actū voluntatis suæ, eligens ipsos ad gloriā, ut connexam cum illis medijs gratiæ, quæ præuiderat fore congrua in hoc statuto rerum ordine. Hanc electionem specialē fuisse explicui disp. 23. cap. 13. post hanc verò a Christo Domino comparatam suis meritis, atq; præuisam, dixisse mihi videtur apud Ioannem in eo cap. 17. *quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis perijt. Quæ verba immediate subiiciuntur post Christi orationem, in qua continetur specialis meritorum suorum applicatio: nam, impetrata speciali ea electione propria predestinatorum, immediate vidit; infallibiliter futurū esse, ut ipsi consequantur gloriam: ac subinde cum omni securitate dicere potuit, neminem periisse ex his, quos dedit ei Pater seruandos, & custodiendos in hoc mundo: dedit verò propter specialem illam complacentiam in futuritione conditionata explicata; Christus autem seruauit efficaciter propter eam specialem applicationem: vel etiam dedit, quia in genere causæ efficientis Deus in predestinatis produxit, quidquid habent tum naturale, tum supernaturale.***

Ioan. 17.

Ioan. 17.

30

Ecce ergo quo pacto tota predestinationis œconomia gubernata fuerit: & qua ratione se

se mutuo voluntates, humana Christi, & diuina Dei respexerint, & inter se se conformauerint: nam ex vna parte Christus Dominus non solum merita sua protulit liberaliter pro omnibus hominibus, sed etiam specialiter obrulit pro predestinatis. Nam, licet ad hanc oblationem specialem inclinatus fuerit à diuina cōplacencia præuisa in futuritione cōditionata eius applicationis; ut explicui numero superiori: at enim nullā ea complacencia inducere potuit obligationē in humanam Christi voluntatem; quia solū fuit simplex affectus in statu cōditionato eius specialis applicationis; ideo igitur ea à Christo Domino omnino liberaliter exhibitā fuit: nō tamen ita se res haberet, si ad eam applicationem, seu orationē pro predestinatis præsupponeret in Deo decretum efficacem, absolutamq; præelectio: nam ea proculdubio inferret obligationem in Christum se illi conformandi; ac subinde non foret primus liberalis elector, sed obligatus exequutor rigidi Patris decreti, quod non bene consonat cum munere perfectissimo Redemptoris nostri, cū gloria, & honore Christi Domini. Ex alia verò iam voluntatem suam humanam accommodabat priori aliquali Patris voluntati.

Ex parte verò Dei præuisis tum Christi meritis cum omni suo valore meritorio, atq; satisfactorio, ut materia præsupposita, propter quam postulabat à Patre pro predestinatis gloriam, & omnem seriem gratiarum congruarum; tum etiam præuisa hac speciali, atq; efficaci oratione, se accommodans cum hac Christi voluntate humana, habuit specialem electionem propriam predestinatorum, per quam indiuisibiliter eis voluit gloriam, & seriem gratiarum congruarum. Is actus eligendi simul est efficax, & inefficax comparatione diuersorum; efficax quidem antecederet, in quantum confert dona, quæ non pendent a libera cooperatione voluntatis: in efficax vero consequenter in conferendis donis, quæ pendent: at, post præuisam liberi arbitrii cooperationem transit in absolutum; ut sæpe explicui in hoc tractatu, ac nominatim disp. 23. cap. 13. Voluntatem diuinam ita se accommodasse humanæ Christi voluntati, probant, quæ produxi pro secunda conclusione roboranda. Nec in hoc modo se conformandi video incommodum alicuius momenti: nā quemadmodum nullum hominum peccatum condonauit Deus, nisi prius præsupposita Christi Domini satisfactione oblata à Christo Patri, & in eo voluntas Dei se accommodauit humanæ voluntati Christi; ita sine incommodo dicere possumus, nullum ex hominibus post peccatum Originale elegisse ad gloriam; nulli gratias congruas præparasse, nisi prius præsuppo-

Quo pacto se respexerint voluntates Dei, & humana Christi in negotio predestinationis.

præsupposito merito Christi, eoq; specialiter applicato pro tali electione. Id, quod manifestius fiet, cum fundamenta P. Suarez diluamus, & alias obiectiones explaneamus.

31  
Obiectio prima.

Sed contra primo; ex nostro discursu sequitur, hanc esse optimam causalem: *ideo predestinati à Deo specialiter electi sunt, atque acceperunt gratias congruas; quia Christus Dominus pro eis tantum eas meruit, & sua merita pro eis tantum specialiter applicuit: & reprobi ideo non electi sunt speciali electione, nec gratias congruas acceperunt, quia nō meruit eas pro eis, nec specialiter applicuit.* Hæc autem causalis dura videtur, & deuoratu difficilis: etenim ex ea fieri videtur, reprobationem hominum referendam tandem esse, ut in primam causam radicalem, in defectum eius specialis applicationis Christi; hoc autem videtur absurdum: nam prima reprobationis causa est peccatum reprobī, non defectus orationis Christi; ut doceo in secunda parte tractatus disp. 33. cap. 3. *Quod verò ex ea causali sequi videatur, primam radicem reprobationis reuocari ad defectum specialis applicationis, probo sic: nam si Christus sua merita dirigeret, ut non electi à Patre specialiter eligerentur, ipsiq; conferret gratias, quas præuouit congruas fore; proculdubio Pater exaudiret preces Christi, & impetratis eis auxilijs, consequerentur vitam æternam: ergo ideo non electi non saluantur; quia Christus non direxit merita sua ad obtinendas gratias congruas pro non electis.*

Obiectio 2.

Contra secundo; nullum finem honestum huius inæqualis applicationis habere potuit humana Christi voluntas: nam quis ille erit? An ne, quia præuidit, predestinatos maiores acturos gratias pro beneficio, quam non predestinatos, si predestinarentur? Minime sane. An, quia ex parte subiectorum aliquid habuit speciale motiuum? Nequaquam. Quapropter illi speciali electioni subesse videtur vitium, seu umbra acceptionis personarum. Si dicas, motiuum fuisse eam specialem complacentiam præuisam in Patre: in voluntatem Patris idem instituitur argumentum. Nam quare specialiter complacuit in futuritione conditionata predestinatorum, & non in alia simili reproborum, quam præuouit? quemnā proposuit honestum sibi finem? cum tanta gloria Deus ipse, atq; Christus afficiēdi forent, si alios predestinassent.

32

Nō est discrimen physicum constitutum inter auxilium sicū inter efficax, & sufficientem in actu primo: nam nō electi, quibus solum meruit Christus gratiam sufficientem, saltem ad decedendum in gratia, iustificati, tam videntur habere querelam in Christum

Dominum, quatenus solum eis meruit auxilium, cum quo propter eius naturam, in quantum sufficiens, negatio adimpletionis præcepti obligantis adeo essentialiter coniuncta est, secundum horum auctorum sententiam, ut nec de potentia absoluta voluntas ipsorum cū solo auxilio sufficienti coniungere possit obseruationem vltimij præcepti. Sed de hoc alias. At in sententia, quam tueor, & ex professo declaravi in tractatu de Auxilijs, quæ nullum cōstituit discrimen physicum in natura auxilij sufficientis, & efficaci; imo sæpe auxilium sufficientis vberius est, & magis habet de entitate gratiæ, facilis est obiectio diluta: nam Christus Dominus meruit, atq; petiuit pro singulis hominibus eadem auxilia, quæ habuerunt, habent, ac habituri sunt. Vnde affirmare possumus, pro omnibus meruisse auxilia cum ea virtute efficiendi proxima, ut voluntas immediate cooperari possit, quin aliquid virtutis desideretur in ipso auxilio. Quod verò hæc in predestinatis congrua, atq; efficacia fuerint; ex bono vsu liberi arbitrii adiuti gratia, tamquam à prima radice, petendum est, tum in statu conditionato, tum in statu absoluto; ut fuscè explicui in prædicto tractatu. Nō ergo reprobis meruit auxilia non congrua, aut inefficacia formaliter ut sic reduplicatiue; sed sufficientia, id est ex se indifferentia ad congruitatem, & nō congruitatem; ad efficaciam, & inefficaciam. Quapropter Christus Dominus nō direxit suā orationē, ut Deus reprobis cōferret auxilia inefficacia, & nō cōgrua ut sic; nec ex Christi oratione originem duxit, eis distribui gratias nō congruas; sed ex negata cooperatione libera ab ipsorum arbitrio. Cuius ratio à priori est: quia auxilium inefficax, seu non congruum, ut sic secundum rationem, quam addit ad sufficientem, & per quā distinguitur ab efficaci, solū inuoluit in subiecto rationē negatiuā, nō virtutis efficiēdi in ipso auxilio sufficienti; nā hanc sæpe æquale, aut maiorem habet, quam efficax, sed cooperationis libera: atqui, ut per se constat, Christus Dominus nō direxit sua merita, atq; orationē, ut reprobis nō respōdeat vocati Deo; nō ac quiescat annuenti; aut ut non eligatur specialiter à Deo: imo quantum est in se, ardēter cupiebat, ut reprobi omnes Deo se obediētes exhiberent vsq; ad perseverantiā in gratia, & ab ipso gloria donarentur: ergo conferri reprobis gratias inefficaces nō est adscribendū orationi Christi Domini, sed libero arbitrio.

At obijciat aliquis; Christus direxit sua merita, ut Deus largiretur non electis ea numero auxilia, quæ largitus est. Sumo vltimum: illud auxilium numero habet adiunctam negationē congruitatis, & efficacitatis: ergo saltē indirecte Christus Dominus, dū voluit, ut cōferretur

Satisfactio ad primam obiectionem.

33

Replicat.

Eec 3 hoc

hoc numero auxilium, voluit, ut reprobis in vltima occasione non responderet. Probo consequentiam: etenim illud indiuiduale auxilium est saltem distinctum numero ab alio, quod præcognitum fuit, fore efficac in illa vltima occasione: ergo qui meruit, atq; orauit pro hoc numero auxilio, indirecte voluit negationem alterius numero auxilij efficacis: ergo etiã indirecte voluit, ut homo ille non responderet in vltima occasione.

Respondeo, distinguendo minorem obiectionis: *illud numero auxilium habet adiunctam negationem congruitatis ex malo vsu liberi arbitrij; cõcedo. Vt est à Christo Domino, tamquam à causa meritoria; nego.* Nam, ut sic, tantum est auxilium sufficiens secundum rationem indifferentem ad efficac, & non efficac; ad congruum, & incongruum, ut dixi. Consequentiam verò absolute nego. Ad probationem concedo antecedens, & primam consequentiam: nego autem secundam. Vt verò intelligas rationem, qua re nego secundam hanc consequentiam; diligenter obserua, in eo numero auxilio, quod est sufficiens, duplicem negationem considerari oportere. Prima negatio est alterius numero auxilij quoad indiuiduationem, quod si daretur, foret opportunum. Secunda negatio est boni vsus. Prima illa negatio necessario connexa est cum entitate auxilij sufficientis secundum indiuiduationem eius. Secunda vero non tantum accidentario, sed etiam contingenter adest, & abest; ut satis explicui. Ac propterea verum est, Christum Dominum, qui obtinuit à Patre, ut non electio daretur hoc numero auxilium in hac vltima occasione, indirecte necessario voluisse negationem alterius numero quoad entitatem: non autem verum est, aut directe, aut indirecte obtinuisse, aut voluisse secundam negationem boni vsus; quia hæc solum contingenter coniungitur cum eo auxilio. V. g. sumo Petrum, ut est hoc indiuiduum necessario sequitur ad eius entitatem negatio Pauli, ut est etiam tale indiuiduum. Sumo item vtrorumq; voluntates: ad eas necessario sequitur mutua negatio: at si Petrus amat Deum, non Paulus; ad Pauli voluntatis entitatem non sequitur necessario carentia amoris, sed contingenter. Nec qui impetrauit produci Paulum cum ea voluntate; ei priuatio amoris voluntaria est; quia ad voluntarium indirectum non est sufficiens voluntas causæ indifferentis, sed determinatæ, aut à natura, aut ab obligatione morali ex officio, aut alia deputatione. Pari igitur ratione Christo Domino merenti auxilium sufficiens reprobi, ut est causa indifferens, nec directe, nec indirecte voluntaria est negatio responsionis.

Piacet modo ex hac doctrina euoluere cau-

fales illas obiectas; quia latet sub illis obsecra æquinocatio. *Ideo prædestinati sunt à Deo specialiter electi; quia Christus Dominus eis meritis congruis gratias congruas.* Hæc causalis legitimatio est; at adhibetur particula exclusiua tantum; in qua & continetur pars affirmans, meruisse pro prædestinatis gratias congruas; & negans, meruisse gratias congruas pro non prædestinatis: iam dixi, secundum partem affirmantem, legitimam esse. Pars verò negans sic distinguenda est: *non meruit pro reprobis gratias congruas, quia tantum meruit gratias indifferentes ad congruitatem, & negationem congruitatis; concedo: quia direxit sua merita ad ipsam negationem congruitatis; nego.* Nam, licet optime perspectum habuerit, eis numero gratijs adesse negationem congruitatis; non tamen illam intendit, aut directe, aut indirecte: imo potius, si à Christo Domino petamus, vnde nouerit, eis gratijs coniunctam esse negationem congruitatis, respondebit; quia liberum arbitrium, cum posset coniungere congruitatem, subtraxit bonum vsum. Propter quam etiam rationem meritum, seu applicatio Christi cadit supra eas gratias, quæ ideo non sunt congruæ, quia liberum arbitrium, cohibendo cooperationem, fecit non congruas, hoc est, opere vacuas. Vnde in ipsum refertur prima radix non congruitatis.

Secundum hanc doctrinam, illa alia causalis, ideo reprobi non sunt electi speciali electione, nec acceperunt gratias congruas; quia Christus non orauit, ut ipse conferrentur à Deo, aut absolute neganda est, nam causa referenda est in negationem boni vsus liberi arbitrij: aut distinguenda est; ut dixi. Ex quo etiam satis constat, probationem, ac maxime positiuam, referendam esse in peccatum reprobi.

An verò negatiua, hoc est, non electio specialis, aut referenda sit in Deum, aut in Christum Dominum, aut etiam aliqua ratione in ipsum reprobum? disp. 33. cap. 3. differo: *cõgruam, Hoc tantum pro nunc obseruatum velim, voluntatem dandi gratiam, & gloriam reprobis, & prædestinatis ex parte obiecti esse actus in diuina voluntate veluti numero distinctos: nam, licet vnus velit gratias congruas, alijs nõ congruas; at hæc gratiæ solo numero differunt; ut dixi: ergo ex parte obiecti voluntates illæ tantum quasi numero distinguendæ: imo, & ex parte modi tendendi, quia vtraque voluntas, & inefficax est anteceder in ordine ad gloriam, & efficac in ordine ad gratias modo cõgruas, modo non cõgruas, tum in prædestinato, tum in reprobo. Ad hæc; quemadmodum gratiæ sufficienti accidentario, & contingenter aduenit negatio cõgruitatis; ut dixi: ita voluntati illi Dei, qua vult reprobo*

reprobo gloriam, & gratias sufficientes; quasi contingenter aduenit, non esse specialem electionem prædestinatorum, ut illa terminatur ad solam entitatem gloriæ, & gratiarum. Vnde, licet ad illam voluntatem necessario sequatur quasi negatio electionis specialis, quæ de facto est, huius prædestinati, sicut diximus: & ad hoc numero auxilium sufficiens necessario sequatur negatio alterius numero auxilij, quod congruum est; at ei voluntati non esse specialem electionem quasi contingenter accedit; sicut auxilio sufficienti nõ esse congruū. Dixi vero, *ut terminatur ad entitatem auxiliiorum, & secundum modum tendendi; nam, in quantum dependet ab alia complacentia priori conditionata, à qua processit; & in quantum terminatur ad ipsam congruitatem existentem ex propria ratione; alia vero reproborum ad solam possibilem; forte sortitur diuersam rationem; de qua re tractauimus disp. 23. c. 13.* Ad probationem illius causalis concedo antecedens: *quia si Christus Dominus specialiter orasset, ut Deus conferret reprobis alias numero gratias, quas prænotuit congruas fore, sine dubio exaudiretur; & hi, qui modo reprobi sunt, forent prædestinati.* Nego vero consequentiam; quia non ideo non saluantur modo hi per has gratias, quas acceperunt; quia voluit Christus, aut impetrauit, ut eis darentur non congruas, ut sic. Solum ergo probat, potuisse Christum mereri, & Deum conferre non prædestinatis gratias congruas: noluisse tamen propter rationes sibi soli notas, quas nos veneramus exclamantes: *O altitudo sapientiæ; & scientiæ Dei.* Hoc vero nullum est incommodum; nam nullus Catholicus id inficiari audebit; ut etiam attingo in solutione obiectionis secundæ.

35 Secunda obiectio facilior est: primo petitur in ea, quemnam finem honestum habuerit Christus in speciali illa applicatione: Respondeo, id nobis notissimum esse, nullam subesse inhonestatem ei electioni: etenim si Princeps liberaliter subuenit quibusdam in miseria constitutis, non alijs misericordiam præstans; licet non tam vniuersalem, quam si omnes liberaret. Licet ergo cuiusq; de suo facere, ut vult: nec quia nos nequam sumus, quia inuidia alienæ felicitatis fortis tangimur; ideo Deus bonus non est. Non vero esse vestigium vitij applicationis personarum, constat ex cõmuni doctrina Theologorum cum S. Thoma 2. 2. q. 63. ar. 1. Nam ad hoc viciũ requiruntur hæc inter alia. Primũ, quod communitas aliquod ius acquirat ad bona distribuenda. Secundum, quod distributor nõ attendat ad personæ dignitatẽ, ut illam efficiat digniorem pluribus. At enim cum vniuersitas hominum nullum comparare

potuerit ius ad auxilia diuina, sed eorum plenum dominium sit apud Deum, & Christum; & cũ in eorum personis nulla sit dignitas, quæ conducat, sed per peccata indignitas: nulla potest subesse vmbra huius vitij; dum Christus impetrat vnũ vberiora auxilia, alijs rariora. Ita quæ specialis illa applicatio honesta fuit ex obiectio; liberalior quidẽ comparatione prædestinatorum; liberalior etiam cõparatione reproborum. Neq; ei accedit aliqua inhonestas ex inæquali liberalitate ut constat. An vero etiam intenderit complacere Patri, dum se cõformauit speciali complacentia in futuritione cõditionata prædestinatorum, quam explicui num. 29? & an maiores gratias sperauerit à prædestinatis, quam à reprobis, pro maiori beneficio? nihil refert; quia, ut notatur in argumento, locum habet in voluntate Dei. Licet ergo finis honestus particularis nobis ignotus sit, sufficit in ea applicatione speciali esse honestam sine inhonestate. Nota vero, hoc idem locum habere in contraria sententiã, quæ dat voluntati diuinæ principium eligendi, & ei etiam incumbere his satisfacere obiectionibus.

Ad argumenta P. Suarez fere in discursu satisfactum est. Ad primum negandum est, ideo Christum solum pro prædestinatis orasse in tempore, ut executioni maderet Deus, qui præelegerat; sed etiã ut Pater specialiter eligeret: hoc autem non obstante, accommodauit suam voluntatem voluntati Patris, in quantum præcessit complacentia illa in futuritione conditionata, quam explicui in probatione secundæ cõclusionis à ratione. Quod vero negotiũ, profundumq; mysteriũ prædestinationis eo modo, ut dixi, voluntati humanæ Christi Domini commissum fuerit; non solum nihil habet absurdum; sed etiam valde fuit conuenientissimum ut homini, & Deo, in quo sunt absconditi thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei; qui, cum Deus esset, se tradidit morti ignominiosissimæ in natura humana assumpta: quod tanti maioris momenti est; quantum vita Christi pluris æstimanda est, quã salus omnium hominum. Conuenientissimũ ergo fuit, ut huic daretur nõ solum nata, atq; limitata exequendi facultas; sed plena gubernandi potestas in cælo, & in terra: sicut ipse magis expedire ad gloriam Dei iudicabat. Illud vero, quod adducit ex Paulo ad Ephes. cap. 1. nõ videtur ad rem: nam in eo cap. Paulus duplici loco vitur ea phrasi. Primo versu 5. *qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suæ.* Secundo versu 11. *ibi: in quo etiam, & nos sorte vocati sumus prædestinati, secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Et in prioribus verbis eleganter Paulus omnes causas nostræ prædestina-

Ecc 4 destina-

Enodatio

In auxilio sufficienti duplex negatio.

34

36

Responsio ad argumenta in oppositũ.

Explicatus Paulus.

destinationis complexus est; Deum ut efficiētem, cum ait, *qui predestinavit*; Christum meritoriam, cum ait, *per Christum*; materialem, cum ait, *nos*; exemplarem, cum ait, *in ipsum*, scilicet Christum; ut ipsi Christo quasi capiti, & exemplari conformemur: finalem, cum ait versu sequenti *in laudem gloria gratia sua*: formalem quasi extrinsecam, cum ait, *secundum propositum voluntatis sua*; hoc est, iuxta decretum liberale voluntatis Dei, seu specialem electionem, in qua consistit predestinatio nostra, saltem ex parte; ut docui disp. 22. cap. 7. At ibi Paulus non negat, ad illam Dei specialem electionem ex parte Christi precessisse merita, atque specialem eorum applicationem; imo id innuit, prius causam meritoriam assignans. Eodem modo intellige verba versus 11. nam solum significat, Deum non procedere in negotio nostre predestinationis modo casuali, sed prudenti proposito decreto, atque inito consilio cum Christi humana voluntate.

Ad confirmationem concedo, illam specialem applicationem processisse in Christo Domino ex aliqua motione congrua Spiritus sancti, à Patre in voluntatem Christi infusa: ceterum, ut bene animaduertit Lessius disp. de predest. Christi sect. 3. num. 39. putandum non est, Christum Dominum, ut reliquos homines, habuisse transitorias preuias motiones, atque pulsationes; cum ex scientia beata, & amore bea-

tifico permanenter, sublimiori modo assistente omnipotentia Dei, beatissima illa Christi Domini anima diuinitus regeretur. Unde non indigebat impulsu transeunte illustrante, atque inspirante: & licet hunc etiam daremus Patri Suarez, non efficitur, illam motionem processisse ex decreto Dei saluandi hos determinate homines; sed ex speciali complacentia in futuritione conditionata salutis eorum, & applicationis specialis Christi Domini, ut iam dictum est. Hi vero affectus non sunt effectus nostre predestinationis, sed causa; sicut Christus Dominus est causa, non effectus; licet ipsius existentia mediate in nobis fructificauerit in vitam æternam, ut tetigi cap. 2. num. 12. Et fusius explico disp. sequenti cap. 5. Denique testimonia, quæ affert ex Ioanne, iam explicui, in nostram sententiam ea inducens supra num. 29.

Doctrinam de applicatione speciali meritorum Christi Domini pro predestinatis limitat P. Vazq. & Lessius supra, ut solum intelligatur de hominibus Christo coexistentibus, aut de predestinatis post ipsum futuris; quia arbitratur, in præteritis locum habere non posse eam specialem applicationem per orationem. Verum, ne caput hoc longius procedat, tum hoc, tum alia, quæ noster discursus supponit in capitibus superioribus, remitto definienda in cap. sequenti.

37  
P. Vazq.  
P. Lessius

Caput III. *Qua ratione Christus existens, atque merens independēter a progenitoribus præuisus fuerit.*

**V**I, quæ statuimus in superioribus capitibus, atrenta mente considerauerit, perspiciet semper à nobis supponi, Christum ita præuisi existentem, ut possit mereri omnibus hominibus gratias omnes, quas acceperunt post peccatū Adæ: perspiciet etiā in cap. 3. ita nos stabiluisse, Christum Dominum specialiter selegisse predestinatos, ut sine differentia supra omnes ceciderit ea electio, omnesque iudiscriminatim comprehenderit. Nam testimonia sacra Scripturæ, quæ adduximus num. 27. & 28. vniuersaliter loquuntur; & si probant de quibusdam, de omnibus probant; vel si non de omnibus, nec de quibusdam. Ut vero hæc vera sint: atque defendi possint, duo necessaria videntur. Primum; ut Christus Dominus aliqua ratione habeat existentiam sufficiens ad meritum independenter à progenitoribus. Secundum, quod parēs eius, & Patres veteris testamēti nō sint vita functi ante Christi preces speciales præuisas. Quod autem primum horum necessarium sit, sic probatur,

sumpto aliquo Christi Progenitore, & specialiter Beatissima Virgine Maria: nam omne ipsius meritum traxit originē ex meritis Christi, tamquam ex radice meritoria: ergo etiam meritum illud, quo meruit de congruo maternitatem Dei: ergo meritum generationis Christi processit ex meritis Christi. Nam maternitatem Dei ex generatione Christi Dei, atque hominis comparauit: atque adeo, si Christus Dominus ex alio capite non habuit existentiam independenter à matre sua, ipse fuit causa meritoria actionis, per quam primo exiit: atque adeo causa sui: & principium meriti; scilicet Christi Domini existentia cadit sub meritum, contra doctrinam communem Theologorum, & satis demonstratam à nobis disp. 28. cap. 2. n. 8. Hoc idem argumentum procedit in Beato Ioachimo, & Ana, atque in alijs ascendentibus; quia tam implicat esse causam sui mediatam, quam immediatam: nam ut ad causam immediatam non supponitur existentia Christi; ita nec ad mediatam: & ut ad existentiam Christi supponuntur causa immediata per se necessa-

38



Punctus  
difficultatis.

necessaria; ita ad existentiam harum causarum supponuntur priores causa, quæ in eas existentias influxerunt; ut per se constat: ergo quemadmodum, si Christus Dominus non habuit existentiam aliqua ratione independenter à Beata Virgine, non potuit ipsi mereri meritum maternitatis, hoc est, ut Christum gigneret; ita nec mereri potuit, ut Ioachimus, & Ana gignerent Virginem Mariam, & sic de cæteris.

39

Quod etiam secundum sit necessarium; ita probō: nam specialis illa oblatio suorum meritorum pro predestinatis est quædam oratio ad Patrem directa, ut constat; sed oratio nō est de concessis, & comparatis: qua ratione solet dici orationem non esse de præteritis: ergo si Christi progenitores, & Patres veteris testamēti ante præuisas preces Christi vita functi sunt; & dum vixerunt, acceperunt suas gratias congruas, & in gratia animam exhalauerunt, non potuit Christus Dominus pro Patribus illis specialem illam applicationem efficere.

Non est animus ex professo discutere, quæ circa hæc a Theologis refertur, atque refelli solent: verum non possum non indicare mentem propriam. Moueor ad non prætermittendam; quia ex ea pedit omnis nostra doctrina in tribus primis cap. tradita. Moueor ad non exornandam, quia propria sedē habent 3. p. q. 2. art. 11. aut q. 19. ar. 3. Et primo videamus, quo pacto Christus Dominus extiterit independenter à progenitoribus, ita, ut ipsis mereri possit. Ex quo secundum inferemus, qua ratione pro omnibus predestinatis, nullo excepto, speciales fuerint preces. Et primo misiam facio singularem sententiam Magistri Lorca contra phrasim Patrum, & communem scholasticorum Theologorum negantem, Beatam Virginem meruisse de congruo dignitatem Matris. Ita opinatur 3. p. q. 2. ar. 11. disp. 22. num. 9. Nam hic auctor difficultate oppressus, ei succubuit.

Qua ratio  
ne Christ.  
D. visus est  
existens in  
dependen  
ter a pro  
genitori  
bus.

Lorca,  
Lorca sin  
gularis se  
ntentia cō  
tra Pa  
tres.

40  
P. Suar.  
Nō occur  
ritur per  
ordinē in  
tentionis,  
& execu  
tionis.

41  
Recentio  
res.  
Modus no  
uus dicen  
di.

P. Suar. recurrit, ut solet, ad suos ordines intentionis, & executionis: & ait, Christum Dominum in ordine intentionis extitisse independenter à progenitoribus, & præuisum existentem in eo ordine meruisse omnes gratias Patribus, & omnes actiones causarum ipsius. Verum hoc meritum ratione existentie per solū ordinem intentionis à nobis efficaciter refutatum est disp. 23. cap. 11. & 12. & disp. 17. cap. 4. Secundo magistri quidam recentiores in manuscriptis dixerunt, humanitatem Christi duplici actione adæquata productā fuisse in eodem temporis momento: prima processit à solo Deo, & ex hac præuisus est existens, & merens independenter à progenitoribus. Secunda processit à Deo per generalem concursum, & à Beata Virgine: hæc est posterior natura

priori, quia per primam meruit Patribus, & Beata Virgini gratiam, ut postea scribantur in Christi progenitores, & quod influxū habuerint, sine mediātū, sive immediatū in Christi Domini existentiam.

Is modus dicendi displicet quibusdam: quia instanti reali esse causam sui ipsius aut physicā, aut moralem: nam licet possit effectus conseruare causam sui in secundo instanti; ut cum habitus charitatis actum conseruat in secundo instanti, qui in primo fuit causa dispositiua, & moralis per meritum de congruo eiusdem habitus: at concipi non potest, quod eadē Christi existentia sit causa sui in primo instanti.

Frigida  
impugna  
tio.

Sed hæc impugnatio frigida est, & leuis; nā verum non est, eundem terminum esse causam sui ipsius ex eo, quod sit causa suæ secundæ actionis; sicut verum nō est, antiquos Patres meruisse Incarnationē ex eo, quod meruerint de congruo eius accelerationē: nam si meruerunt accelerationem, meruerunt Christum produci toto illo tempore, in quo non foret producendus, nisi ipsius merita interposuissent; atque adeo meruerunt Christi Incarnationem, & actionem productiuam existentem in certo tempore, in quo foret negatio eius. Nihilominus quia decreta sunt tota Christi existentia independenter à precibus parentum; ideo dicunt absolute Theologi non meruisse Christi existentiam simpliciter. Ergo pari ratione, quia in hoc modo dicendi tota Christi existentia præsupponebatur prius natura ex vi actionis independētis à progenitoribus, licet Christus meruerit, ut sic existens, aliam nouam actionē ex progenitoribus, non meruit existentiam, sed nouam viam ad existentiam. Neque enim semper qui meretur viam ad terminum, meretur terminum, & si inter se connexa sint; sed tunc solum, cum terminus nō supponitur iā possessus, & acquisitus: nam cum supponitur, non potest cadere sub meritum. Ratio à priori est; quia meritum mouet remuneratorem, ut libere conferat ex gratitudine premium. Unde res, quæ necessario præsupponitur ad meritū, aut cōsequitur ad illud, nō potest esse præmiū: ideo dignitas laudis non potest esse premium actus boni; quia cum eo est inseparabiliter connexa. Et quemadmodum, cum Christus Dominus existens in hac vita, & nobiscum degens meruit, ut in pluribus locis simul collocaretur Sacramentali præsentia; non meruit sui existentiam, sed nouum modum præsentie, licet is cū existentia connexus sit. Ita in nostro casu merens nouam illam actionem, non meruit existentiam, sed nouam viam ad ipsam. Quod addit de eodem reali instanti, aut diuersis, nihil refert ad rationem causæ meritorie: nam hæc, & causa

causa esse potest premij, & tempore antecedenti, & coexistenti, & subsequenti, vt notavi disp. 28. cap. 2. nu. 9. In quo constitui discrimen inter causas phyficas, & morales; licet vtrique apprimere realis existentia in aliqua mensura necessaria sit; solum ergo refert diuersitas instantium naturæ ad hoc genus causæ: nã dum causa sit existens prius natura, quam effectus, ab ea potest procedere, in quacumque tēporis duratione effectus sit. Atqui opinio hæc libet fatetur, Christum Dominum existentem per priorē actionē, atq; merentē, prius natura procedere secundā actionē ex causis secundis: ergo nihil obstat impugnationi hæc illi modo dicendi.

*Non sequitur auctor eum modum dicendi ob aliā rationem.*

Nihilominus eum absolute non amplector, nō propter duas actiones adæquatas, quas admittit mihi melior Philosophia: non propter incommoda in mutua causalitate: sed quia insufficientis mihi videtur, nisi quædam alia ei apponamus. Etenim ego semper verum putavi, Christum Dominum de facto consummasse suū meritum per omnes actiones, quas exercuit in decursu vitæ, ac maxime per ieiunium sacrum, per passionem erumnarum, atq; laborum; deum per mortis in Cruce holocaustam: quia id significauit Paulus ad Hebr. cap. 10. ibi: *una enim oblatione consummasit in æternum sanctificatus: nã, licet propter infinitū meritū inherens cuicumque actioni Christi Domini à dignitate Verbi diuini, quæcumq; sufficientē habeat valorē ad omnē nostrā redēptionē: at de facto noluit meritū consummare vsq; ad Crucis unicā oblationē, de qua ibi loquitur Paulus secundum omnes interpretes. Quod etiā significasse videtur Tridentinum sess. 2. cap. 1. ibi: is igitur Deus, & Dominus noster, & semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illi redemptionē operaretur: ergo dicendum est, de facto meruisse Christū suis progenitoribus per oblationē, & mortē Crucis, omnes actiones honestas supernaturales, à quibus ipse pēdebat in sua existētia, aut mediate, aut immediate: ac proinde ex merito Christi non solum in primo illo instanti; sed etiā in Cruce processisse actus illos supernaturales; quotiescūq; ita se applicuerūt procreandē proli. At vero sentētia hæc nō ponit duas cōseruationes tēpore vitæ, sicut ponit duas actiones in primo instanti, sed vnicam, & hæc debitā actioni, qua primo ex causis secundis productus: ac proinde depēdet ab illa: ergo nō potest tueri a Christo Domino in Cruce pēdente processisse omnes actus supernaturales: quod mihi, vt tetigi, incommodum est.*

*42 Alij recentiores aliā viā excogitarunt, & dicunt, Christum præuisum existentem tempore passionis, cum secundum causarū exigentiā illi non debeatur cōseruatio existentia acceptis*

tæ primo à Beata Virgine. V. g. cum dixit *tristis est anima mea vsq; ad mortem*; quorū sensus est secundū P. Salmeronem in eo loco: tristitia mea ad tantū peruenit gradū, vt sufficiens sit ad mortem inducendam, vel tempore ieiunij per quadraginta dies cōtinuos, in quo miraculose vita cōseruata fuit: tunc ergo Christus præuisus est habens existentia, atq; meritū ex causa superiori, non naturali: ergo propter hoc meritum, vt ab hac existētia mereri potuit, vt Patres, & Beata Virgo adscribantur in numero progenitorū Christi pro primo instanti, & pro toto tēpore vitæ, vsq; ad statum, in quo nō debebatur Christo naturaliter existentia.

Sed nec placet modus iste; primo, quia videtur expresse cōtra Augustinū lib. de prædest. factōr. cap. 15. nã ex eo sequitur, Christū Dominū accepisse primā sui existētia, & durationem per tempus infantia, atque adolescentia vsque ad prædictum statū ex merito proprio. Contrarium docet expresse Augustinus sæpe in eo capite; primo ibi: *respondeat, queso, ille homo, vt à Verbo Patri cōæterno in vnitatē persona assumptus filius Dei vnigenitus esset, vnde hoc meruit? Quod eius bonū qualecumq; præcessit? Quid egit ante? Quid credidit? quod petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret?* In his verbis, & si cōtra Nestoriū expresse loquitur de merito tēpore præcedenti; at ita adstruit eā sententiam, vt omne meritū etiā natura præcedens, vt à Verbo assumatur in vnitatē personæ, excludat: nã secundū hanc sententiā, quam impugnamus, respōdere poteramus Augustino, cū interrogat, *vnde hoc meruit?* meruisse ex statu independētia à progenitoribus, & tunc præcessisse bona opera, atque petiuisse, vt ad hæc ineffabilem excellentiā perueniret: ergo secundū Augustinū dāda est Christo prima existētia independēter à meritis Christi. Deinde habet hæc verba notanda. *Ea gratia fit ab initio fidei sue homo quicumq; Christianus; qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus de ipso spiritu, & hic renatus, de quo est ille natus: eodē spiritu fit in nobis remissio peccatorū, quo spiritu factū est, vt nullū haberet ille peccatū.* In his verbis Augustinus proponit nobis illustre exemplum nostræ prædestinationis in capite nostro Christo Domino: nã, vt ille ab initio suo factus est Christus omnino gratiose, sine vllō merito proprio. Ita quicumq; Christianus initialē accipit fidē, sine vllō merito proprio: ergo, vt nullus dicat hominē fidem primam sibi meruisse ex operibus à gratia procedentibus, in aliquo tempore subsequenti ad primam collationē; vt fusc ostendi disp. 28. cap. 2. conclus. 1. atq; 2. Ita secundum mentem Augustini dici nō potest, Christum Dominum ab initio, hoc est, primam Incarnationis existentiam ex me-

*Nō placet auctori.*

*Augustinus.*

ritis proprijs, ab ipsa Incarnatione procedentibus, in tempore subsequenti accepisse.

*2. Displacet propter aliud incommodum.*

*Ad Heb. 10.*

*D. Thom. Aquinas.*

*3. Displacet.*

*Effugium præcluditur.*

Displacet secundo: quia secundum hanc etiā sententiam, neq; in primo instanti, nec toto tēpore infantia, & adolescentia meruit Christus gratiā ad omnes illos actus supernaturales, quibus progenitores Christi se applicuerunt ad gignendum fœtum. Id quod mihi etiam in cōmodū est: quia existimo, à primo Incarnationis instanti incepisse Christū Dominū mereri omnes gratias, quæ de facto collatae sunt; atq; ita a diuina prouidentia cursum vitæ Christi Domini dispositū esse, vt, nulla temporis particula excepta, negotiū meriti, atq; prædestinationis nostræ peregerit. Quod vero in primo instanti ceperit vniuersale meritū iuxta præuisam Patris voluntatem; significat Paulus ad Heb. 10. ibi: *holocaustata pro peccato nō tibi placuerūt, tūc dixi, ecce venio in capite libri scriptū est de me, vt faciā Deus voluntatē tuā: hoc est, cum primū Incarnatus cognoui holocausta bouum, hircosq; pro peccato nō tibi placere, me obtuli, vt faciā voluntatē tuā. O Deus: nimirū circa hominum redemptiā prædestinationē. Illud vero tunc, significat primū punctū Incarnationis, teste D. Thoma, atq; Anselmo, qui hoc loco probāt Christū in puncto vsum fuisse ratione, atq; cognouisse Deū, atq; statum hominū; & voluntate sua se obedientia, laboribus, ærūnijs, morti in pretium pro nostris peccatis obtulisse, atq; ea voluntate homines fuisse sanctificatos, vt per causam meritoriam; teste Paulo versu 10. ibi: *in qua voluntate sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel.* Quod vero toto hoc tempore mereri non potuerit gratiam ad illos actus, fatentur auctores huius doctrinæ, & negari nō potest; quia cū toto hoc tempore extiterit dependenter a progenitoribus, si in eo meretur influxum eorum in suā existentia, principium meriti caderet sub meritum; & effectus, vt est effectus, esset causa suæ causæ, quod implicare omnes consentimus.*

Tertio displicet; quia, cū cōseruatur Christus præter exigentiā causarū secundarū, aut mutatur actio cōseruatiua, quā secundū exigentiā habebat; vel nō? Si nō mutatur: ergo eadē cōseruatio est depēdēs à progenitoribus, & nō depēdēs, quod implicat. Nō esse depēdentē ipsi fatētur. Esse depēdentē sic probo, quia ideo cōseruatio succedit primæ productioni in alijs rebus naturaliter cōseruatis; quia primo producta fuerūt: ergo depēdet a prima productione cōseruantur. Pariter in Christo Domino, qui non miraculose, sed naturaliter cōseruabatur toto tempore, quo causæ secundæ exigebant cōseruationem, dicendum est cōseruari dependenter a prima productione.

Dices, cōseruationem, vt durātem præter causarū secundarū exigentiā, nō esse depēdē-

tem. Sed cōtra: nã perte hæc cōseruario, vt sic, nulla ratione est mutata, nec addit aliquid reale ad cōseruationem iuxta causarum secundarū exigentiā: ergo eadē numero cōseruatio est depēdēs, & nō depēdēs. Quare nili dicas, durationem termini, atq; actionis cōseruatiua esse modū distinctū, & fluentē ad temporis elapsū, difficulter satisfacis huic argumento. Si dicas actionem mutari. Cōtra primo: quia eodem principio, & termino manente, à quibus actio sumit suam naturā, nō est, cur mutetur. Quemadmodū materia prima, quæ primo per creationem producta fuit, durāte ipsa creatione cōseruabitur, etiā sine formis, si Deus persistit in cōtinuāda illa ipsa actione. Cōtra secundo: & si possit mutari actio, cū res cōseruatur præter exigentiā cursus naturalis rerum, nemo dixerit, nō posse etiam nō mutari: nã car implicet, Deum permanere in cōseruāda illa actione, atq; termino, etiā cum natura peteret non cōseruari. Quod si Deus potest permanere in cōseruatione eius actionis; cur tu affirmas mutari actionem? Quo fundamento multiplicas actiones, cum natura horreat superflua, nisi, vt argumentum eludas?

P. Vazq. to. 1. in 3. p. disp. 23. cap. 4. dixit, dignitatem Matris nō pertinere per se, sed committat ad mysteriū Incarnationis, quod est principium meritorū; quia licet hæc numero humanitas cum hac anima, & corpore in Verbo sit principium per se meriti: at bene intelligi potest sine concursu ipsius tãquam Matris; quia illa materia eadem omnino esset, etiam si Virgo munus matris non subisset, neq; in ea prius fuisset. Nã in quavis alia re prius extitisset, ex ea desumi, atq; eadem numero humanitas formari posset: ergo dignitas matris, & manus fouendi fœtum in utero, per se non spectant ad principium meritorium; atq; adeo etiam si Christus eam dignitatem mereretur præuisus existens in ea numero humanitate, principium meriti per se non caderet sub meritum.

Sed nec placet ille modus dicendi. Primo: quia licet verum sit, eadem numero humanitatem Christi Domini à pluribus causis, pluribusq; actionibus produci posse: at Christus mereri non potest, vt producat ab aliqua causa aliqua actione: ergo nec etiam de facto mereri potest, vt producat ab hac causa per ministratōne huius materis per hanc actionem. Probo hanc cōsequentiā: nã de facto nō producitur à causa indeterminata, & vage per actionem indeterminatam, & vagam, sed ab hac causa per hanc numero actionem: maxime cum determinatio causæ, & actionis facta fuerit decreto efficaci Dei, quod esse non potest de obiecto indeterminato & cōfuso; vt docui disp. 23. c. 13. *Verūterū rogabunt aliquis.* Ergo nunquam fuit præuisus existens Christus ex vi alicuius causæ, & alicui-

*43 P. Vazq. Modus dicendi P. Vazq.*

*Nō placet auctori.*

& alicuius actionis, sed huius ministrantis hanc materiam, agentis hoc influxu: ergo de facto hanc omnia per se pertinuerunt ad principium meriti.

Secundo; quia licet gratia, quae fuerunt principium meritorum Patrum per accidens conferantur intuitu meritorum Christi: eadem enim numero liberaliter conferri potuerunt a Deo; at quia de facto processerunt a Christo Incarnato, non potuerunt esse principia merendi Incarnationem: ergo pari ratione licet eadem numero humanitas Christi Domini ab alia causa effici potuerit; quia vero de facto ab hac matre per huius materiae administratione ab hac actione genita fuit; non potuit ipsa cadere sub meritum Christi; quia de facto principium meriti caderet sub meritum.

44 Quapropter ego existimo dicendum primo, Christi Domini existentiam in primo instanti a duplici Dei decreto processisse, utroque; efficaci; sed altero totali, altero partiali. Per

Duplici decreto Christus habuit existentiam primam. Quapropter ego existimo dicendum primo, Christi Domini existentiam in primo instanti a duplici Dei decreto processisse, utroque; efficaci; sed altero totali, altero partiali. Per primum subiit munus causae primae, & secundae: per secundum tantum causae primae, & sinebat, Matrem Virginem, quae erat causa secunda, influere in suum filium.

Obserua; me ponere duas causas totales, duasque actiones: at non est opus ponere duos modos intrinsecos; quia probabile est in hac parte, actionem primae causae esse in Deo actiue; maxime cum totaliter per creatione operatur, iuxta doctrinam S. Thomae q. 3. de potentia art. 3. & art. 15. ubi ait, volitionem diuinam esse eius actionem, per quam res producit. Et in corpore articuli ita scribit: per hoc igitur Deus agit, quidquid extra se agit, quod intelligit, & vult. Et art. 17. ad 12. ait, Dei actionem esse aeternam, quia est eius substantia, & ratione effectus incipere de nouo agere. Idem repetit ad 26. Itaque decretum hoc erit actio virtualiter transiens, & formaliter immanens.

Ut ergo P. Suarez relatus in principio posuit duplex decretum erga existentiam Christi, utrumque efficax; alterum in ordine intentionis; alterum in ordine executionis: ita nos ponimus duplex decretum, utrumque; vero executionium. Neque enim eius sententia, & secunda aliorum Recentiorum displicuit nobis propter dupliciter decretum, & actionis; sed propter speciales rationes militantes contra eos ordines. Quapropter Recentiorum sententiam, quam retuli supra num. 41. amplector in hac parte de duplici actione totali; ideoque ipsam veditavi ab impugnatione contra duas actiones. Ex hoc autem fit, in primo instanti habuisse esse independentem a progenitoribus, atque adeo ipsis omnia dona gratiae mereri potuisse.

Dicendum existimo secundo: in secundo instanti, & reliquis succedentibus in toto tem-

pore vitae Christi Domini conseruatum fuisse non solum, quia causa secunda, a qua etiam accepit primum esse, exigebat conseruationem; sed etiam ex eodem decreto independenti protracto in conseruando sine actione traeseunte usque; ad vltimum habitum vitae. Quapropter in eis temporibus, in quibus non conseruaretur Christi Domini humanitas secundum exigentiam causarum naturalium, ut in sacro quadraginta dierum Ieiunio, in illa praegradi trinitia usque; ad mortem, & in alijs passionis laboribus, atque doloribus, conseruatum Christum fuisse ex vi eius decreti, nulla habita ratione primae productionis a causis secundis, sed solum primae. Itaque conseruatio illa alligata non fuit conditionibus, atque legibus causarum secundarum; sed omnino ab his absoluta, atque independentem. Ex quo fit, licet conseruationes hominum pendeant a prima productione ex causis secundis: at conseruationem, ut est ab illo primo decreto totali, non pendere. Ut ergo ipse duplicem habuit primam productionem; ita ex quacumque; illarum debebatur conseruatio toto tempore suae vitae; & quia Deus voluit ipsum conseruare de facto, non solum quatenus primo productus fuit a causa secunda; sed etiam quatenus a se ipso: hinc est, & primo extitisse, & conseruatum fuisse omni vitae spatio independentem a progenitoribus: ac subinde a primo instanti usque ad vltimum omnibus meruisse, & sanguine passionis, & morte Crucis merita omnium hominum compleuisse. Aliquibus videbitur inconueniens, duas has actiones admittere, & conseruationem per se independentem in ordine ad meritum a prima productione causarum secundarum. Sed ij expendant, precor, quodnam sit maioris momenti. An duas has actiones sateri? An solum meruisse, vel in primo instanti dignitatem Matris, vel certis quibusdam temporibus? Si attente legerit, quae dixi, facile perspiciet hoc secundum esse maioris incommodi: non tamen admitto duas conseruationes, sicut admisi duas productiones primas; sed vnā per se pendentem a decreto totali in ordine ad principium per se merendi: non nego tamen hanc eadem debitam esse primae productioni causae secundae; atque adeo propter hanc exigentiam Christum fuisse a Deo conseruatum sub distinctis tamen legibus, & conditionibus; ut dixi. Ideo vero non est duplex conseruatio, ut fuit duplex prima productio; quia, cum Christi humanitas non sit ex his effectibus, qui non tantum in fieri, sed etiam in conseruari pendent a perenni influxu causae secundae; ut lumen a sole, & species intentionalis sensuum internorum a suis obiectis: ideo in secundo instanti a solo Deo conseruatus fuit; nimirum per primum illud decretum totale protractum: quod licet in primo sui esse indepen-

Conseruatum non solum fuit in decreto dependente a Patribus.

independentem Christum produxerit a causa secunda: at in subsequens durationibus, & Christum conseruat secundum exigentiam primae productionis a causis secundis, & secundum exigentiam ipsius decreti. Ex his euacuata est prima difficultas proposita numero 38. nam damus argumento ibi efformato, quod intendit; nimirum Christum Dominum habere debere existentiam aliquam independentem a suis progenitoribus.

46 Pro secunda difficultate existimo tertio dicendum, Christum Dominum non solum erga aliquos, sed etiam erga omnes Patres veteris testamenti fuisse primum, specialiterque; electorem. Hanc conclusionem consentaneam ad doctrinam, atque fundamenta, quae ieci cap. 3. n. 22. & n. 26. defendenda est: nam cum doctrina illa vniuersalis sit, ex aequo probat, omnes elegisse; & quemadmodum Christus Dominus aequaliter esse constitutus omnium hominum caput morale, satisfactor pro peccatis, Iudex, Redemptor, mediator, &c. Ita etiam elector constitutus est. Non dubito, quin, si Patri Vazquez, Patri Lessio, atque Cornelio occurrisset via, qua commode Christum electorem vniuersalem constitutere possent, id forent asserturi. Ego hanc aggredior. Iam dixi, Christum Dominum in primo instanti, quo extitit per decretum, praeuidisse omnia sua merita absolute futura usque; ad finem vitae. Lege n. 29. Dixi etiam, specialem applicationem meritorum nihil aliud esse, quam orationem specialem pro praedestinis. Considero ergo, hanc Christum Dominum in primo illo instanti fuisse orationem. Noui, O summe Deus, per scientiam conditionatorum, qua tu humanitatem meam donasti, si tu hos futuros homines secundum naturalem cursum causarum in hoc ordine rerum, statis temporibus his, hoc loco, & tempore frequentibus vocationibus corda ipsorum pulsaueris; ita ipsos tuis diuinis responsuros vocationibus; ut demum in gratia vitam finiant; atque consequatur aeternam. Noui etiam, te specialiter complacuisse in hac eadem futuritione conditionata responsionis, perseverantiae, atque consequutionis gloriae horum hominum, ac propterea tibi gratum fore, si omnia mea merita, quae iam prauideo futura absolute, specialiter pro eis obtulero. Submisit ergo, atque suppliciter peto, ut hanc meam orationem exaudias, & haec omnia eisdem hominibus largiaris intuitu eorum meritorum, quae pro hac re impetranda lubes offero. Pater vero annuens huic orationi, ipsos specialiter eligat, licet oratio haec extiterit in propria mensura tempore praeterito comparatione durationis, in qua praedestinati veteris testamenti extiterunt; nihilominus prius prauideri potuit a Deo, quae praeuisa sint collata dona gratiae per hanc orationem impetrata valore meritorum: ac per consequens oratio haec non est de concessis, aut

Orare potuit pro antiquis Patribus.

praeteritis in ordine naturae; sed de futuris a Deo impetratis efficacia orationis.

Dices; cum existit oratio Christi, iam Patres vitae functi erant: ergo iam non erat locus orationi pro impetranda illis specialiter gratia. Sed contra primo, hoc etiam probat contra meritum Christi in ordine ad gratiam Patrum veteris testamenti: nam cum existeret Christi meritum, iam Patres illi erant mortui: ergo si obiectio aliquid probat, probat etiam, illis Christum mereri non potuisse auxilia gratiae, quibus in via indigerunt, atque vni sunt. Contra secundo: licet oratio extiterit tempore posteriori, ac Patres simul tamen potuerunt a Deo prauideri existentiae orationis, & Patrum: neque enim ea est posterior prauiusio ratione nostra, quae terminatur ad obiectum duratione posterioris, nam dum inter ipsa obiecta non sit ordo causarum, & effectus, aut dependentia, non est in prauiusione prioritas, aut posterioritas rationis: cum ergo preces illae Christi non pendeant ab existentia Patrum; ut dixi; neque etiam ipsa Patrum existentia, in quantum praecise naturalis est, a precibus Christi, simul prauidetur a Deo, licet distinctis temporibus extiterint. Quod si aliqua Patrum existentia, ut aliqui docent de Beata Virgine, precibus Christi impetrata fuit; tunc oratio Christi est prior in prauiusione existentia Patrum, sicut est prior, quam collatio gratiarum, quae a precibus Christi fluxerunt. Ex his est etiam secunda difficultas euacuata: & satis constat, vniuersalem illam specialem Christi orationem super omnes praedestinos ex aequo cecidisse, nec propter praeteritionem Patrum, in tempore illam esse de praeteritis, atque concessis in prauiusione, & in causalitate.

Contra omnia, quae diximus, obijciat aliquis. Si Deus definiuit primam Christi productionem decreto suo absoluto independentem a progenitoribus; ergo ipsi accelerationem Incarnationis mereri non potuerunt. Respondeo, hanc obiectionem ab omnibus soluendam esse, & dicendum, accelerationem Incarnationis supponere ipsam eius substantiam decretam, & addere durationem eius in hoc tempore; sicut collocatio Christi Incarnati supponit substantiam eius existentem, & addit praesentiam ad certum spatium: & ut haec numero humanitas Christi in Verbo, ut est indifferens ad omne vbi, & prius natura illo, est per se tantum principium, & hoc, aut illud determinatum vbi per accidens se habet: ita haec, aut illa duratio Christi Incarnati, seu existere illum in hoc, aut illo tempore. Unde fieri potuit, ut Deus decreto suo existentem faceret omnino liberaliter, & sic prauideret merenti; & postea per merita Patrum, sinentia a meritis Christi, determinaret ipsi conferre existentiam in hoc, aut illo tempore. Hoc melius intelliges, si durationem distinguas ab existentia rei.

Obiectio prima.

Satisfactio.

Acceleratio Patres meruerunt in sententia auctoris.

Caput V. De causa predestinationis per meritum hominis puri.



In hac etiam difficultate præcipua controuersia versatur inter P. Vazquez, & inter P. Suarez: nã ille i. p. disp. 94. c. 5. affirmat, hominẽ purũ iustum causam esse posse & omnium effectum, & prædestinationis alterius. Is vero i. p. lib. 2. de causa prædest. cap. 24. partẽ sequitur negantem, & sententiam oppositã no- uam, & singularem cõpellat. P. Arrub. disp. 80. c. 2. duplici cõclusionẽ rem definit, in aliquo fa- ues utriq; parti, vt in discursu explicio. V triusq; præsidia breuiter referamus, ac nostrum etiã in hac re iudicium proferamus.

47 P. Vazq. P. Suar.

P. Arrubal. 1. Fund. Sententia affirmans.

August.

2. Fund.

Mouetur igitur primo P. Vazquez; quia omnis effectus prædestinationis incipit à prima interna gratia uocationis: sed potest vnus iustus alteri mereri de cõgruo illam, atq; deinde ceteras, ceterosq; effectus, de quibus nõ est dubium: ergo mereri potest omnes effectus prædestinationis, ac proinde ipsam quoq; prædestinationẽ. Etenim ipse cõsequentiã hanc solidã putat; vt dixi n. 16. Quam etiã ego probaui in meis principiis n. 17. Maiorẽ huius argumen- ti probat ex Augustino cõrudente cũ Malsiliensibus; qui idẽ cõstanter docuit, non posse vnũ quemq; sibi mereri suã prædestinationẽ; quia nõ poterat mereri sibi primã gratiã uocationẽ: ergo Augustino eadem erat ratio de- merito primã gratiã uocationis, quã suppone- bat esse primum effectum, ac de merito ipsius prædestinationis: ergo si homo purus iustus alteri de cõgruo mereri potest primum auxiliũ gratiã, etiã poterit mereri ipsã prædestina- tionem. Allegat ex Augustino in lib. de præ- destinat. Sanctorum, cap. 17. vbi affirmat, elec- tionem Dei esse causam, vt qui eliguntur, cre- dant, & prædestinatos electos esse de mũdo ea uocatione, qua Deus id, quod prædestinauit, impleuit. Ex quo infert, qui meretur primã vo- cationem procedentem ex electione, mereri quoq; ipsã electionem iuxta Augustinum.

hoc autem cõsequens absurdum est, & contra definita cap. 1. Hæc sunt, quæ allegat P. Vazquez ad compendium redacta.

P. Suarez cõtrariã sententiã apertã ait esse D. Thomã in hoc art. 8. & cõmunem interpre- tum. Probat primo ex Gregorio lib. 1. dialog. c. 8. vbi affirmat, prædestinationẽ in tantũ solu iuari precibus Sanctorũ, quia est ab omnipo- tẽte disposita, vt ad hoc electi pio labore perue- niant, quatenus postulãdo mereãtur accipere, quod eis Deus ante sæcula dare disposuit.

Secundo probat ex Prospero lib. 2. de voca- tione gentium cap. vltimo alias penultimo; vbi proposita obiectione quorundã, qui dice- bant frustra laborari orationibus, atq; bonis meritis, si ex incõmutabili Dei proposito elec- tio prædestinati subsistit. Huic obiectioni res- pondet; electionem non excludere merita; at sine meritis ipsos electos fuisse; imo ex elec- tione merita oriri: ergo sentit, prædestinatio- nem non cadere sub meritum alterius.

Tertio probat ex Augustino lib. de dono perseuerant. c. 22. vbi, *si qui sunt, ait, nondũ vocãti, pro eis, vt vocẽtur, oremus: fortã enim sic prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedãtur*: ergo sentit prædestinationẽ priorẽ esse oratio- nibus iustorum: imo ex ea orationes proficisci. Hunc textũ explicio n. 72. Quarto probat; quia testimonia sacre Scripturæ, quæ solẽt allegari pro gratuita prædestinatione respectu prædes- tinati, probant etiã gratuitã esse cõparatione cuiuscũq; hominis (Christo Domino excepto) ergo dicẽdũ est, prædestinationẽ nõ cadere sub precibus hominis puri, & ibi allegat testimo- nia quãdã ex Paulo ad Ephes. 1. quæ ego satis declarauit n. 3. & n. 22. Quinto probat pluribus incõmodis, quæ infert. Primũ, Patres vetustos meruisse Incarnationẽ. Secundũ, parentes Vir- ginis meruisse electionẽ ad maternitatẽ. Tertiũ, Stephanum Paulo meruisse electionem ad Apostolatũ. Quartum, vnũ quemq; sibi me- reri electionẽ ad dignitatem, & ad alia bona, quæ sequuntur ad bonum prius per orationes sibi impetratũ. Quod verò hæc sequãtur, colligit ex duplici propositione admittã ab opposi- ta sentẽtia. Prima, quotiescũq; quis alteri im- petrat donũ Dei, impetrat prædestinationẽ ad illud. Secũda, quia idẽ iustus orationibus suis meretur prædestinationem ei, pro quo orat; quia illi meretur primã gratiã internam, licet hæc prima uocatio supponat aliã gratiã in o- rante, quæ quidem est primã respectu vocati, secũda verò respectu orãtis. At hæc vtraq; pro- positio locum habet in exemplis adductis: nam

48 Seman. Negat. Gregor. 1. Fund.

Prosper. 2. Fund.

1. Fund. August.

4. Fund.

5. Fund.

Caput 5. De causa predestinationis per meritum hominis puri.

nam primo Patres vetusti suis orationibus im- petrarunt plura media necessaria, atq; antece- dentia ad Incarnationem Christi; vt si impetra- runt generationes progenitorum Christi, & Virginis Mariæ Conceptionẽ: ergo & merue- runt Incarnationem, & dignitatẽ Matris: quia gratia aliqua antecedente meruerunt donum existentie progenitorum Christi, atq; Beatæ Virginis: quod necessarium erat tum ad Incar- nationem, tum ad dignitatem Matris. Imo ob hanc eandem rationem Beata Virgo Maria sibi meruit prædestinationem ad dignitatem Matris; quia illa dignitas supponit gratiam in Virgine, quæ est primã respectu dignitatis, si- cut dignitas est secunda. Pariter in Stephano respectu Pauli quoad electionem ad Aposto- latum.

6. Fund. 2. ratione.

Deniq; probat ratione à priori: nam oratio Stephani pro Paulo fusa, est effectus prædes- tinationis Pauli: ergo per illam orationem non meruit omnes effectus, nec ipsã Pauli prædes- tinationẽ. Cõsequentiã conspicua est. Antece- dens verò probatur dupliciter: primo; quia vt Stephanus pro Paulo orauit ex affectu salutis ipsius; ita inspiratio à Deo infusa Stephano, vt pro Paulo oraret, processit ex affectu speciali salutis Pauli: ergo tum gratia congrua ad ora- tionem, tum ipsã oratio supponebat prædes- tinationem Pauli tamquam causam. Secundo; quia oratio illa, licet Paulo extrinseca, est bene- ficiũ supernaturale conducens re ipsã in salutem Pauli: ergo est effectus prædestinatio- nis eius. Probo hanc consequentiã; quia esse extrinsecum non obstat, vt sit effectus, vt satis constabit ex sequenti disputatione. Ad hæc re- ducuntur, quæ pro se allegat P. Suarez.

49 Iudicium authoris. Meritum pro prima uocatione tantum de congruo.

Homo pu- rus alteri mereri po- test omnes effectus prædes- tinationis. August.

D. Th. 2. m.

lus secunda Epistola ad Corinth. cap. 13. ibi: *oramus autem, vt nihil mali faciatis*. Ex quo lo- co colligitur ipsum dirigere orationem, vt ten- rationibus resisterent, & à peccatis præseruen- tur, & illæ si euadant mundi, & carnis illece- bras: hoc autem est perseuerare, hoc est, nullum peccatum facere. Ex quo fit, purum hominem iustum alteri mereri posse acius illos liberos, qui sunt in diuina prædestinatione, è quibus immediate conferuntur omnes gratiæ a pri- ma intrinseca vsq; ad glorificationem; & hanc esse solum differentiam inter ipsum homi- nem iustum, & alterum orantem: quod ille sibi mereri non potest primam gratiam vocan- tem; potest verò alter simul etiam ceteras gra- tias externas, vt prædicationem, Dæmonis cõ- pressionem, occasiones bonarum operatio- num, & alia id genus. Demum ex hoc fit, con- trouersiam omnem reuocari ad ipsas preces: an ne sint effectus prædestinationis eius, pro quo funditur oratio; ita, vt processerint ab spe- ciali dilectione Dei erga prædestinatum? An è conuerso se res habeat, ita, vt sint causa, quare Deus simul cum Christi meritis elegerit hunc hominem ea speciali electione, quæ est pro- pria prædestinatorum?

Ad Corin- 13.

50 Distingui- tur quæ- stio de fac- to a quæ- stione de possibili. S. Thom. Purus ho- mo alteri de facto nõ meruit omnes ef- fectus.

Genes. 25.

His positis, distinguendã cenfeo quæstionẽ de facto, à quæstione de possibili. Ad quæstio- nẽ de facto dico primo; nullum purũ hominẽ alteri meruisse omnes effectus suæ prædestina- tionis: ac proinde, nec ipsã prædestinationẽ. Moueor primo auctoritate S. Thomæ in hoc art. 8. in corp. nã ibi distinguit prædestinationẽ ab effectibus, & de prædestinatione ita ait; *nul- lo modo iuari precibus Sanctorũ: nõ enim preci- bus Sãctorũ fit, quod aliquis prædestinetur à Deo*. In his verbis plane significat, prædestinationẽ præcessisse preces Sanctorũ, & independentẽ ab eis præhabitã, licet quidã effectus iuuentur precibus. Itẽ in argumento *sed cõtra rem con- firmat* exẽplo Iacobi prædestinati; qui, licet si- ne precibus fuerit prædestinatus, cõceptus ta- men fuit a Rebecca propter orationes Abra- ham; vt constat ex cap. 25. Genes. Moueor se- cundo ex ijs, quæ allegauit n. 48. ex P. Suarez, & licet quædam non multum urgeant, iuant ta- men pro amplectenda hac conclusionẽ.

Moueor tertio ex discursu, quẽ sæpe indica- ui, ac maxime cap. 3. n. 29. ex quo cõstat, Deum præuidisse omnia merita Christi absolute futu- ra immediate post originale cõmissum antece- denter ad omnia purorũ hominũ merita, quæ erant effectus meritorũ Christi: ergo Deus ante præuisã merita hominũ habebat sufficiens mo- tiuum eligendi prædestinatos in solis meritis Christi ad gloriã, medijs gratijs cõgruis, quin opus ei esset respicere ad merita hominum. Accedit, Christum Dominũ in primo instanti





cōceptionis ante omne meritum hominis puri oratione speciali applicuisse sua merita pro predestinatis omnibus indifferenter; vt docui cap. 8. ad finem: ergo dicendū est, de facto electionem specialem ad gloriam per aliquam primam gratiam cōgruam factā esse ex solis meritis Christi. Dico per aliquam gratiam congruā, tum quia negari non debet, plures gratias congruas predestinatis collatas esse non solum propter Christi merita, sed etiam purorum hominum: tum etiam, quia, vt præcendam a gratia congrua intrinseca, & extrinseca; nam ipsæ preces sancti, quæ impetrant gratiam cōgruam intrinsecam, sunt gratia congrua extrinseca, quatenus effectum habent conversionis: tunc ergo dicendum est, ipsas esse effectus specialis electionis, quam Deus habuit ex solis meritis Christi, eamq; specialem electionem fuisse efficacem ad infundendum oranti gratiam congruam ad preces. Probo illam cōsequentiam: nam oratio illa specialis Christi efficax fuit: ergo obtinuit specialem electionem ad gloriam alligatam alicui gratiæ congruæ. Et hac ratione soli Christo Domino tantam causæ primæ meritoria, atq; proximæ omnium hominum predestinatio ex æquo adscribenda erit, quod dubio procul cedit in specialem quādam Christi excellentiam. Ideo dixi tamquam causæ proximæ: quia cū omnia Sanctorum merita à Christo capite originem duxerint, & propter hoc semper tribuenda sit omnium hominum predestinatio, tamquam causæ radicali, & originariæ, Christo Domino: at si Deus quosdam proxime elegisset, etiam propter aliorum purorum hominum merita, admitteret Christus Dominus aliam quasi causam meritoriam predestinationis quorūdam hominum; & homines sic predestinati, agnita propria predestinatione, non deberent referre in solum Christum propriam predestinationem, tamquam in causam proximam, & immediatam; sed etiam in alium hominem purum, licet diuerso modo: nam in hunc, vt in meritorem de congruo sine lege infallibili; & in Christum, vt de condigno cum lege infallibili, vt notauimus supra num. 49. Quod tamen nescio, quid habet absurditatis, & negabit nemo, si Deus indiuisibili actu immediate post præuisa merita Christi, atq; specialem applicationem in eodem signo, hoc est, sine dependentia vnus ab alio omnes homines specialiter elegit, hoc esse decentius, & nescio quid excellentiæ Christo Domino allaturum in hac causa: & cum ex alia parte sententia hæc niteretur maiori auctoritatis fundamento, cui multum tribuendum est in hac controuersia, quæ pertinet ad quæstionem de facto, alteri procul dubio præferenda est.

Quod si ita predestinatio hominum peracta fuit, hoc est ante præuisionem omnis meriti puri hominis, preces factæ à puro homine pro predestinato non possunt non esse effectus predestinationis hominis, pro quo funditur; quia illæ sunt prima gratia congrua comparatione predestinati, licet sit extrinseca; comparatione vero orantis possunt esse secunda, aut tertia.

Hoc loco obserua; si orator meruit predestinato de congruo primam vocationem internam, atq; ceteras vsq; ad perseuerantiam, vt potest, & Deus intuitu eius meriti eas contulit, duplex decretum in Deo distinguendum esse: primum, quo voluit dare easdem gratias congruas intuitu meritorum condignorum Christi Domini: secundum, quo ipsas voluit dare intuitu meritorum cōgruorum puri hominis. Hæc autem decreta inter se distincta esse manifeste constat. nam primum, aut pertinet ad iustitiam propriam, aut ad fidelitatem, quippe quod soluit æquale pretium cum obligatione ex promissione; secundum vero ad gratitudinem, in quo multum est liberalitatis; quippe dat præmium superabundans, & sine obligatione ex lege: hæc vero decreta non sunt contraria; quia bene potest eadem res debere vni ex iustitia, alteri ex gratitudine, vt satis constat; & cum vterq; creditor solum vult, vt res illa eidem detur tamquam præmium suorum meritorum, vnica largitione vtriusq; satisfacit.

Sed contra hanc conclusionem obijci potest ex P. Petro de Arrabal in hac materia disp. 79. cap. 2. vbi probat auctoritate Augustini de dono perseuerantiæ cap. 22. predestinationem quorūdam hominum concessam esse orationibus Sanctorum. Verba Augustini hæc sunt. *Et si qui sunt nondum vocati, pro eis, vt vocentur, oremus: fortassis enim sic predestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur, & accipiant eandem gratiā, qua velint, atq; efficiantur electi.*

Verum Augustinus in hoc loco solum adstruit vocationem vnus impetrari posse oratione alterius: cū verò dicit, *sic esse predestinatos, vt nostris orationibus concedantur*, loquitur de cōpleta predestinatione, prout continet omnes effectus, & hanc bene ait pendere à nostris orationibus, quia, vt notauimus, plures effectus pendent; non autem ait predestinationem ipsam, vt est specialis electio ante omnia merita, nostris orationibus concessam esse, sed solum quāsdā vocationes. Quoad quæstionem de possibili dico secundo, eo modo disponi res potuisse à diuina prouidentia, vt purus homo causa esse possit per meritum de congruo predestinationis alterius: exempli gratia; si post præuisum Christi meritum, atque orationem Deus solum quosdam ex primis hominibus eligeret speciali electione, non verò omnes in eo signo rationis, sed quia præscie-

præsciebat fore, vt si illi primi homines à Deo pulsarentur, atq; inspirarentur certa vocatione, fore, vt pro alijs orarent: potuit quidem Deus specialem suam electionem, vt terminatur ad hos posteriores homines, differre ad posterius signum rationis dependens ab oratione iustorum hominum. Quod verò sic res disponi potuerint à diuina prouidentia, probatur; quia merita Christi præsupposita, & si sufficientem, & superabundantem valorem habeant ad vniuersalem omnium hominum predestinationem, vt constat; potuit tamen Deus non se obligare verbo suo ad eligendos omnes homines in eodem signo rationis, cum primū præuisa sunt Christi merita, sed velle differre quorūdam electionem in posterius signum, & cum aliqua dependentia ab oratione iusti hominis puri: nam in his nulla est implicatio: tunc verò preces illæ conducerent quidem de facto ad predestinationem illorum hominum, non tamen, vt effectus predestinationis, sed vt causa. Quemadmodum Christi merita conducunt, vt satis constat.

Sed dicat aliquis contingere posse, quod oratio pro predestinato, nec sit effectus predestinationis eius, nec causa: exempli gratia, cū iustus per actum fidei sibi meretur principium, seu gratiā cōgruam ad aliam bonam operationem, puta ad opus spiritualis misericordiz: ita docente Augustino Epist. 106. tunc verò Deus infundit illam gratiam congruam ex speciali electione iusti orantis, & augmenti gratiæ iustificantis. Vnde tum gratia congrua, tum oratio, tum augmentum iustitiæ, sunt effectus predestinationis iusti orantis; non tamen eius, pro quo orauit; quia, vt subsumo, potuit ea vocatione cōgrua dari ad orandum ex sola speciali electione orantis. Et ex alia parte potuit hic predestinatus, pro quo oratur, esse specialiter electus propter sola merita Christi ante has preces, & omnes alias cuiuscumq; hominis puri: ergo in hoc casu, nec preces sunt causa, nec effectus predestinationis alterius. Tūc sic hinc videtur effici, hunc hominem purum per has preces mereri predestinato primum effectum predestinationis, & in radice omnes, non tamen ipsam predestinationem, contra nostram doctrinam num. 17. vbi docui hanc consequentiā, *meruit omnes effectus: ergo meruit predestinationem, subsistentem esse.*

Respondeo, implicari in casu simul cū consequenti illato: nam ex vna parte obijciens sumit orantē mereri, atq; impetrare cōgruam vocationem ei, pro quo orat: & ex alia subsumit, eam primam vocationem esse primū effectū predestinationis eius. Nam ait, preces illas tantum esse effectus predestinationis orantis: ergo meruit primū effectum cōgruam gratiæ, atq; adeo

specialē electionē ad gloriam alligatam primo effectui cōgruo, ex quo tāquam radice aueretur tota series gratiarū cōgruarū vsq; ad decessum in gratia: hoc autem, & nihil aliud est mereri de cōgruo predestinationem: quia ante specialem electionem, a qua originē trahit tota predestinatio, præuisa sunt a Deo non tantum merita Christi, sed etiam huius hominis puri. Atq; adeo propter vtriusq; merita specialiter electus fuit cum discrimine notato supra n. 51.

Hoc loco obserua, in casu obijciētis potuisse orationē illam esse effectū predestinationis vtriusq; in quantum vtriusq; prodest, & orantis, vt dictū est; quia proficitur ex speciali electione ipsius, & eius, pro quo funditur: nam, si ille propter merita Christi ante præuisa predestinatus fuit; optime potuit Deus infundere gratiam cōgruam ad opus misericordiz spiritualis; tum quia orans eam meruerat, tum quia Christus Dominus de condigno eandem pro altero predestinato meruerat: atq; adeo proficisci etiā potuit ex electione predestinatus eius, pro quo funduntur preces: tunc igitur erunt effectus predestinationis vtriusq; hoc discrimine; quod oranti datur gratia congrua ad orandum, tum propter meritum proprium ex cōgruo; tum propter meritum condignū Christi: alteri verò solum propter Christi meritum; tunc verò falsum est, preces illas non esse effectum predestinationis alterius.

Modo ad argumenta P. Vazquez, in quantum nostræ doctrinæ obstare possunt, respondendum. Ad primū nego maiorem. Ad probationem ex Augustino contendente cum Malsiliensibus dico, ideo Augustinum ex negatione meriti proprii ad primam gratiam intulisse negationem meriti ad predestinationem; & ex affirmatione ad primam gratiam internam affirmationem ad predestinationem; quia loquebatur in ipso predestinato, in quo ante primam gratiā tantum est nudum arbitriū, atq; adeo si per arbitriū primam gratiam mereretur in radice, mereretur sanè effectus omnes predestinationis; ac subinde ipsam quoq; formalem, atq; totalem predestinationem secundum nostram sententiam: at in alia persona à predestinato, de qua non erat Augustino controuersia cum Malsiliensibus; vt satis in se perspicuum est, & constat ex disp. 25. ex cap. 3. vsq; ad 6. est gratia aliqua prior ipsa interna vocatione, quæ quidem secūda est, si cōferatur cum orationibus, quæ, vt profunt predestinato, pro quo oratur, sunt gratia cōgrua extrinseca eius, vt notatum est: ergo ex eo, quod dicimus orationē illam esse effectū predestinationis eius, longe distamus ab intento Augustini contra Malsilienses, vt manifestum est. Neq; ad rē est testimoniū Augustini, quod allegat

nam ibi solum significat, ex electione proficisci gratias, quibus homines credunt, & merentem gratiam mereri aliquam electionem ex parte Dei, ut terminatam ad illam; quod ab omnibus conceditur. non tamen ibi affirmat, unum hominem purum mereri praedestinationem alterius.

56  
Ad 2. solutio ex P. Suarez.  
P. Sear.  
Non acquiesco.  
Christ. Domin. non oravit pro hominibus in confuso.

Ad secundum; aliqui meritum Christi dupliciter considerant. Primo; ut in uniuersali in primo instanti suae Incarnationis pro salute omnium hominum orauit, se sequi obtulit. Secundo, in quantum in particulari inter nos conuersans pro occasione oblata, pro aliquo homine determinato orabat, ut pro S. Petro, ne eius fides deficeret; dicitque meritum Christi primo modo consideratum non esse effectum, sed causam praedestinationis hominum; secundo modo consideratum esse effectum praedestinationis eius hominis, pro quo orauit efficaciter. Negant etiam, Christum non meruisse gratiam illam congruam ad sic orandum pro particulari homine; quia per merita antecedentia ipsam sibi comparauit, ut alia; exempli gratia, ut gloriam corporis, exaltationem hominis, Resurrectionem, atque Ascensionem: de quibus valde probabile reputat de facto meruisse P. Suarez tom. 1. in 3. part. disp. 19. sect. 2.

Sed non placet haec solutio; primo: quia Christus Dominus in primo instanti suae conceptionis non orauit pro omnibus hominibus uniuersaliter, & in confuso; nec ita se se obtulit; sed pro singulis determinate, nullo excepto, quorum existencias, atque durationes, particularesque circumstantias, & gratias, quibus vocandi erant, tum specie, tum numero distinctas perspectas habebat, tum scientia beata, tum infusa; atque adeo eius oratio, atque oblatio, quae prauiua fuit a Deo ante collationem harum gratiarum, facta fuit pro singulis hominibus distincte, & sigillatim, non in uniuersali, & in confuso; nam is modus se se offerendi proprius est nostri intellectus, qui in confuso haec cog-

noscit; non Dei, aut Christi, qui distincte, & sigillatim. Hoc iam explicui saepe cap. 3. & 4. Secundo non placet; quia ego existimo, Christum Dominum per omnia sua merita causam fuisse completam, atque consummatam praedestinationis hominum; atque adeo omnia opera Christi Domini prius natura cum absoluta futuritione prauiua, quam praedestinatio fieret alicuius hominis. Id notauit cap. 4. nu. 41. Tertio displicet; quia supponit, Christum Dominum ad orandum indignuisse uocationibus congruis traeseuntibus, sicut alios puros homines. Contrarium docui num. 36. quia scientia, & amor beatificus hoc munus obibant in Christo eminentiori modo.

Quare secundi argumenti nego primum antecedens. Nego etiam, preces Christi pro particulari homine esse effectus praedestinationis eius, & multo minus principium earum precum. Inter preces autem Christi, & iusti puri hoc est discrimen; quod licet potuerit res ita disponi a diuina prouidentia, ut ambae preces forent causa, aut etiam forent effectus, ut constat ex discursu nostro in secunda conclusione; at ita dispositae sunt; ut omnis Christi oratio etiam pro homine particulari sit causa; iusti vero sit effectus; ut constat ex discursu in prima conclusione. Hic aduerte discrimen aliud, quod preces Christi etiam fusae pro particulari homine semper continent uniuersale meritum pro omnibus hominibus; quippe sunt infiniti valoris, ut procedunt ab homine Deo omnium hominum capite: preces vero iusti puri pro particulari homine tantum continent meritum de condigno pro augmento gratiae propriae, & meritum de congruo pro uocatione interna eius, pro quo orat.

Multa adducit P. Suarez in confirmatione suae sententiae, quae indigent discussione. Sed cum ad alias pertineant materias, & cum nihil obstat opinioni, quam elegimus, ea non debent nos immorari.

## DISPUTATIO TRIGESIMA

DE

### EFFECTIBVS PRAEDESTINATIONIS.

Distincta capitibus sex.

Caput 1. Quatuor conditiones omnis effectus praedestinationis.

Caput 2. Quanam praenientes gratiae ex congruis, aut non congruis sint, aut non sint effectus praedestinationis.

Caput

Caput 1. Quatuor conditiones omnis effectus praedestinationis. 619

Caput 3. Quinam actus supernaturales sint, aut non sint effectus praedestinationis.

Caput 4. Infusio gratiae iustificantis, etiam prima, cum per peccatum interrumpitur, & glorificatio sunt effectus praedestinationis.

Caput 5. Quo pacto res naturales sint, aut non sint effectus praedestinationis.

Caput 6. Permissio peccati an sit effectus praedestinationis?

ARTIC. II. S. THOMAE.

## VTRVM PRAEDESTINATIO

ALIQUID PONAT IN PRAEDESTINATO?

Distinxit S. Thomas praedestinationem in se ab eius executione, sicut in prouidentia distinxerat prouidentiam in se ab eius gubernatione. Et respondet duplici conclusione.

Prima conclusio S. Thomae; praedestinatio in se, quia est pars prouidentiae, & est ratio ordinationis hominum in vitam aeternam, nihil ponit intrinsecum in praedestinato.

Secunda conclusio: executio praedestinationis, quia est gubernatio passiva supernaturalis, aliqua ponit in praedestinato.

S. Thomas in hoc art. supponit, praedestinationem habere proprios effectus. Tota ergo nostra disputatio versabitur in eis diiudicandis.

Caput I. Quatuor conditiones omnis effectus praedestinationis.



1. **M**ultae conditiones, quae concurrere debent ad hoc, ut aliqua res sit effectus praedestinationis, perspectas habeamus; ante oculos nobis proponenda est ipsa praedestinationis natura, atque definitio. Celebriores retuli disp. 27. cap. 7. num. 54. Mihi uero hanc selegi sic compositam: praedestinatio hominum est prouidentia Dei; qua certi homines ex massa perditionis misericorditer selecti per infallibilia media gratia in vitam diriguntur aeternam. Singula huius definitionis uerba, atque actus omnes in diuina mente, & uoluntate existentes, spectantes ad compositionem essentiae praedestinationis, in eo loco explanauit. Ex quo, & ex nostra doctrina disp. 23. cap. 13. & alibi saepe, constat, primum actum uoluntatis diuinae, constituentem essentiam praedestinationis, esse specialem illam electionem, per quam elegit hominem ad gloriam, ut habentem connexionem cum medijs congruis futuris.

1. **Conditio effectus praedestinationis.** Ex quo prima conditio redditur perspicua; nimirum, ut aliquid sit effectus praedestinationis, non solum procedere debere a Deo, ut a causa efficiente; sed etiam ab ipso ex speciali illa electione applicante suam omnipoten-

tiam. Quidam Recentiores aduersantur huic doctrinae affirmantes, ut aliquid sit effectus praedestinationis, satis esse, quod procedat ex communi prouidentia, & electione gloriae: nam in potestate praedestinati est, quod sic uocatus per illam uocationem mereatur uberiori gratiam, & iustificationem, & perseverantiam: ergo in potestate praedestinati est efficere, ut illa prior uocatio, procedens ex communi prouidentia, sit effectus praedestinationis: ergo ut aliquid sit effectus praedestinationis, necessarium non est, ipsum procedere ex speciali electione.

In his non tantum doctrinae nostrae, sed etiam Patri Suarez aduersatur: nam, ut nos tenemus, effectum praedestinationis procedere debere ex nostra speciali electione; ita ille ex sua efficaci praeelectione hoc docuit lib. 3. de praedestinationis effectibus cap. 2. num. 7. Ego uero contra doctrinam horum Recentiorum egi sententiam disp. 28. cap. 4. Non negamus ita a Deo leges suae praedestinationis disponi posse, ut uocationes eadem, quae modo conferuntur, atque congruae sunt, forent effectus praedestinationis, cum solum procederent ex communi prouidentia. At cum speciali electione antecedente gratiosa Deus de facto discreuerit praedest-

Fff 4 desti-

destinatum à reprobis, vt ostendi ex Paulo, & Augustino disp. 23. cap. 4. & 6. non potest non de facto omnis effectus praedestinationis ab ea speciali electione ducere originem.

2. Cōditio.

Secunda conditio est, esse aliquo modo supernaturalem. Dico aliquo modo; quia supernaturale diuiditur in supernaturale quoad substantiam, & quoad modum, vt omnibus notum est. Esse vero secundam conditionem effectus praedestinationis, vt aliquo modo sit supernaturalis, constat primo ex definitione proposita in illa particula *per media gratiae*. Constat secundo ex omnibus definitionibus, quas retuli disp. 22. cap. 7. ac maxime Augustini lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 14. Vbi praedestinationem appellat preparationem gratiae. Constat tertio ex fine praedestinationis, qui totus supernaturalis est; nimirum visio Dei: ergo media, quae conducunt ad consequutionem huius finis non possunt non aliquam habere supernaturalitatem. Praedestinatio vero circa hanc media versatur: ergo vt aliquid sit praedestinationis effectus, supernaturalitatem aliquam induere debet.

3. Cōditio.

Tertia conditio est, vt cum effectu conducatur in consequutionem vitae aeternae. Hanc probatur primo ex definitione proposita in illa particula, *per infallibilia media gratiae*. Secundo ex definitione Augustini in illa particula; *certissime liberantur, quicumque liberantur*: ergo quidquid gratiae a praedestinatione procedit, cum effectu conferre debet ad consequutionem vitae aeternae. Hic obserua cum P. Suarez lib. 3. de praeest. effectibus cap. 2. num. 9. praedestinationis effectum non debere esse in se perpetuum; nam gratiae congruae, & actus illarum sunt in praedestinato effectus prae-

P. Suar.

destinationis, vt doceo cap. 2. & 3. at non semper durant: omnis vero effectus praedestinationis habere debet effectum perpetuum: nam si de facto conducit in vitam aeternam, habet vt effectum vitam aeternam: habet ergo effectum perpetuum.

4. Cōditio.

Quarta conditio est, quod sicut effectus praedestinationis habet. Deum causam efficientem, agentem per specialem electionem; ita habet Christum Dominum primam causam meritoriam agentem per meritum sanguinis, & mortis. P. Suarez lib. 3. cap. 2. num. 5. aduersatur huic conditioni; nam licet concedat effectum praedestinationis pendere à Christo Domino, vt a causa meritoria; negat tamen pendere ab ipso, vt existente in carne passibili per redemptionem sanguinis, & mortis. Quae ratione existimat, primam primi hominis gratiam, atq; Angelorum praedestinationem esse effectus Christi meritis, abstrahentis à carne passibili, licet non redimentis.

Verum haec dicuntur à P. Suarez consentaneae ad sua principia; non tamen cū nostris consonant; qui neque admittimus Christum praeordinatum ante peccatum, nec meritum abstrahens a carne passibili, & impassibili; nec primi hominis primam gratiam, aut Angelorum praeordinatō fluxisse à meritis Christi; vt satis constat ex dictis disp. 29. Quapropter licet praeordinatio vt sic, nec petat merita Christi Domini, nec merita redemptionis; at haec, quae de facto statuit, prouidentia Dei cōtenta non est, nisi meritis Christi Redemptoris. Ex his quatuor conditionibus, breuiter sic descriptis, pendet vt à norma, quae in discursu huius disputationis de effectibus praeordinatōis à nobis tradenda sunt.

Caput II. *Quanam praeuenientes gratia ex congruis, aut non congruis sint, aut non sint effectus praeordinatōis.*



**B**ENEFICIA, quae plus habent de supernaturalitate, primum locum obtinent inter effectus praeordinatōis, & ideo exordium sumimus a gratijs praeuenientibus. Haec vero diuiduntur in congruas, & non congruas. Nō possum discrimen inter has gratias ex professo explicare. Nec etiam possum non leui calamo aliquam differentiam explanare. Gratia ergo congrua 1. considerari potest in se ipsa, praescindendo ab actibus diuinis, per quos infunditur. Considerari etiam potest in duplici statu; primo in statu conditionato: secundo in statu absoluto; in vtroque differt a gratia non congrua per hoc, quod affert, seu connotat actum secundum; non congrua vero

5. Quid gratia congrua, & non congrua.

connotat negationem eius in vtroque statu. Secundo considerari potest, vt subest actibus scientiae, & decretis voluntatis, quibus confertur; nam, vt subest praescientiae, tum conditionatae de consensu sub conditione futuro, tum visio- nis de existentia gratiae congruae in voluntate, prius ratione logice loquedo, quae habeat consensum, cū ipso habet infallibilem connexionem; propterea quod intellectui diuino duplex praemissa praecedit, ex qua euidenter, & necessitate sequitur consensum fore pro posteriori rationis; altera praemissa est hoc iudicium: *si ego hunc hominem sic vocauero, ipse respondebit*. Altera hoc: *iam praeuideo hic, & nunc existentem hanc vocationem in facultatibus eius: ex ijs, quae logice praecedunt, inferunt necessitate consequentia haec*

haec conclusio: *ergo erit consensus*: vt subest etiam actibus voluntatis, semper in praeordinato procedit ex speciali nostra intentione gloriae alligata medijs congruis, de qua ex professo sermonem habuimus disp. 23. cap. 13. Itaque gratia congrua pluribus nominibus insignitur ab Augustino: modo appellat congruam, lib. de dono perseverant. cap. 14. quia congruit fini gloriae a Deo specialiter praedito, quia etiam congruit ipsi voluntati; quatenus per eam vocantem sequitur, & consequitur vitam aeternam: modo appellat secretam, & altam, vt Epist. 107. quia soli Deo notum est ipsam habituram effectum, & laturam fructum vitae aeternae; iam appellat vocationem secundum propositum, & sine poenitentia; vt lib. de praedest. Sanct. cap. 3. & 19. & de corrept. & gratia cap. 7. & alibi, quia est accommodata praescientiae, & electioni Dei, & de facto fert infallibilem fructum vitae aeternae: iam etiam appellat certam scientiam, vt lib. 2. de peccatorum meritis cap. 19. & tunc eam considerat, vt subest certo praescientiae Dei; iam demum victricem delectationem, & suauitatem, vt in eodem lib. 2. cap. 27. & tunc eam considerat, vt hominem ducit ad consensum, & de facto trahit. Itaque in his differt gratia congrua, & non congrua; in quo autem ex his connotatis formalissime consistat congruitas, aut efficacia, an in aliquo praecedente natura, aut ratione saltem logice; an per ipsum consensum compleatur, & in quo consistat maioras gratiae, & beneficij ex professo tractavi in materia de auxilijs diuinae gratiae, a qua modo abstinendum.

Aug. raris nominibus illustrat gratiam congruam.

Reprobi habent aliquando gratiam congruam.

6

Gratia congrua in praeordinato est effectus.

Hoc loco obserua, etiam reprobos aliquando habere vocationes congruas, quibus consequuntur gratiam iustificante; at eas non habent ex speciali illa electione, quae est primus actus essentiae praeordinatōis ex ijs, qui pertinent ad voluntatem Dei; sed aut ex communi prouidentia, vel ex speciali complacentia in eo actu bono, quem habet reprobis media illa gratia congrua.

His praenotatis dicendum primo; omnis gratia congrua in praeordinato est effectus praeordinatōis. Haec conclusio est in se prorsus certa, & fere sine controuersia. Probatur primo ex pluribus Pauli locis maxime ad Rom. cap. 8. ibi: *quos praeordinauit, hos & vocauit*: vbi vocationem congruam significat esse effectum praeordinatōis. Eam etiam Augustinus illustrat nominibus, quae obseruauimus num. 5. & appellat propriam praeordinatorum; & eam magis explico cap. 3. vbi de actibus, qui sunt effectus. Secundo probatur, quia huic vocationi competunt omnes quatuor illae conditiones effectus praeordinatōis, quas descripsi c. 1. Prima, quod procedit à Deo per specialem electionem praeordinantem. Secunda, quod sit su-

pernaturalis: nam omnis vocatio congrua etiam prima omnium in mea sententia supernaturalis est quoad substantiam, & in omnium sententia saltem quoad modum. Tertia, quod conferat cum effectu in gloriam: nam licet ipsa in se perpetuo non duret, durat in effectu aeterno; vt notauimus num. 3. Quarta demum, quod Christum Dominum habet causam meritoriam per redemptionem.

Dubitabit quispiam, an vocatio congrua reprobi sit aliqua ratione effectus praeordinatōis. Respondeo breuiter non esse; primo: quia comparatione reprobi non procedit ex electione praeordinante, sed ex communi prouidentia supernaturali. Secundo, quia non fert fructum vitae aeternae. Vnde propter defectum primae, & tertiae conditionis excluditur à ratione effectus.

An reprobi vocatio congrua sit effectus. Non esse.

Sed dubitabis iterum, an haec eadem vocatio congrua reprobi comparatione praedicti nati alicuius, cum ipse capit fructum spirituales vitae aeternae ex bona operatione reprobi sibi in exemplum proposita, sit ne effectus praeordinatōis praeordinati? Respondeo certum esse, esse posse; & probabilius esse: nam nihil impediens, quod praeordinato extrinseca sit, potest habere rationem gratiae congruae comparatione eius. At, vt dixi in prima conclusione, omnis gratia congrua praeordinati est effectus praeordinatōis eius: ergo etiam illa.

An eadem comparatio alterius esse possit effectus.

Quia vero contingit, praeordinatum non semel vocari gratia non congrua, dubitari solet, an haec etiam sit in illo effectus praeordinatōis eius? P. Suarez lib. 3. de effectibus praeordinat. cap. 6. num. 5. affirmat. Mouetur primo, quia illa etiam procedit ex intentione efficaci dandi gloriam: nam sepe contingit Deum vocare praeordinatum, vt non cadat, non absolute, sed quasi sub conditione, vel disiunctim, vt non cadat, vel si ceciderit, resurgat: ergo tunc licet non sit efficax ad non cadendum, datur tamen a Deo ex intentione ultimi finis, & animo tollendi impedimentum ab homine positum.

An in praeordinato gratia non congrua sit effectus. P. Suar. sententia affirmans.

Cōfirmat ex exemplo petito ex humana prouidentia, vt cum ex intentione efficaci salutis sumo medicinam, si forte proficit: & licet non proficit, at sumptio est effectus intentionis efficaci: ergo pariter, licet vocatio non congrua non habeat effectum, nihilominus processit a Deo ex intentione efficaci salutis.

Mouetur secundo; quia, licet ea vocatio non habeat effectum in actu proximo, pro quo datur; at cū praeordinatus respondet alteri vocationi congruae, & in memoriam reuocat vocationem, cui non respondit, prodest saepe ea memoria ad aliquem fructum spirituales, vt ad agendas gratias pro frequentia vocationum, ad se coram Deo abiiciendum propter negatum consensum: ergo

ergo potuit Deus eam vocationem non congruam infundere ex speciali complacentia in actu bono, pro quo utilis fuit precius eius utilitatis: ergo, licet sit non congrua comparatione actus proximi, habet tamen secundum hanc considerationem suam congruitatem, & efficaciam media memoria comparatione aliorum actuum, quos diximus, ergo ut sic est effectus predestinationis. Probo hanc consequentiam; quia ut sic reuocatur ad vocationes congruas; omnis autem vocatio congrua in predestinato est effectus predestinationis: ergo &c.

3 *Sententia negans.*  
A contraria parte hæc faciunt; primum, quod nullibi Augustinus agnouit, vocationem non congruam ut sic esse effectum predestinationis. Ego sane nullum legi locum, in quo id significauerit, imo nec Doctor scholasticus, qui eam vocationem inter effectus annumerauerit.

*Multa conferunt, quæ non sunt effectus.*  
Facit secundo, quod licet ea vocatio postea in memoria versata utilis sit eo modo, quo expe-  
3 *1. Con. Iudicium auctoritatis.*  
pendebat P. Suarez in secunda ratione; at ex eo non fit necessario esse effectum, ut inferebat P. Suarez: neque enim omne, quod utile est, & confert ad predestinationem, effectus eius est; nam, ut sit effectus, debet procedere ex speciali dilectione iuxta primam conditionem num. 1. Multa vero conferunt, quæ non processerunt ex speciali illa dilectione; ut patet in Christo, in Sacramentis, in ipsa substantia predestinati, quæ conferunt, & non sunt effectus predestinationis. Id etiam declaro hoc exemplo in prouidentia domestica, cuius finis est versari circa media, quibus comparantur necessaria ad victum, & vestitum familia: ad hunc vero finem sæpe vitur arte aliqua, aut industria; cum tamen neque ars, neque industria sint effectus prouidentie. Pariter licet predestinatio utatur aliquando ea gratia non congrua memorata ad suum finem, ita ut reuera conferat ad illum: non tamen ex hoc fit necessario esse effectum eiusdem predestinationis. Quæ doctrina enervari videtur secunda ratio P. Suarez, quam ipse censuit efficacem pro intento.

9 *2. Con.*  
Dicendum secundo, quæ utrinque allata sunt, probare, ita res à diuina prouidentia disponi posse, ut ea vocatio, secundum quod postea prodest, sit effectus, & non sit effectus. Sic probo conclusionem hanc ex dictis; nam certum est esse medium conducentis secundum eam considerationem: at ratio mediij conducentis indifferens est, ut sit formaliter effectus, aut medium; & ut sit tantum materialiter medium, ut probauimus num. 8. ergo ita poterat Deus dispo-  
10  
nere res, ut ea gratia non congrua, in quantum prodest ad salutem, sit simul effectus, & medium, aut sit purum medium, & non effectus.

Dicendum est tertio; ut proxime comparatur

ad actum, pro quo data fuit, seu secundum virtutem efficietem non est effectus predestinationis. Hanc conclusionem probat primo auctoritas negatiua Augustini. Probat secundo, quod ut sic nihil conducit in consequentia vite æternæ; ac proinde non processit ex speciali electione; ergo ex defectu primæ, & tertiæ conditionis excluditur a ratione effectus.

Dicendum est quarto; ut vero ea vocatio est obiectum, & versata in memoria confert ad alios actus supernaturales iam numeratos; probabilius est, esse de facto effectum predestinationis. Conclusio hæc consentanea est eis, quæ diximus supra num. 6. in quo vidimus vocationes congruas reprobis comparatione predestinati esse effectus predestinationis eius, nihil impediens, quod sit gratia extrinseca; quia illa fert in predestinato fructum vite æternæ. Quæ ratione dicunt Theologi alias extrinsecas gratias, prædicationem, Sacramentorum applicationem, opportunitatem bene agendi esse effectus predestinationis. Ergo pari ratione gratia non congrua, non ut sic, sed ut induit rationem congruam, in quantum obiectiue versata in mente prodest ad vitam æternam, dici debet esse effectum predestinationis, atque processisse ex speciali electione, quæ præsupponit præscientiam utilitatis eius: nam hoc pertinere videtur ad perfectiorem prouidentiam. Neque obstat Augustinus: quia quoties non agnoscit gratiam non congruam ut effectum, intelligendus est de ea, ut est non congrua in genere efficientis; non autem de ea, ut obiectiue induit aliquam congruitatem.

11 *Distinctio non est ab iectis de rationis effectibus Di.*  
His conclusionibus nulla ex rationibus utriusque productis obstat. Verum non possum non notare in primo argumento P. Suarez, primo nullam esse electionem efficacem illius disiuncti, nimirum, vel quod non cadat, vel quod si ceciderit, resurgat; nam disiunctum illud potest quidem versari in mente nostra confusa: ut cum dicimus, alter oculus requiritur ad videndum: at non potest existere à parte rei, ut mente attingitur tale obiectum. Quo fit, electionem Dei efficacem, quæ secum affert obiectum necessario non posse terminari ad disiunctum illud: nam ut non potest Deus efficaciter velle, ut existat animal ut sic, ut a mente nostra confusa attingitur, quia repugnat illud ut sic existere: ita non potest illud disiunctum efficaciter eligere. Secundo noto, in quantum vocatio illa datur a Deo, ut non cadat, non posse procedere ab intentione efficaci gloriæ antecedente, cuius oppositum subsumit P. Suarez, cuius ratio est; quia Deus certo cognoscit, medium illud esse inefficax, ut non cadat; intentio autem efficax non determinat ad medium, quod fore inefficax certo cognoscit intendens;

tendens; sed ad mediū, quod aut certo sciri fore efficacem, aut saltem sperari habiturum efficaciam. Quæ ratione sumimus medicinam prouidentia humana ex intentione efficaci sanitatis; quia, licet non constet nobis certo efficacem futuram: at spem habemus de effectu per illam; quod si nulla esset spes ex præscientia ineffi-

623  
cacia, ut non est in Deo, eligi non potest ex intentione efficaci finis. Itaque licet intentio inefficax finis inclinet intendentem ad medium efficacem, ut explicui disp. 23. cap. 14. in secunda obiectione: at intentio efficax imperare non potest electionem mediij inefficacis, cognita inefficacia.

Caput III. Quinam actus supernaturales sint, aut non sint effectus predestinationis.

13 *Prædestinatio reprobis quid?*  
I V S capituli materia multum pendet ex dictis capite superiori. Et primo distinguendi sunt actus supernaturales reprobis ab actibus supernaturalibus predestinati. De illis idem dicendum est comparatione predestinati, quod diximus de gratia congrua reprobis num. 6. atque propter eandem rationem, ut constat.

Deinde distinguendi sunt in predestinato actus supernaturales: nam alios efficit in statu gratiæ; alios extra hunc statum; alij sunt dispositiones, aut remotæ, aut proximæ iustificationis: alij aliquid de facto impetrant, atque merentur saltem de congruo; alij non, ut declaro magis in 2. conclusione.

Porro in præsentim agimus de predestinatione non tantum restricte, ut est causa iustificationis, aut glorificationis, quo pacto eam usurparunt aliqui Theologi, atque dixerunt, iustificationem esse primū effectum predestinationis, & ideo concesserunt causam aliquam ipsius ex actibus procedentibus a gratia, ut sæpe fecimus mentionem: sed agimus de predestinatione phrasi Augustiniana, de prompta ex Paulo, prout complectitur omnes effectus gratiæ per Christum a prima vocatione cum vniuersa serie, & progressu predestinati vsque ad perseuerantiam, atque glorificationem.

14 *Actus supernaturales predestinati sunt effectus.*  
His notatis dicendum primo, omnes actus supernaturales predestinati, qui de facto ferunt fructum spirituale vite æternæ, aut per meritum condignum, aut congruum, aut sunt dispositiones proximæ, aut remotæ, numerantur inter effectus predestinationis. Hæc conclusio eodem modo probanda est, ac prima capituli superioris num. 6. ex qua constat, omnem gratiam congruam in predestinato esse effectum predestinationis: ergo multo melius actus supernaturalis, propter quæ infusus fuit, erit prædestinationis effectus. Patet consequentia; nam huic actui supernaturali competunt quatuor illæ conditiones cap. primi, quibus diiudicatur effectus predestinationis a non effectus; ut applicanti facile constabit.

Dico secundo; actus supernaturales effecti

extra statum gratiæ, qui nec de facto disponunt ad vltiorem gratiam, nec acceptatur a Deo eorum meritum de congruo, non sunt effectus predestinationis. Pro probatione conclusionis nota, aliud esse actum supernaturalem esse, quantum est in se, meritorium de congruo; aliud de facto mereri, & acceptari a Deo: nam primū solum dicit meritum in actu primo, hoc est, ex se esse aptum, ut mereatur: secundum vero dicit actum secundum merendi. Cum vero Deus non promiserit lege infallibili acceptare meritum de congruo, ut de facto non promissit his actibus, qui exercentur extra statum gratiæ, aut sunt dispositiones remotæ; stat actum esse meritorium, & de facto non acceptari, nec propter illud conferri aliquid præmium.

Ex hoc notato manifeste probatur conclusio: nam actus hi ex defectu tertiæ conditionis, quia nimirum nihil cum effectu conducunt in vitam æternam, remouentur à ratione effectus, & eodem modo prorsus se habent, sicut gratia non congrua in eodem predestinato comparatione actus proximi, pro quo dabatur a Deo; de qua ut sic propter similem rationem diximus, non esse effectum predestinationis numero 10.

15 *An quatenus procedunt a libero arbitrio, sint effectus.*  
Verum in actibus supernaturalibus, de quibus diximus in prima conclusione esse effectus predestinationis, est non nulla dubitatio; an quatenus procedunt præcise a libero arbitrio, hoc est, ut habent causam partialem naturalem, induant rationem effectus? Nam partem negantem docuit Emericus quodlib. 4. q. 19. & quodlib. 8. q. 5. fauet P. Molina 1. p. q. 13. ar. 4. & 5. disp. 1. mem. 8. non longe à fine, sicut calor (ait) producit ab igne in genere causæ efficiētis, ut a causa particulari, ut ab vniuersali vero a Deo, ut a causa materiali a subiecto; ut vero habet esse ab igne, & a subiecto, non est effectus causæ vniuersalis, nec ut a Deo procedit, est effectus causæ secundæ: ergo pariter actus supernaturalis, qui est immediate, tum a Deo auctore supernaturali, tum a gratia auxiliij excitantis, tum etiam a libero arbitrio nostro; ut est a libero arbitrio, non est a gratia, neque a Deo auctore supernaturali, sed a causa partiali naturali: ergo ut sic non est effectus predestinationis,

nis, secundum hanc declarationem P. Molina. Probo hanc consequentiam, quia omnis effectus predestinationis est a gratia; sed ut sic non est a gratia: ergo ut sic non est effectus predestinationis. Lege ipsum memb. 9. ad finem quartae conclusionis, & memb. 10. §. hinc efficitur, ubi idem significat.

**I6**  
P. Suarez.  
P. Valent.  
Sententia affirmans eligitur, & declaratur.

Opposita sententia defendit P. Suarez. lib. 3. de effectibus predest. cap. 5. conclus. 2. & P. Valentia in presenti punct. 4. §. 3. in refutatione septimae sententiae, quae est Herici; quibus ego etiam subscribo. At declaro in hunc modum, nam forte controversia haec inter hos doctores, ac praecipue cum P. Molina ad quaestionem de voce spectat. Sumo ex mihi certa philosophia, influxum gratiae, & liberi arbitrii, quo producitur actus supernaturalis, solum distingui ratione inadaequata non praescindente, quatenus eundem prorsus influxum modo concipimus inadaequate per ordinem ad unum principium connotatum; modo per ordinem ad aliud: licet ergo in se principia diversa sint, atque distincta, non influunt distincto influxu, ut influunt causa totales, & adaequate, sed eodem, qui egreditur a duplici partiali principio. Ex quo efficitur, quidquid in actu supernaturali agit liberum arbitrium, id ipsum agere gratia; nam si agunt eodem influxu, & non aliter; non possunt non idem in effectu attingere; ergo si influxus ille, ut a gratia excitante, est effectus predestinationis, etiam est effectus, ut a libero arbitrio.

Urgeo rationem; sicut liberum arbitrium efficit, quod influat gratia determinando ipsum exercitium operis, ita ut per rationem nostram ei directe, & primario tribuatur existentia influxus, & actus; ita etiam gratia efficit formalissime, quod liberum arbitrium eliciat actum supernaturalem: nam ipsum potest quidem sine gratia influere in actus virtutum moralium, non vero in actus virtutum infusarum. Unde gratia facit, ut faciat supernaturaliter non praedeterminando ad opus, sed cooperando per cooperationem eleuantem. Id significavit Ezech. cap. 36. cum dixit: *faciam, ut in praecipis meis ambuletis*, utique per gratiam meam; hoc est, ut praecipia mea supernaturaliter adimpleatis: ergo influxus ille liberi arbitrii est donum Dei, quippe in ipso ut sic Deus specialiter complacet: simul enim vult, & gratiam influere, & liberum arbitrium; & propter utrumque elargitur praemia; ut eleganter dixit Augustinus lib. de predestinat. Sanct. cap. 20. ubi expendit dona Dei remu-

Ezech. 36.

August.

nerare Deum, cum nostris operibus confert praemia: ergo opera nostra appellat dona Dei. Quis autem dicat in nostris operibus pijs non significari influxum liberi arbitrii, cum nec influxus gratiae sine influxu liberi arbitrii, nec is sine influxu gratiae digni sint praemio: ergo cum ait Augustinus, dona ipsa Dei, quae sunt opera nostra, remunerari praemio, complectitur influxum liberi arbitrii; & cum de facto ut sic etiam conducatur in vitam aeternam actus ille supernaturalis, ut constat manifeste; efficitur etiam, influxum liberi arbitrii, ut sic, annumerandum esse inter effectus predestinationis.

Eodem modo dicendum est in ipso exemplo, quo suam sententiam P. Molina confirmabat, & declarabat: nam calefactio secundum omnia, quae habet in se, ut est ab igne causa particulari, est a Deo causa universalis: neque enim calefactio illa accipit unum praedicatum a Deo, aliud aut realiter, aut virtute secundum distinctionem intrinsecam virtutalem a causa secunda: sed quodcumque praedicatum intrinsecum eius, cum reduplicantur praedicata ipsi essentialia, & est a Deo, & est simul a causa secunda. Unde ex parte calefactionis, seu significati directi, ut est a Deo, est a causa secunda. Quod si illa reduplicatio non solum cadat supra essentialia actioni, sed etiam inuoluat, atque includat ipsa principia, & efficiat complexum quoddam ex ipsa actione, & principio; verum erit, ut actio est a Deo, non esse a causa secunda: tunc autem diligenter animadvertendum est, sensum eius reduplicationis hunc esse, complexum illud ex actione, & principio causa primae distinctum esse a complexo ex actione, & principio causa secundae: tunc vero non erit quaestio de ipsa cooperatione liberi arbitrii, quae egreditur ab ipso, & a gratia, an sit effectus predestinationis? sed an ipsum complexum, ut constat ex actione, & principio, siue causa primae, siue causa secundae, sit effectus predestinationis? id est, an omnipotentia Dei, quae est principium causa primae, & liberum arbitrium, quod est principium causa secundae, ingrediantur inter effectus predestinationis? Cum ergo diversitas in hoc sensu locum non habeat, sed solum quaestio sit de ipsa actione, ut condistincta a principijs, & ut ea excludens; dicendum est, ipsum influxum ut a libero arbitrio esse donum Dei, atque effectum predestinationis, quin obstat exemplum P. Molinae.

Caput

Caput III. Infusio gratiae iustificantis etiam prima, cum per peccatum interrumpitur, atque glorificatio sunt effectus predestinationis.

17



E gratia habituali, atque virtutibus infusis, quae ipsam comitantur, quaeque in praedestinato durant usque ad finem vitae, esse effectus predestinationis, nemini dubium. Id quod

Ad Rom. 8.

expresse docuit Paulus ad Rom. 8. ibi: *quos vocavit, hos iustificavit*. Ne hoc alia indiget probatione, nam gratia illa immediate cum gloria conecitur. Cum vero mortale superveniens eam in praedestinato destruit, merito scholastici Doctores dubitant, an prima eius productio sit predestinationis effectus? An vero illa processerit a communi providentia; ita ut effectus proprii predestinationis incipiant a reparatione?

Quantum gratia recaperetur per penitentiam.

D Thom. P. Vazq.

P. Suarez.

Gratia secundo reproducta est effectus.

18

Utraque sententia negans, & affirmans de prima gratia producta.

P. Valentia. P. Arrubal.

Tota ergo dubitatio sita est in prima eius gratiae productione, quae (ut video) solum accurate discussa ab scriptoribus nostris. At enim invicem se impugnant Patres Suarez, & Vazquez: is negat esse effectum 1. p. disp. 93. cap. 3. ut sibi manifestum; imo numer. 19. affirmat, etiam in sententia P. Suarez, qui adstruxit electionem efficacem ad gloriam ante praevia merita, partem negantem convenientius defendi: ille vero lib. 3. de effectibus predestinationis cap. 4. affirmat, primam illam productionem esse effectum. Sequitur Pater Valentia hic disp. 1. punct. 3. & fauet huic sententiae Pater Arrubal disp. 83. cap. 1. Fundamenta Patris Vazquez ad finem refero; fundamenta partis affirmantis discutio proferens proprii iudicium, quod libet statim proferre, simul illatum controversiae apprimè explicans, & rem definiens.

Notandum.

Ut res aliqua supernaturalis sit effectus predestinationis, sufficit, quod illa re vera de

facto pariat effectum gloriae, si ei competunt aliae tres conditiones effectus: prima, procedere ex speciali electione: secunda, esse supernaturalem: tertia, esse ex meritis Christi Redemptoris, licet in ea conducentia pendeat ab aliquo se posteriori, quod nisi constitueretur in natura, illud prius non esset effectus predestinationis: at de facto est effectus, quia de facto posterius constituendum est. Declaro exemplo congruae vocationis praedestinati ultimae, atque necessariae, ut ille vitam in gratia finiat; quae sane non esset predestinationis effectus, si liberum arbitrium, ut potest, ei resisteret cohibendo cooperationem. at posita cooperatione, quae posterior est infusione gratiae congruae, illa est effectus, quia saltem mediate conducit ad gloriam, & in ea perpetuum effectum habet. Ex hac doctrina, quae admittitur a P. Vazquez supra, ego sic infero, primam gratiae iustificantis infusione in nostro casu esse effectum predestinationis. Etenim peccatum mortale superveniens eam non extinguit, sed mortificat, aut confopit. Merita item priora non fuerunt extincta, sed confopita; & ita manserunt in divina acceptatione; ut vim habeant reuiuiscendi, si impedimentum peccati remoueatur. Ergo remoto illo impedimento per penitentiam, prima illa collatio, atque merita praecedentia effectum habent in gloriam specialem, cum non haberent, nisi prima collatio, atque merita praecessissent: etenim tunc solum conferretur gratia ad mensuram penitentiae: modo vero propter primam iustificationem, atque priora merita uberior gratia datur, ut notavi num. 17.

Nec obstat in hoc effectu pendere illam primam collationem ab aliquo posteriori se; nimirum, a remotione impedimenti per penitentiam; & an, si praedestinus non praestaret illam primam vocationem, non foret effectus? Etenim hanc difficultatem superauimus in gratia congrua, ut antecedit operationem; quam tamen ut sic fatentur omnes esse effectum predestinationis: ergo similiter dicendum in prima gratiae iustificantis infusione.

Haec est ratio fundamentalis pro parte affirmante, & ex ea obiecta P. Vazquez dissolvenda; quae dum diluo, rem adhuc magis explico. Prima obiectio: prima illa collatio ante statum peccati est effectus communis providentiae: ergo non predestinationis. Antecedens negandum est, quod non video vrgenter probari a P. Vazquez. Quare enim Deus praecipuis permissionis peccati, & futurae penitentiae, atque

Infusio prima gratiae est effectus.

Enodatio obiectio.

G g g repara-

reparationis, non poterat producere in predestinato primo gratiam iustificantem ex speciali electione eius ad gloriam, non quidem efficaci antecedente ante peccati permissionem, & prauisionem. Nam si Deus prauisionem recuperationem gratiæ, & pœnitentiam ante peccati permissionem, & prauisionem voluntate antecedenti, saltem implicite vellet ipsum peccatum, vt tracto cap. 6. num. 31. sed speciali nostra dilectione, pro quodam priori rationis terminata tantum ad primam gratiæ productionem ex præscientia; quod illa post reparationem profutura sit prædestinato ad augmentum gloriæ.

Præoccupatio ob electionis.

Dices; voluntatem illam antecedentem, ex qua prima iustificatio producitur, non posse esse prædestinatam, quia non est continuanda cum alijs effectibus. Sed contra: unde probatur, ad rationem effectus necessarium esse, vt non interrumpatur per aliquid non spectans ad prædestinationem. Neque hoc videtur solide statui, imo oppositum videtur verius: nam si primæ illi productioni competunt quatuor conditiones omnis effectus prædestinationis, quas descripsimus capite primo, non est, cur excludatur à ratione effectus; eas verò competere manifestum est. Itaque licet specialis electio nostra non cadat immediate in omnes gratias congruas continuas, atque inter se connexas, quibus immediate perducitur homo ad gloriam; at potuit specialiter complacere in gloria prædestinati per primam illam productionem gratiæ prius ratione, & ibi sistere, & postea permissio, atque prauiso peccato ex illa speciali electione alium effectum prædestinationis, nimirum, vocationem congruam ad pœnitentiam infundere, & sic in alijs euentibus.

Imo in sententia P. Vazquez, qui, cum neget specialem electionem gloriæ antecedentem, dicere cogitur, ad effectum prædestinationis necessarium non esse, quod procedat ex speciali voluntate, sed sufficere, quod procedat ex simplici desiderio gloriæ; conuenientius mihi dici videtur, illam primam collationem gratiæ esse effectum prædestinationis, nec pertinere ad communem prouidentiam prædestinato, & reprobis: nam negare non potest de facto conducere, cum reuiuificat, ad plures gradus gloriæ: atque adeo causalitatem habere perpetuam in gloriam; imo, & coniungi cum alijs effectibus causalitatem, remoto impedimento: ergo si alij effectus, cum ex simplici complacencia procedant, quia tamen, ita à Deo sunt, vt de facto conducant, & supernaturales sunt ex merito Christi redemptoris, numerantur ab ipso inter effectus prædestinationis; etiam hanc primam colla-

tionem numerare debuisset. Hinc in ipsum retorquemus idem, quod in aliam sententiam de speciali electione obiecerat numer. 18.

Secunda obiectio; prima collatio gratiæ Adami in statu innocentie non est effectus prædestinationis, quippe non processit à meritis Christi redemptoris, & secundum nos omnis effectus prædestinationis ab eis manat: ergo pari ratione prima productio gratiæ per peccatum interrupta non est effectus prædestinationis. Probo hanc consequentiam; nam post reparationem peccati Adami per pœnitentiam tota illa prima gratia in integrum restituta fuit, atque adeo coniuncta cum gloria: ergo si non obstante hac ratione, non est effectus prædestinationis, neque erit prima productio gratiæ interrupta.

20 An prima collatio gratiæ Adami sit effectus.

Respondeo, in ipso argumento contineri solutionem, atque discrimen inter primam collationem gratiæ Adami in statu innocentie, & inter hanc. Itaque illa propterea tantum non est effectus prædestinationis; quia deficit quarta illa conditio de Christo causa meritoria per redemptionem: & cum prima productio gratiæ interrupta in alijs hominibus habeat Christum causam meritoriam per redemptionem, discrimen manifestum est. Si quis verò hæc duo defenderet; primò, Christum fuisse causam meritoriam gratiæ Adami in statu innocentie: secundum, ad effectum prædestinationis, etiam in hac prouidentia necessarium non esse, habere Christum causam meritoriam per redemptionem; annumerare utique posset Adami gratia in statu innocentie inter prædestinationis effectus. At cum neutrum eorum sit consentaneum principijs, quæ veriora putamus; negandum nobis est, illam gratiam Adami in statu innocentie esse prædestinationis effectum, quin id obstat nostræ resolutioni in prima infusione gratiæ interrupta per peccatum in alijs hominibus.

Non est.

Restat de glorificatione, an sit effectus? Respondeo breuiter effectum esse. Disp. 22. cap. 7. docui, voluntatem glorificandi pertinere intrinsece ad essentiam prædestinationis. In hoc doceo, ipsam glorificationem esse effectum, doctrina consonante. Id probatur ex Paulo ad Rom. 8. ibi: quos prædestinavit, hos & glorificauit: ergo vt vocatio, iustificatio, & alia sunt ex Paulo effectus prædestinationis; ita etiam glorificatio. Non me latet, quosdam illud glorificauit intelligere magnificauit, hoc est, illustrauit celebritate nominis gloriosi. Verum expositio est contraria communi Patrum sententiæ; vt bene ostendit P. Suarez lib. 3. cap. 3. ac maxime Augustino lib. de prædest.

21 Gloria an sit effectus.

Esse.

Ad Rom.

P. Suarez August.

prædest. Sanct. cap. 17. ibi: glorificauit, illo vtique fine, qui non habet finem. Et contextus ipse Pauli id etiam persuadet: nam vt per vocauit, & iustificauit intelligit vocationes congruas, & iustificationem à prædestinatione procedentem; ita & per glorificauit; vt quid enim ibi de celebritate magni nominis in hac vita? Et pone adultum repente conuersum iustificatum, & mortuum: de hoc verum est, quem prædestinauit Deus, vocasse, iustificasse, & glorificasse: at verum non est, claritate nominis illustratum: ergo per glorificauit conuenientius intelligitur gloria vitæ futuræ. Suffragantur interpretes moderni eius loci, atque scholastici communiter; opus tamen non est eos nominatim referre.

Durandus. Durand. negat.

Solus Durandus in primo dist. 41. q. 2. significat, gloriam esse vltimum finem, & quasi effectum extrinsecum prædestinationis. Cæterum nihil affert momenti ad id confirmandum: nam licet gloria sit finis comparatione cæterorum effectuum, at comparatione ipsius prædestinationis est effectus ab illa procedens, & præcipue à Deo intentus, eique, vt sic, competunt quatuor conditiones effectus prædestinationis: nam licet non conducatur ad gloriam, vt causa efficiens gloriæ, vt alij præcedentes effectus, conducit seipsa, vt causa formalis: ergo, &c.

22

Percurramus gratias intrinsecas, gratum facientes in tribus proxime capitibus; nimirum, auxilia prouidentia, actus supernaturales, gratiam iustificantem interruptam, & glorificationem. Vt complectamur omnia super-

naturalia, duo dona restare videntur. Primum de gratijs gratis datis, quæ per se ordinantur ad salutem aliorum. Secundum de gratijs extrinsecis, vt de Euangelij prædicatione, de Dæmonum compressione, de opportunitate bonarum operationum. De primis donis ita censeo: quando ita sunt in prædestinato, vt non solum aliorum saluti vtilia sint; verum in ipso producant fructum spiritualem; dicendum existimo, ipsas gratias gratis datas esse prædestinationis effectus eius, atque manasse ex speciali dilectione per Christum. Quando verò nihil profunt prædestinato, censeo non esse effectus. Quod si in prædestinato, vel reprobis ita sunt, vt licet ipsis non profint, alijs tamen prædestinatis conducant ad profectum spiritualem, censeo esse effectus prædestinationis horum, quibus conducunt, non illorum, qui eis præditi sunt. Assertum hoc coniunctum est in doctrina cum eis, quæ dixi cap. 2. de gratia congrua, atque non congrua, modo in prædestinato, modo in reprobo: & eodem modo confirmandum.

Gratia gratis data sunt effectus.

In secundo genere pariter dico, cum gratiæ illæ extrinsecæ effectum sortiuntur in prædestinato, suam quoque habent congruitatem, & propter eam effectus sunt: cum verò non sortiuntur effectum in ordine ad actum proximum, pro quo dabantur, incongruæ sunt: & vt sic non sunt effectus, nisi cum in memoriam reuocata, & obiectione postea etiam effectum habent, & vt sic effectus esse possunt. Recognosce, quæ dixi de gratia non congrua num. 11.

Gratiæ extrinsecæ sunt effectus.

Caput V. Quo pacto res naturales sint, aut non sint effectus predestinationis.

23 Res naturales de quibus est dubitatio.



ES naturales, in quibus locum habet materia huius capituli quinti, ad has reuocantur. Primum, ipsa prædestinati existentia cum omnibus facultatibus, quæ ad illam ex natura rei sequuntur, inter quas annumerare debes concursum Dei vt auctoris naturæ præsto assistentem. Secundum, temperamentum corporis, & ingenium accommodatum ad actus virtutum. Tertium, natiuitatis locus, & tempus cum progressu durationis vsque ad finem vitæ. Quartum, consuetudo personarum, & occurfus aliarum circumstantiarum, quæ in prædestinato bonos affectus excitare possunt. Quintum, actus ipsi morales naturales virtutum, quos existimo sine gratia per Christum naturam exercere posse, saltem breui tempore, & cum superanda non est vehemens tentatio.

mens tentatio.

De his omnibus hanc statuo primam generalem conclusionem. Quoties hæc causas naturales ita contingunt, vt sine speciali Dei prouidentia eueniant, nullatenus esse effectus prædestinationis. Conclusionem hanc vt sic defendit Pater Vazquez 1. p. disp. 93. cap. 4. & Pater Arrubal disp. 81. cap. 2. ad stipulatur Sotus lib. 1. de natura, & gratia cap. 10. quatenus docet de bonis operibus moralibus habitis sine gratia per Christum, non esse effectus prædestinationis. Nec aliquis Theologus dissentire potest, vt reor: nam doctrina hæc altas habet radices in Augustino, Cælestino Papa, in Patribus Africanis, in Concilio Mileuitano contra Pelagium, & reliquis: qui propter Pelagij fraudes, quibus dolose fefellit Patres Patrum.

Non sunt effectus, cum sunt sine speciali prouidentia.

P. Vazq. P. Arrub. Sotus.

Augustinus Cælestinus Concilium Mileuitanum.



non solum Deus voluit in eo casu gloriam conferre illi homini, atq; gratias congruas; verum etiam ipsam naturalem existentiam: nā si hanc purus homo per preces consequutus fuit ex merito de congruo; non potuit esse antea decreta ex liberalitate. Etenim duo decreta; alterum liberale; alterum remuneratorium, seu ex gratitudine eandem procreationem hominis imperare non possunt; vt fuse disserui disp. 23. cap. 10. Porro cum Deus non possit velle conferre gloriam, & gratias congruas alicui homini; nisi aut eius existentia prædecreta supponatur, aut simul decernatur cum gloria per inodum vnus obiecti: hinc fit in priori illo decreto ex meritis Christi Domini, decretam quoq; fuisse existentiam eius prædestinati: nā nec an-

te merita Christi Domini prædifferiri potuit; sicut diximus de meritis puri hominis. Ergo cū secundum doctrinam nostram, quā docui disp. 29. cap. 5. de facto nullus purus homo meruerit prædestinationem alterius; fit manifeste ante preces illas, quibus Isaac rogauit Deum, vt daret factum Rebecca vxori suæ, & propter eas dedit Iacobo eius existentiam, propter sola Christi merita condigna fuisse prædefinitam a Deo; postea verò alio nouo decreto post præfatas preces Isaac, secundo etiā decerni. Quod verò hæc duo decreta; alterū producendi existentiam Iacob ex meritis Christi super abundantibus; alterū ex meritis congruis Isaac inter se nō pugnent; cum vterq; merens eamdem rem impetrat, animaduerti eo cap. 5. num. 51.

Caput VI. De permissione peccati, an sit effectus predestinationis?

29

Peccatum non est effectus.



**D**E peccato ipso tum secundū suam physicam entitatem, tum secundū moralem malitiam, effectū nequam esse prædestinationis, apud Theologos indubitatum est: nam, licet ad peccati entitatem concurrat Deus, nō tamen per prædestinationem, nec Christus per suum meritum. Malitia vero moralis nullatenus Deus causa esse potest. Ergo vt certum, & sine controversia relinquamus, peccatum nec secundum entitatem, nec secundum malitiam esse effectum prædestinationis.

Permissio peccati quid?

Quando incidit dubitatio de permissione peccati accuratè nobis explanandum est, quid sit permissio, quosq; actus in diuina scientia, atq; voluntate complectatur? Et primo permissio peccati est actus voluntatis diuinæ, qui habet obiectum directum negatione auxiliij efficacis in prædestinato; quæ negatio, quia intrinsecè mala non est, sed indifferens, directe a Deo potest amari, & de facto amatur appositò bono fine, quo actus honestatè recipiat, quia in Deo esse nequit actus voluntatis indifferens: ac subinde quoties amat obiecta indifferètia, semper amat ex fine honesto. Porro cum secundū doctrinam nostram auxiliū efficax nō distinguatur à sufficiente in actu primo per physicam entitatem ipsi intrinsecam; sed aut per cōnotationem actus secundi futuri, siue in statu conditionato, siue in absoluto, aut per ordinem ad actus scientiæ, & voluntatis diuinæ; vt notauimus. 5. voluntas hæc, quæ vult negationem auxiliij efficacis, hoc est, eius numero, cum quo prouidit de facto connecti negationem futuritionis consensus, necessario dirigi per se debet à scientia conditionata: etenim hæc sola scientia cognoscit; tum futuritionem conditionatam actus boni, tum futuritionem conditionatam negationis eius. Obserua verò hoc

loco, ad voluntatem hanc permittentem necessarium non esse, quod præter negationem auxiliij efficacis, velit etiam negationem actus boni, aut eius omissionem; imo sæpe eam velle non poterit; nimirum, quando omisio eius culpabilis est, & in ea reperitur malitia peccati: ergo permissio peccati solum habet pro obiecto in hac voluntate negationem auxiliij, quod efficax fore præuisum est; non verò negationem auxiliij efficacis reduplicatiue, vt efficax est: nam sic vellent ipsam omissionem actus boni, in quā sæpe est malitia.

Obserua etiam, me consulto dixisse ad hunc actum voluntatis necessario præcedere scientiam conditionalem Dei, non quidem, vt eueniat negatio actus boni: nam, & si non præciseret, eueniret, constante ea voluntate, & infundente auxiliū, quod non est efficax; sed propter rationem perfectissimæ prouidentia; ad quam spectat præscire ante euentum, quidnam futurum sit ex medio a se adhibito, & quam habiturum efficaciam in effectum.

Quia verò actus hi diuini sunt permissio peccati, & peccatum esse nequeat nisi à principio libero, & proxime indifferèti; hinc efficitur in permissione peccati, aut supponi, aut includi voluntatè aliā dandi prædestinato, in quo peccatū permittit, auxiliū sufficiens ad bonam operationē libere omittendā. Itē voluntatem dandi concursum generalem ad malam libere cōmittendam. Exempli gratia, si peccatū, quod Deus permittit, est omisio amoris ipsius, vrgēte præcepto, duplex in Deo constituenda voluntas est: alia terminata ad negationē auxiliij præuenientium, quæ efficacia futura prænosctur: alia terminata ad auxiliū determinatum præueniens sufficiens, hoc est, præuisum nō fore efficacē. Porro voluntas generalis concurrēdi

30

Voluntas generalis vt peccatū permittit

di etiā præfens intelligendū est. Pariter si peccatum, quod permittitur, est cōmissionis in specie iniustitia; duplex quoq; voluntas cōsiderari potest: vna terminatur ad negationem eorum auxiliiorum præuenientium, quibus cū præuisum fuerat furtum vitandum fore: altera, quæ terminatur ad præstādā assistentiā cōcurfus generalis, quæ sola furtum committendum erat. Dubitabit aliquis; an vtrāq; hæc voluntas, quæ necessario intercedit in quacumq; peccati permissione, sit de essentia eius? An vna tantum; & quænam illa sit? Respondeo, hoc non esse magni momenti, & vnumquemq; facile posse, vel affirmare vtrāq; esse de essentia, vel negare. Id è re est, vtrāq; semper inueniri. Mihi sane videtur, voluntatē illā terminatā ad negationē auxiliiorū efficacium formaliter, atq; essentialiter permissionē ipsam constituere; aliā verò, seu alias minus principaliter, aut secundario: vel (si placet) præsuppositiue se habere.

31

Penitentia esse nō potest finis boni.

Natura permissionis sic exposita, iam fit in hac dubitatione prima nostra assertio; cū semper permissio peccati sit a Deo volita propter aliquē finem honestū, is nō est, nec esse potest penitentia prædestinati de peccato permisso. Hæc assertio duas habet partes. Prima de se manifesta est, & eā attigi supra: etenim omnis actus voluntatis diuinæ esse debet honestus, & terminari demum in gloriā Dei: ergo cū voluntas negādī auxilia efficaciam non habeat obiectum in se intrinsecè honestū, sed indifferēs, ex fine honesto a Deo intēto honestari debet. Secunda pars admittitur ab omnibus scriptoribus Societatis, quos legi. Legi potest P. Suar. in opusculis lib. 2. de cōcurso Dei cap. 5. ad 4. obiectionē. Et 1. p. lib. 3. de effectib. prædest. c. 8. num. 13. Et P. Vazq. 1. p. disp. 93. cap. 2. & P. Arrub. disp. 82. cap. 2. Mitto alios, quia maiori auctoritate opus non est. Ea autem dupliciter probari potest; primo generali probatione, quæ ostēditur, absolutā, & efficacem prædestinationem actus penitentia; antecedentē pugnantem cum libertate eiusdē actus. Recognosce, quæ dixi disp. 23. c. 9. Omisita verò pro nūc hac generali probatione, secūdo eadem pars, nimirū, ex fine honesto penitentia; permitti a Deo non posse peccatū, sic probatur speciali ratione, quæ ortum habet ex malitia peccati, quam Deus ex se voluntate antecedente, cuiusvis naturæ ea voluntas sit, siue efficacis, siue inefficax, velle non potest affectu prosecutionis, sed tantū permittere eo modo, quo explicui num. 30. Vt vrgēte hanc probationem, sumo doctrinam S. Thomæ 2. q. 12. ar. 4. ab omnibus receptam, & in se conspicuam; nempe intēdetem finem eodem voluntatis motu, siue formaliter, siue virtualiter velle omnia media per se necessaria, hoc est, vnice ad talem finem cōse-

Thom. Intendens finem vt velit etiā media.

quendum: ergo si Deus prædestinato intendere volūtate antecedenti præuisionem peccati, actum præcipuū penitentia; nimirū dolorē de peccato proprio, tamquā finē; necessario Deus eodem voluntatis affectu ex se, atq; antecedenter vellet omnia, quæ per se, atq; vnice necessaria sunt ad eum finem, nimirum ad dolorē de peccato proprio: atqui peccatum propriū prædestinati necessarium est per se vnice, atq; essentialiter ad eum actum penitentia; ergo si Deus in prædestinato voluntate antecedenti intendit penitentiam, & propter eum finem eligit peccati permissionem, tāquam mediū, vult simul ipsum peccatum. Minor huius syllogismi est euidētissima: nā licet peccatum ipsum non sit obiectum formale penitentia; sed cōpensatio, quanta ab homine puro fieri potest Deo; at cōpensatio proprii peccati, seu dolor de proprio peccato essentialiter subincludit ipsum peccatum, tāquam materiam, circa quam versatur: & quemadmodum non potest Deus intendere in prædestinato cultū religiosum, quia simul velit, vt habeat materiam aptam ad cultum; & vt non potest volūtate antecedenti Deus velle, quod panis conuertatur in corpus Christi, nisi velit præsupponi materiam conuertendam, nimirum substantiam panis: ita nō potest velle voluntate antecedenti, fieri actum doloris de proprio peccato a prædestinato, nisi velit esse peccatum destruendū per cōpensationem penitentia;: & vt si, nulla præexistente substantia panis, prædecerneret conuersionem eius in corpus Christi, ex vi eius decreti cogeret producere panis substantiā, quia conuersio præfinita dicit essentialē ordinem ad illam, tāquam ad terminum a quo: ita si non præexistente peccato, penitentiam præfinit, ex vi eius intentionis cogitur producere peccatū; quia penitentia de peccato proprio dicit essentialē ordinem ad illud, tamquam ad terminum a quo fuga, seu cōuersionis ad Deum. Hac ratione Theologi cōmuniter docent, Deum non posse ex se voluntate antecedenti prædefinire penam, vt penā; quia nimirum in voluntate penæ, cū non præsupponitur peccatum, inclusa est voluntas peccati essentialiter: ergo eodem profus modo non potest Deus ex fine penitentia; permittere peccatū.

Declaro hoc amplius; nam permissio peccati in se mala non est, quippe continet actus scientia; & voluntatis diuinæ: ergo vt condistincta a peccato, quod ad eā logice sequitur, non est materia penitentia;: ergo Deus intendens penitentiam, nō tantum vult permissio-





peccati: at ex ea fit infallibilis consequentia ad peccatum futurum. Nā si Deus prenoit peccatū fore, si permittat, & suam permissionem intuetur iā positā, euidenter infert fore peccatum; hanc ergo appellauī sequellam logicam.

32  
Responsum  
præoccu-  
patur.

Dicat aliquis, Deum ex præscientia conditionata peccati futuri, si permittat illud, intendere posse pœnitentiam, quin velit peccatum voluntate antecedenti: etenim iam prænoscit, qua via futurum sit ex voluntate permittit peccare; ac subinde ratione eius præexistētia, quā habet ab alia causa, in intentione pœnitentiæ nec formaliter, nec virtualiter esse volitū peccatum.

Sed contra primo; quia ante intētionē pœnitentiæ solum erat peccatum futurum sub cōditione; post vero pœnitentiam a Deo intentam est iam absolute futurum: ergo in voluntate pœnitentiæ continetur essentialiter voluntas peccati absolute futuri. Consequentia hæc est euidentis: nam si ante intentionem pœnitentiæ tantum habebat peccatum futuritionem conditionatā, & illa posita, circūscripto omni alio, transferretur peccatum ex statu conditionate futuro ad statum absolutū, ex vi eius trāsfertur: ergo in intentione illa continetur voluntas antecedens peccati. Antecedens vero, quoad illam partem; nimirum, quod post intentam pœnitentiam incipiat peccatum esse absolute futurum, manifeste probatur: nā per intentionem pœnitentiæ, ipsa est futura absolute, quantum est ex parte Dei, sed non est futura, quantum est ex parte Dei de peccato solum sub conditione futuro; quia peccatum in hoc statu est malitia ficta nullius demeritis, atque offensionis: ergo non est capax doloris: ergo si per intentionem pœnitentiæ ipsa est futura absolute, quantum est ex parte Dei, pari modo peccatum delendum per pœnitentiam est absolute futurum, quantum est ex parte Dei. Neq. enim Deus vult ex parte sua, quod pœnitentia absolute futura deleat peccatum non absolute futurum; sicut non vult, quod conuersio panis in corpus Christi fiat ex pane non existente, sed tantum futuro sub conditione.

Contra secundo: prædefinitio pœnitentiæ post peccatum præuisum est voluntas, aut formalis, aut virtualis destruendi peccatū, & prædefinitio pœnitentiæ ante futurum, atq; præuisum peccatum est virtualis voluntas, vt fiat ipsum peccatum; vt ostendi: ergo implicat in se ipsa voluntas prædefiniens pœnitentiā ante præuisum peccatum. Probo, & declaro hanc consequentiam; nam, in quantum est prædefinitio pœnitentiæ, est voluntas destruendi peccatum; in quantum prædefinitio hæc præcedit futuritionem peccati, sibi annectit voluntatē, vt peccatum fiat, sine quo pœnitentia præfini-

ta esse non potest: ergo voluntas illa simul est voluntas destruendi, atque efficiendi peccatū: ergo secum ipsa repugnat.

Respondebis; voluntatem eligentem permissionem peccati ex præintenta pœnitentiā, solum obligare Deum per se ad procuranda auxilia ad pœnitentiam, non tamen cōtinere voluntatem peccati, sed præscito iā peccato sub conditione ex humana voluntate, per præparationem mediij ad pœnitentiam sufficienter satisfieri ei intentioni pœnitentiæ.

Sed contra: Deus non potest præfinire pœnitentiam, nisi ex vi eius voluntatis velit formaliter, aut virtualiter præparare ex parte principij auxilium necessarium ad illam; ita vt ex vi prædefinitionis pœnitentiæ incipiat esse absolute futurū ipsum auxilium: ergo pari ratione ex vi prædefinitionis pœnitentiæ vult Deus, vt actus ille habeat obiectum, seu materiam, a qua essentialiter pœder pœnitentia præfinita: etenim actus voluntatis, vt est pœnitentiæ virtutis, tam essentialiter requirit obiectū, quam principium; quippe ab utroq; sumit suam speciem essentialē, & vtrumq; essentialiter respicit: at qui tā essentialē est actui pœnitentiæ supernaturali versari circa peccatum commissum, & nō tantum circa possibile, aut futurum sub conditione, quam est procedere ab auxilio gratiæ, non tantum possibili, aut futuro sub conditione, sed existente; ergo quem admodum intentio pœnitentiæ confert, siue virtualiter, siue formaliter esse existentia auxilij per se necessario ad illam: ita etiam confert peccato esse existentia absolute; ac subinde, sicut voluntas pœnitentiæ continet voluntatē auxiliij, cum illud non prævideatur collatum; ita continet voluntatem peccati, cum illud nō prævideatur commissum.

Antequam ad secundam accedam assertionem, sciscitabitur aliquis; quare Deus voluntate antecedenti maxime inefficaci velle non possit, siue formaliter, siue virtualiter, vt homo labatur in aliquod peccatum, appposito honesto fine? nimirum vt Deus ex commisso peccato deducat plures fructus spirituales, sibi notos.

Respondeo, de hac re nobis differendum esse in secunda parte tractatus nostri de reprobatione disp. 34. Breuiter pro nunc dico, rationem radicalem esse, quod sequeretur, eam Dei voluntatem fore inhonestā, quippe veller per se, & ex se obiectum intrinsece malum, a quo non posset non aliam malitiam haurire: voluntas vero, quæ ex obiecto intrinseco, atque primario malitiam accipit sibi essentialē, ex appposito fine honesto intento ab operante nō rectificatur, propterea quod nō sunt faciendæ voluntarie mala, vt bona veniant. Nec malitia abstergit

33  
Aliter  
possum  
occupari

34  
Nō potest  
Deus voluntate  
antecedenti  
inefficaci  
velle

abstergit ab ea voluntate, quod vel efficax non sit, vel quod virtualiter tantum malitiam amplectatur; nam, vt actus sumat malitiam, atque inhonestatem ab obiecto turpi, sufficit eius amplexus inefficax, & virtualis, id quod constat ex principijs 1. 2. Ad hæc ea voluntas, vt homo peccatum committeret, pugnantia habet cum alijs diuinis decretis, quæ Deus ex propria cōcepit bonitate; etenim ex se se ipso vehementer desiderat, hominem in singulis actibus honeste, & secundum rectam rationē procedere; ideoque præcepta bonorum operum homini præscripsit; consilijs eum instruxit; premijs propositis allicit ad bona opera; pœnis ardet a malis: atqui Deus ex se se nō potest simul velle, quod peccatum committatur, & quod fugiatur; nam licet non repugnet versari duas voluntates circa obiecta opposita, vt cum negotiator in tempestate constitutus simul vult conseruare merces, atque eas in mare proijcere ex amore vitæ, vt fugiat naufragium; nihilominus altera earum voluntas, ea videlicet, qua merces proijcit, quasi violētè extorta esse debet a causa extrinseca contra voluntatem eius contingente: qua etiā ratione Deus simul vult, homines omnes, quantum est ex se, beatitudine donare, & simul vult reprobos post vitima peccata præuisa æternis supplicijs mancipare: at voluntas hæc secūda fuit quasi extorta a peccatis hominis illius, quæ contra voluntatē Dei commissæ fuere: sicut autem non potest negotiator ille simul velle ex se sine interuētū causæ extrinsece, & merces conseruare, & perdere; ita Deus non potest ex se simul velle, actū bonum præstari, & peccatū: beatitudine donare, & ignibus æternis addicere. Vnde optime dixit S. Thom. 1. p. q. 19. art. 9. *malum culpa, quod priuat hominem ordine ad bonum diuinū, Deus nullo modo vult.* Idem repetit in responsione ad primum.

S. Thom.

35  
Permissio  
peccati nota  
ante peccatum  
potest esse effectus.  
P. Suarez.  
P. Molina.

Modo sit secunda assertio. Permissio peccati, si innotescat prædestinato ante peccatum, apta est, vt ei conueniant omnes conditiones effectus prædestinationis. Hæc cōclusio est cōformis sententiæ Patris Suarez lib. 1. llo 3. c. 8. & Patris Molina art. 2. disp. 3. nec (vt opinor) aliquis Theologus poterit ei refragari, vt a nobis explicanda erit. Primo namque permissio illa accommodata est, vt ex ea innotescēt prædestinato, possit sibi varios spirituales fructus elicere; nam sicut Deus ipse ideo peccata permittit, vt ex ea permissione eliciat fructum gloriæ suæ, aliorum emendationem, offensionem diuitiarum gratiæ suæ, hominis labentis humilitatem; videri potest Damascenus lib. 2. de fide cap. 29. vbi elegantissime profequitur fines omnes; propter quos Deus peccata permittit, & Augustinus lib. de Gratia, & libero

Damascen.

August.

arbitrio cap. 20. Ambros. serm. 47. de fide Petri: ita prædestinatus ipse poterit sibi elicere hos, & similes spirituales fructus ex permissione sibi nota ante peccatum.

Ambros.

Id ipsum probo ex insigni loco Pauli ad Rom. 9. ibi: *quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suā, sustinuit in multa patientia vasa ira aptata in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* In quæ verba nota primo, per vasa iræ, & misericordiæ non significari, vt cumq; bonos, aut malos; sed reprobos, & prædestinatos, quos antea significauerat per vasa in honorem, & vasa in contumeliam. Ita Iustinianus, qui etiam aduertit per vasa significari in profanis auctoribus omnem domesticam suppellectilem; quod tamen huic loco non quadrat, in quo solum est sermo Paulinus de vasis figuli aptis ad accipiendum licorem. Nota secundo, hæc verba protulisse Paulū, vt perfecte satisfaceret querellæ, quæ proposuerat vers. 19. Videlicet, si Deus homines indurat, cur queritur, & induratos punit? ac proinde cū ait, *quod si Deus sustinuit vasa ira,* hoc est, si patienter peccare permisit; suppleendum est *quid ad te? et tu quis es, qui respondeas Deo?* His notatis Apostolus ait, duplici de causa Deum patienter tollerare reproborū scelera, differens æterna supplicia. Prima; vt postea in die iræ ostēdat furorem, aut magnitudinem potētia puniēdi, nec ob impotētiam distulisse supplicia, vt putabat Pharao: atq; ideo ipsum cum toto exercitu sommerfit in mari, & exercuit fortitudinem potētia suæ, ne ipse patientiam Dei impotentiam esse diceret, vt adnotant interpretes, Cornelius, Toletus, & alij. Secunda; vt prædestinatis ostendat virtutem suæ gratiæ, quam ipsis misericorditer, atque liberaliter largitus est. Ergo constat ex hoc loco, Deum peccata permittere ex varijs honestis finibus; ac subinde ipsum quoque prædestinatum non solum ex peccatis commissis, sed etiā ex permissione ipsa ante peccatum, si ei, aut ex reuelatione, aut alio medio efficiatur manifesta, deducere posse fructus vitæ æternæ, vtique amoris Dei, gratitudinis ob munificentiam, quam cum ipso exercuit, timoris, reuerentiæ, & humilitatis ob dependentiam à gratia, & alia huius generis. Ergo permissio apta est, vt ex ea, tamquā ex effectū prædestinationis fructus spiritualis prouenire queat.

Ad Rom. 9.  
Paulus ac  
curate explicatus.

P. Iustini.

P. Cornel.  
Card. Toletus.

36  
Obiectio:

Obijcies primo; permissio peccati est obiectiue carentia gratiæ efficacis: ergo non est gratia per Christum: ergo inepta est, vt sit prædestinationis effectus. Probo hanc consequentiam; nam omnis prædestinationis effectus est gratia per Christum. Respondeo animaduertendo primum, op-

Satisfac-  
tione fit.

time posse priuationem esse effectum predestinationis, quin aliquid obstat per eam remoueri positiuam entitatem; nam secundum omnes remotio positiuæ occasionis peccandi priuatio est; simul tamen est predestinationis effectus: ergo priuationi optime competere potest ratio effectus. Hac supposita notatione, nego, permissionem illam obiectiuam non esse gratiam per Christum; in quantum ex ipsa procedere potest spiritualis fructus; etenim optime poterat Christus Dominus offerre merita Patri suo, ut hominibus peccata permitteret sciens ex permissione ante peccatum predestinato innotescere, & capi posse, & capiendos esse verberes spirituales fructus: ut namque Deus ipse summa cum laude amat in se permissionem ob plures fines honestos iam notatos numero superiori; ita quidem Christus Dominus eam potuit impetrare per merita sua summa cum laude ob eosdem fines, & tunc esset sine dubio permissio gratia per Christum.

**37** Verum dicat aliquis: ergo simili ratione alij iusti homines poterunt Deo sua merita offerre, & orationibus impetrare; ut quam plurima permittat peccata in hominibus, si tamen apponant fines honestos. Consequentia hæc videtur legitime illata ex paritate rationis; nam cur inhonestum sit comparatione puri hominis, quod inhonestum non est comparatione voluntatis Dei, & Christi? Consequens vero illatum durum esse deuoratu per se se liquet.

**Recentior. Aliorū satisfactio.** Quidam Recentiores reformidant concedere consequentiam propter absurditatem consequentis, & nituntur constituere discrimen hoc inter Deum ex vna parte, & hominem iustum purum, orationibus permissionem impetrantem, ex alia; nam quia Deus est causa vniuersalis non obligatur ex sua prouidentia vitare peccata, quæ sequi videt consequentia logica ex sua permissione, & cum obiectum immediatum, & directum ipsius permissionis in se non sit honestum, nec inhonestum, sed indifferens, necessario ipsam permissionem ordinare debet in alium extrinsecum finem honestum, quia omnis actus liber Dei necessario est honestus, & spectans ad aliquam virtutem; & cum ex obiecto immediato honestatem haurire nequeat, ex apposito fine honestari debet: at vero homo purus, quia est causa particularis, tenetur facere, quantum commode potest, ut omnia peccata vitentur: ac præcipue, cum omnis fructus spiritualis, quem elicere cupit ex permissione peccati, prouenire per alia media, atque comparari possit.

Confirmant a simili, ut licet possimus consulere minus malum in conspectu maioris, quando ita vrget, ut alia via vitari non possit; absolute tamen nullum licet consulere malum: ita

liceret quidem impetrare orationibus permissionem peccati casu, quo impediretur maius malum, & fructus spiritualis, qui prouenit ex permissione, alia via non posset comparari: non vero, quando & aliter fructus ille consequi potest, & nullum maius malum impeditur.

Cæterum nec est, quid reformidat, nec discrimen solidum est. Primum constat; etenim si homo iustus intendit finem honestum, & eligit permissionem eo modo, quo Deus ipse; item si eo modo, quo Christus Dominus per merita sua, impetrat purus homo permissionem, nequaquam potest comparatione voluntatis hominis puri esse indecorum, aut difforme rationi, quod comparatione voluntatis sanctissimæ Dei, atque Christi honestum, & conforme rationi est. Porro id declaro ratione a priori: nam ipsa permissio peccati in se ante peccatum commissum nihil habet malitiæ, nec illam amplectens directe, aut indirecte amat peccati malitiã; imo, apposito bono sine fructus spiritualis, accedit ipsi honestas secundum finis qualitatem: ergo ut sic amari potest a quacumque voluntate absque periculo inhonestatis: ergo & impetrari per merita. Probo consequentiam hanc, quia merita offerri possunt pro quocumque fine honesto consequendo, & pro adhibendis medijs, in quibus non solum nulla est malitiã, verum honestas deriuata ex fine. Antecedens etiam probatur; tum quia permissio non est in se mala, sed indifferens, ut notauimus n. 37. tum quia illa ex se non habet connexionem necessariam cum peccato, sed tantum contingentem antecedenter ad ipsum consensum voluntatis; imo nec est causa peccati: ergo volens permissionem, nec directe vult in se malitiã peccati, nec indirecte, hoc est, in causa determinate connexa cum malitiã peccati: & cum aliunde induat honestatem ex fine, non est, cur non possit iustus pro ea preces fundere, & merita sua offerre cum limitatione conclusionis? videlicet, si cognosceretur ante peccatum, & independentem ab ipso fructus spirituales decerperentur.

Quæ etiã est ratio a priori, quare Deus immunitis ab omni periculo inhonestatis ipsam possit intendere; etenim si peccatum tum permissione haberet connexionem, tamquam cum causa determinata, eam intendere non posset, licet sit causa prima, atque vniuersalis; nam peccatum Deus nec indirecte velle potest. Quod si permissio esset eius per se causa determinata, intendens ipsam, indirecte vellet peccatum, & non tantum permitteret. Non etiam obstat, quod fructus ille spiritualis aliunde capi possit: etenim si hoc medium absoluitur ab omni malitiã (ut monstrauimus) & si aliud restet, quo possimus

possimus uti in ordine ad eundem finem; inde non efficitur, illud medium malum esse, & eius usum illicitum. Ideo demum urgentibus duobus malis, quorum vnum necessario patrandum est; licet consulere, quod minus est, quia consilium illud per se non dirigitur ad malitiã, quæ est in minori malo; sed ad fugiendam maiorem malitiã, seu ad priuationem maioris malitiæ, quæ est in grauiori malo. Nec quidquam refert quoad rem nostram, quod Deus sit causa vniuersalis, & homo iustus causa particularis. Primo, quia actus eligens permissionem, non liberatur a malitiã, quia subiectum eligens sit causa vniuersalis, aut particularis, sed quia in ipsa permissione volita, nec directe, nec indirecte malitiã volita est, ut explicui. Secundo, quia hæc ratio causæ vniuersalis locum non habet in Christo Domino coparatione voluntatis humanæ: at Christus Dominus per voluntatem suam humanam fundere potest preces pro exsequenda permissione a Deo ex honesto fine interto: ergo &c. Hoc loco animaduerto de facto, & secundum legem ordinariam, non licere homini iusto fundere preces pro permissione, quia nec ea cognoscitur, nisi per peccatum; nec ea non cognita prodesse potest ad fructum spirituales, ut de claro in tertia assertionem. Ac propterea, qui intenderet finem honestum ex permissione, ut cognita secundum legem ordinariã, vellet saltem virtualiter esse peccatum, quod tamen non licet.

**39** Habemus ex dictis, permissionem peccati, nihil obstante, quod ipsa in se ex parte obiecti sit priuatio gratiæ efficacis, eam habere rationem gratiæ, quæ sufficit, ut ex ipsa commodum spirituale capi possit: ex hoc autem efficitur conducere illam posse in gloriæ consequutionem, quippe omne emolumentum spirituale fert fructum vitæ æternæ. Efficitur etiã hunc finem emolumentum a Deo speciali illa nostra complacencia præintendi posse. Denique ex eo sine præintento eligere permissionem. Ergo in casu nostræ assertionis secunda permissio procedere suo modo potest ex speciali amore Dei erga prædestinatum comparatione beatitudinis; nulla igitur in ea desideratur conditio, ut inter effectus predestinationis annumerari possit. Probo hanc consequentiam: quia primo procedit ex speciali amore; secundo est gratia; tertio fert fructum vitæ æternæ; quarto esse potest fructus meritorum Christi, ut constat ex dictis in nostro discursu: atqui hæc sunt quatuor conditiones effectus predestinationis, ut constat ex capite primo; ergo nulla conditio desideratur in permissione in casuposito, ut sit effectus predestinationis.

Sed obijciat aliquis ex Patre Arrubal i. p.

disp. 82. c. 2. in hunc modum. Deus non potest ex speciali præintentione beatitudinis eligere permissionem ut medium, nisi etiam intendat penitentiam: at impossibile est, quod Deus intendat per permissionem penitentiam, quia saltem virtualiter vellet peccatum; ut monstrauimus in prima assertionem; ergo non potest permissio peccati procedere ex speciali amore donandi prædestinatum beatitudine; ac subinde ex defectu huius conditionis nequaquam poterit permissio esse effectus predestinationis. Maior, in qua consistit tota difficultas, sic probatur: nam in volente finem, & media, directo ordine, & accommodato ipsi obiectis, ut prius ratione nostra vult finem, quæ explicite eligat media; ita etiam in ipso ordine prius vult ratione nostra medium, quod est finis propinquius, quam quod est remotius; sed ad hoc, quod Deus præparet prædestinato permissionem peccati ex speciali complacencia in beatitudine ipsi donanda, prius ratione velle debet penitentiam peccati permissi, quam ipsam permissionem; eo quod penitentia comparatione finis intenti, nimirum beatitudinis, est medium necessarium, & propinquius, quæ permissio: ergo non potest Deus velle beatitudinem speciali amore prædestinato per permissionem, nisi prius ratione nostra velit ei penitentiam, atque adeo nisi simul velit peccatum: nam, ut fusc ostendi in prima assertionem, in voluntate penitentia antecedente continetur voluntas peccati, tamquam materia per se, & essentialiter necessaria ad penitentiam; quippe penitentia non est de permissione peccati, sed de peccato commissio.

Urgeo obiectionem: voluntas permittens peccatum, est ante ipsum ut futurum absolute; nam ante permissionem non erat absolute futurum, postea permissione incipit esse absolute futurum; in quantum in ea includitur concursus generalis necessarius ad peccatum, & supponitur ex parte Dei præscientia conditionalis de futuritione eius, si præsto adsit concursus generalis paratus in certa rerum circumstantia: ergo hoc ipso, quod Deus habet præsto paratum concursum generalem, iam peccatum ipsum posita permissione incipit esse absolute futurum. Vide, quæ dixi supra n. 30. Igitur cum Deus necessario velle debeat penitentiam prius ratione, quam permissionem peccati, si hanc eligit ex intentione speciali beatitudinis, fit in voluntate ipsa penitentia prius velle peccatum, quam ipsum sit, atque præsciat absolute futurum. Probo hanc consequentiam: quia non est absolute futurum, nisi posita permissione, & voluntas penitentia est prior ratione voluntate permissionis, & in ea continetur voluntas peccati: ergo Deus vult, & præscit peccatum

P. Arrubal.  
Obiectio  
ex P. Arrubal.

38

Nō pluri

Potest

mo in

precibus

impetram

permissio

nem.

39

Permissio  
habet rationem gratiæ.

Et Deus

intendere

40

atum, ante quam ipsum sit absolute futurum, si eligit permissionem ex intentione speciali beatitudinis.

41 Obiectio facit pro tertia assertionem, nec pugnat cum 2.

Obiectio hæc optima est pro confirmanda nostra tertia assertionem, quâ iam subiicio. Nô tamen pugnat cum secunda, nec directe ipsam impugnat; etenim in ea loquimur de permissione, ut est peccato prior, & cognoscitur a predestinato independentem omnino a peccato, & ut in eo statu antecedenti sibi applicata per cognitionem depromit sibi ex ipsa in se fructum spirituales; in hoc vero statu penitentia, quæ est post peccatum, non est mediû proximius fini intento: imo nec medium, nam ex permissione sic cognita in eo statu ante penitentiam capere potest fructus omnes spirituales, quos enarraui supra n. 35. & ex eis mereri augmentum gratiæ & gloriæ.

42 Permissio peccati de facto non est effectus.

Tertia assertio. Permissio peccati de facto nunquam est effectus predestinationis. Convenio in hac conclusione cum Patre Arrubal ubi supra, & cum Patre Vazquez allegato in principio; non tamen eodem nitor fundamento. Meum sic procedit. Conveniunt utriusque factionis doctores, permissionem peccati non fore effectum predestinationis, si ad hoc, ut ex ipsa proveniat fructus spiritualis, peccatum per se necessarium sit. Quod quia Pater Vazquez verum arbitratur, sequutus est partem negantem, permissionem peccati esse effectum predestinationis. Pater vero Suarez, qui oppositâ amplectitur, aciem suâ disputationis in hunc finem instruit, ut monstrat peccatum per se necessarium non esse ad hoc, ut ex ipsa peccati permissione capi possit fructus spiritualis. Quapropter tota rei difficultas in hoc punctum reuocatur; an videlicet peccatum per se necessarium sit ad hoc, ut predestinatus ex permissione sibi depromat spirituales fructus, an non? Ego vero per se necessarium esse secundum providentiam ordinariam, non interueniente aliquo casu miraculoso, sic ostendo. Predestinatus non capit fructum ex permissione, nisi sibi cognita: sed in hac vita non potest predestinatus cognoscere permissionem circumscripto miraculo, nisi per peccatum: ergo secundum providentiam ordinariam peccatum per se necessarium est predestinato; ut ex permissione capiat emolumentum spirituale. Maior huius syllogismi evidens est; nam tunc permissio fert fructum spirituales predestinato, cum ex illa elicit actus virtutum, aut amoris erga Deum, aut gratitudinis, aut humilitatis, &c. Sed ad omnes actus voluntatis præcedit cognitio obiecti, circa quod versantur. Ergo nisi fuerit cognita permissio peccati, quæ est obiectum, non potest ex illa capere spirituales fructus. In minori sita est difficultas; eam autem sic pro-

bo. Primû, cû permissio peccati includat actum liberum voluntatis diuinæ, non potest ea a priori cognosci, quia nihil est in Deo, quod necessarium habeat connexionem cum actu libero. Præterea priuatio auxiliij efficacis, quæ est obiectum permissionis, solum potest cognosci a priori per cognitionem actus liberi Dei, quo vult non infundere gratiam illam, quam nouit fore efficacem. Imo addo, licet predestinatus cognosceret in se negationem auxiliij eius quo ad entitatē, quod est efficax, ex ea non cognosceret peccatum, nisi aliunde predestinatus scientiam haberet conditionatam de futuritione illius peccati, si negetur tale auxiliium secundum entitatem; nam cum in principijs nostris, nec auxiliiorum efficaciam, nec sufficientiam consistat in naturis physicis eorum: imo potius quodcumque auxiliium secundum naturam physicam indifferens est ad hoc, ut ei homo respondeat, aut non respondeat, ex cognitione entitatum in voluntate deducere nullus potest cognitione infallibili, an illa sit bene vsurus, an non? an peccatum committendum sit, an non? Vnde, ut predestinatus cognoscere posset in negatione auxiliij illius, quod foret efficax, actum esse futurum, aut nō, indigeret scientia conditionata: ergo cum predestinatus, nec cognoscat in se actum liberum Dei, quo negatur auxiliium efficacem, nec a priori ex Deo; nec negationem auxiliij efficacis in se; nec denique habeat scientiam conditionatam: euidenter efficitur, duplici solum ei suppetere viam cognoscendi permissionem; aliam extrinsecam per diuinam reuelationem, & hæc est extraordinaria, & miraculosa; aliam a posteriori per peccatum ipsum, ex quo bene colligitur permissio: nam ut ait Augustinus in Inchiidio ad Laurētium c. 96. nihil fit, nisi omnipotens fieri velit, vel ipse faciendo, vel sinendo, ut fiat. Ergo cum peccatum non fiat a Deo, ab ipso permittitur, ac subinde ex peccato optime colligitur permissio.

Quapropter, licet permissio peccati per accidens cum eo coniungatur, in ordine tamen ad deducendum ex eo commodum spirituale a predestinato secundum providentiam ordinariam per se cû illo coniungitur; ergo qui vult permissionem peccati, ut predestinatus ex ea deduceret fructum conducentem in vitam eternam secundum regulas in sua providentia prescriptas a Deo, per se vult peccatum. Quo fit regulariter loquendo de facto nunquam esse effectum, licet ex natura rei, seu per ordinem ad potentiam absolutam non repugnet esse.

Verum obijciat aliquis in hunc modum: optime posset Deus sic se gerere in sua providentia, ut prius vult ex amore speciali beatitudinis predestinati eligere permissionem, ut cognitam tamquam medium: deinde in posteriori

riori rationis post præsumptum peccatum absolute futurum decernere modum specialem cognoscendi per peccatum: nam si quid obstar, maximè interruptio illa, quæ efficitur inter effectum ratione peccati interpositi inter permissionem, quæ esset effectus, & actus bonos predestinati ex permissione habitos, qui etiâ sunt effectus. Verum hoc non obitare vidimus cap. 4. num. 19. vbi defendebam primæ gratiæ infusionem interruptendam per peccatum mortale esse effectum predestinationis, nihil impediente interruptione; quia de ratione effectus nō est, ut continetur cû alijs effectibus, hæc enim cōtinuatio nō est ali qua ex quatuor conditionibus effectus predestinationis: ergo pari ratione permissio ipsa electa, ut cognita priori rationis sine determinatione mediij cognoscendi, potest esse effectus predestinationis, & si facta interruptione per peccatum post ipsū præsumptum illud eligatur in particulari, ut mediū cognoscendi.

Satisfactio 1. Deus non potest efficaciter velle obiectum cōsum.

Respondeo primo, hunc modum eligendi non esse consentaneum voluntati diuinæ; etenim ea, ut efficacem est, terminari non potest ad obiectum cōsum, ut sæpe docui; at si Deus ex complacentia speciali beatitudinis predestinati eligeret permissionem, ut cognitam, nō determinans mediū cognoscendi pro illo priori, haberet obiectum cōsum: etenim illa electio, siue virtualiter, siue formaliter efficacem est: ut dixi disp. 23. cap. 2. & 13. atqui omnino repugnat voluntati diuinæ efficaci obiectum in determinatum habere, atque adeo, &c.

2. Satisfactio.

Respondeo secundo, licet illi modus decernendi mediū, ut cognitū ex modo cognoscendi indeterminato non repugnaret diuinæ voluntati ex confusione obiecti; at foret extraordinarius, & perfectioni diuinæ providentiæ minus consentaneus; nam ut melior Theologia nunquam cōstituit obiectum cōsum, & indeterminatum diuinæ scientiæ, tum ob summam eius perfectionem: tum quia, quantum fieri potest, id fugiendum est, siue implicet, siue nō implicet; ita nec voluntati diuinæ assignari debent talia obiecta confusa, & indeterminata iuxta modum ordinariū suæ perfectissimæ providentiæ, siue implicent, siue non.

45

Observandum hoc loco est, discrimen manifestum esse inter primam infusionem gratiæ interruptendam per peccatum, & inter permissionem eius, quoad rationem mediij predestinationis: nam prima infusio, atque gratia primo infusa ex sua intrinseca natura, quæ est iustitia animæ, habet essentialē ordinē ad gloriā. & sublato impedimento peccati per se se ipsam si cōiungatur cō reliquis actibus, quis gradibus, perpetuū habet effectum vitam æternam, ut mediū determinatū, & independens a nostris actibus. Permissio autem ex se nō est gratia; sed obiectum indifferens ad rationem gratiæ, &

negationem eius; vnde nisi voluta sit a Deo, ut cognita a predestinato, & amata ex fine honesto, nō est effectus predestinationis, quippe nō fert fructum vitæ æternæ; ac proinde nō eligatur a Deo, ut effectus predestinationis, nisi eligatur, ut cognita, & amata; ergo si pro illo priori rationis, in quo erat sermo obijciētis, Deus simul nō præleget permissionem cōiunctā cū determinata cognitione honesta, & actibus bonis predestinati, nō potest habere rationem effectus, sicut prima gratia infusio habet ex se se independentem ab illo posteriori. Et cū, ut diximus in prima, & secunda solutione, aut repugnet diuinæ voluntati, aut non, sit consentaneum eligere permissionem, ut cognitam, & amatam cognitione, & volitione indeterminatis, efficitur, nec ea ratione, ut obijciens intendit, esse posse effectum predestinationis.

46

Modo cōtra nostrā tertiā assertionem aliquæ obiectio diluenda. Prima sumitur ex modo loquendi Augustini lib. de natura, & gratia cap. 28. ubi ait, Deum aliquando nos deferere, ut discamus superbi non esse: & Gregorij homilia 12. ubi ait: lapsum Petri fuisse a Deo permissum, ut sciret aliorum misereri, qui aliorum pastor futurus erat. Alia similia Sactorū dicta habes apud nostros scriptores, imo is modus loquendi frequens est in sacra Scriptura, in qua inter alia testimonia est celebre illud ex lib. 1. Regū cap. 16. vbi volens Abisai amputare caput Semei; quia male dicebat David, ut impediret intentū Abisai, sic ait David: Dimitte eum, ut maledicatur; Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David, & quis est, qui audeat dicere: quare sic fecerit? In his verbis permissionem appellat præceptū David, & ait, maledictionem fuisse præceptā ex fine præstandi David misericordiā; sic enim dixit in verbis paulo post se quibus si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonū pro maledictione hac quotidiana; ergo ex fine honesto humilitatis potest Deus permittere lapsum, ut in casu Augustini, & ex fine honesto misericordiae, ut in casu Gregorij, & sacra Scriptura.

Obiectio: nes contra tertiā assertionem. Augustinus. Greg. Reg. 16.

Respondeo primo, hæc, nisi probe intelligatur probare nō solum permissionem, sed etiâ ipsum peccatum eligi posse ex fine honesto. Nam maledictio illa Semei nō solum permissio est; sed etiâ peccatum; pariter negatio Petri. Diximus autem n. 29. peccatum ipsum, nec secundum entitatē, nec secundum malitiam esse posse effectum predestinationis ex cōcordi Theologorū doctrina. Quare respondeo secundo, Patres hos, atque alios se se accommodantes ad vulgare modum loquendi occasione boni, quæ Deus ex sua bonitate sumit ex ipso peccato patrato, declarant per causalitatem finalem, cū tamē ipsum peccatum, nec sit motuum, nec causa, nec aliqua ratione induat in bonū, quod Deus ex sua misericordia præstat.

Hah Alia

47  
2. Obiectio.

Alia obiectio sumitur ex redemptione nostra: eam enim Deus prius intendit, quam peccata Iudaeorum, & aliorum hominum, quae in passione Christi Domini patrata sunt, permisit: sed materia redemptionis Christi non fuit sola permissio peccatorum; sed etiam ipsa peccata contra ipsum ex ardenti odio, & contemptu ineffabili personae ipsius commissa: ergo pari ratione potest Deus permittere praedestinato peccatum ex speciali complacencia in beatitudine eius, tanquam ex fine; licet fructus spiritualis ab ipso de lucendus esset medio peccato.

Satisfactio.

Respondeo, negandum omnino esse, ante praevisionem peccati Christum Dominum praedestinatam fuisse, ut redemptorem in carne passibilem; nec enim aliquem actum honestum Christi Domini ex his, quos exercuit in sua gloria passione, dum prodebat, ligabatur, colaphis cadebatur, conspuebatur, flagellabatur, coronabatur, crucifigebatur, praedestinavit Deus ante praevisionem peccatorum, quae contra personam Christi a Iudaeis commissa sunt. Etenim cum actus honestissimi Christi Domini essentialiter supponerent, tamquam materiam, gravissima peccata illorum hominum, quibus ordinata, & executioni mandata fuerunt Christi Domini perpassiones, in praedestinatione actuum bonorum Christi necessario continebatur voluntas aliqua Dei, ut ea pec-

Christi Domini non fuit praedestinatus in carne passibilis ante praevisionem peccati.

cata patrarentur. Omnis autem voluntas antecedens peccati Deo repugnat, ut late explicui assertione prima; in qua monstravi ex fine poenitentiae eligi permissionem peccati non posse propter hanc eandem rationem. Idem ergo constanter dicendum est in redemptione Christi Domini, in qua solum mutatur materia, non vero ratio resolutionis. Itaque in quocumque actu honesto Christi Domini Deus specialiter complacuit, non voluntate antecedenti efficaci propter oppositionem cum libertate, ut explicui disp. 23 cap. 9. at diverso modo se gerere potuit voluntas Dei circa actus honestos Christi; nam eos, qui non supponebant essentialiter peccatum, praedestinare potuit antecedenter illa nostra speciali praedestinatione non absoluta, & efficaci formaliter; sed virtualiter, & aequivalenter, quam explicui, & defendi disp. 23. cap. 13. & 14. Circa actus vero honestos, qui essentialiter supponebant peccatum, neque haec nostra potuit praecedere praedestinatio, ut satis explicatum est. Pater Leonardus Lessius disput. de praedestinatione, & reprobatione Angelorum, & hominum sectione 2. numer. 19. luculenter tractat rem hanc de praedestinatione redemptionis Christi, & ad quaedam loca sacrae Scripturae, quae ipsam significare videntur, erudite, & sufficienter respondet. Dicta sufficiat pro nostra materia.

1  
Quibus actibus in eis deus constituit praedestinationem.



RAEDESTINATIONEM constare actibus intellectus, & voluntatis divinae docui disputatione 22. in qua capite secundo dixi, scientiam naturalem, & liberam Dei necessariam esse ad providentiam, & praedestinationem: in cap. tertio scientiam conditionalem: capite septimo selegi actus intellectus, & voluntatis, qui eam constituunt, & concinnata prius definitione, quae mihi melius naturam praedestinationis explicare visa est. Dixi praescientiam, quae est de essentia praedestinationis, esse conditionalem: deinde numero 59. attingere ipsam non solum media gratia, quae in hac vita conferuntur, sed etiam gloriam: ita ut iudicium hoc conditionale, quo Deus cognoscit fore, ut praedestinatus gloria consequatur, si cooperetur ultimae vocationi, esse de essentia praedestinationis. Quoad scientiam visionis cap. secundo num. 8. dixi etiam scientiam visionis priorum effectuum ingredi essentiam praedestinationis.

2  
Quibus voluntatis.

Quoad actus voluntatis, prior, & quasi radicalis inter eos, quibus componitur essentia praedestinationis, est specialis illa nostra electio praedestinatorum ante praevisa merita, cuius naturam declaravi disp. illa 23. cap. 13. Deinde ad ipsam etiam pertinent omnes series voluntatum, quibus Deus infundit praedestinitas vocationes congruas a prima usque ad ultimam: omnes etiam speciales praedestinationes actuum bonorum; omnes, quibus infunduntur gratiae iustificantes, & efficiuntur ceteri praedestinationis effectus usque ad glorificationem.

3

Ex his constat, si quid est in praedestinatione, quod pugnet cum libertate praedestinati, id esse debere, aut praescientiam Dei, aut aliquod decretum liberum ex parte voluntatis, aut demum ipsam gratiam efficacem intrinsece in praedestinato receptam, quae ordinatur, & efficitur ab ipsa praedestinatione. Quapropter, ne actum agamus, solum in praesenti indicanda sunt loca, in quibus, tum in hoc tractatu, tum in primo de scientia Dei actus divinae praescientiae, & voluntatis cum libertate nostra componimus.

Atque primum, quoad praescientiam difficultas nulla est in componenda scientia simpli-

cis intelligentiae, & conditionali cum libertate nostra. Etenim haec scientiae nullam habent connexionem cum existentia actus liberi, & indifferentem se habent ad existentiam, & negationem eius.

Concordia praedestinationis, ut continet scientiam.

De scientia visionis, seu libera est gravis difficultas in componenda ea cum libertate, ut, ut moderni Thomistae opinantur, ea foret causa rerum: at si non est, ut ex sanctis Patribus, ex illustribus scholasticis, ex antiquis etiam Thomistis, ex ratione manifesta deprompta ex sancto Thoma prima parte q. 14. art. 8. & q. 23. art. 2. in corpore, manifeste monstrari tractatu primo disput. 10. capite primo, difficultas nulla est, ut in eo loco ostendi. Quo fit, praedestinationem, qua parte consistat actibus divini intellectus, non pugnare cum nostro libero arbitrio: alia vero, quae vult scientiam visionis esse causam rerum, insuperabilis difficultas est.

S. Thoma

4

Quoad actus voluntatis, in primis nulla est difficultas in his, qui terminantur ad effectus praedestinationis post exercitium actuum liberorum: ut in eo actu, qui infundit glorificationem, & in alijs, qui gratiam iustificantem tum primam post supernaturalem dispositionem liberam, tum alios gradus intensiois, quibus iustificatio recipit incrementa, nam cum voluntates haec supponant otiose exercitium liberum voluntatis, non possunt ei obesse. Solum ergo restat difficultas, primo in actu illo specialis electionis ante praevisa merita, quem defendi propter sacrae Scripturae testimonia, quae allegavi in disp. 23. cap. 4. & propter Augustinum relatum cap. 6. Verum praesentis difficultatem hanc, & eam vrgens cap. 9. constanter tuitus sum, si ea voluntas foret omnino efficax, & absoluta, pugnatum iri cum libertate praedestinati acquirendi, & amittendi gloriam; atque ideo cap. 13. & 14. naturam eius voluntatis explanans, dixi nequaquam esse ex natura sua absolutam, & efficacem, sed conditionalem, & inefficacem: quo modo dicendi composui cap. 14. pressae difficultatem vrgens, libertatem praedestinati cum ea. Ergo superata iam est difficultas, libertatem nostram cum hac prima voluntate in concordiam reducendi. Secunda voluntas est ea, per quam Deus

Concordia eiusdem quoad actus voluntatis.

Hhh 2 infan-

# DISPUTATIO TRIGESIMA PRIMA.

## DE CONCORDIA PRAEDESTINATIONIS cum libertate, & certo numero praedestinatorum.

Distincta duobus capitibus.

In primo, concordia praedestinationis cum libertate. In secundo, de certo numero praedestinatorum.

### ARTICVLVS SEXTVS S. THOMAE.

## VTRVM PRAEDESTINATIONE SIT CERTA?

Respondet sanctus Tho. praedestinationem certam esse; non tamen imponere praedestinitis necessitatem, sed infallibilitatem consequendi gloriam cum absoluta contingentia.

### ARTICVLVS SEPTIMVS S. THO.

## VTRVM NUMERVS PRAEDESTINATORVM SIT CERTVS?

Tria

infundit prædestinato auxilia efficacia. In hac solum esse potest difficultas, si efficaciam gratiæ constituas in natura physica auxiliij, physice distincta a sufficienti, & prius natura determinante: verum si hac explosa sententia, efficaciam gratiæ constituas in vocatione congrua, siue respectu præscientiæ conditionatæ, per quam præuisa est habitura effectum, siue in ordine ad ipsum effectum, vt breui calamo explicui dis. superiori cap. 2. num. 5. & fuso in tractatu de auxilijs, nulla est difficultas componendi libertatem prædestinati cum hac voluntate infundente has vocationes congruas. Denique vltra has moueri potest difficultas circa voluntatem, per quam Deus cooperatur concursu generali supernaturali cum libero arbitrio prædestinati ad pias operationes. Et quidem non est parui momenti, nec facile declaratu hoc decretum. Verum tractatu primo disput. 6. de scientia Dei cap. 3. naturam eius accurate explicuimus, & libertatem nostram in concordiam redegimus cum eo decreto, dicentes non esse determinatum, sed tantum cooperatum; dupliciter enim causa secunda a prima adiuuari potest: primo, non solum cooperando, sed etiam determinando principium; secundo cooperando solum, sicut vna causa secunda aliam dupliciter adiuuat, & cooperando tantum; & cooperando, & determinando. Hoc secundo modo adiuuat physica illa prædeterminatio, non semel reprobata; illo primo modo adiuuant habitus: ita decreta illa diuina dupliciter cooperari possunt. Dixi loco allegato non cooperari determinando, sed tantum adiuuando, & ex hoc composui libertatem cum eo decreto: animaduerti etiam non esse decretum illud efficax, & absolutum antecedenter, sed conditionale; non tamen ex conditionibus, quæ præcedunt operationem, sed ex comitantibus, ac propterea non est explicandum hoc modo: *si voluntas operari voluerit, ego concurreram*; sed hoc modo: *cum voluntas operatur, ego cooperor*. Itaque est conditionale de conditione comitante. Igitur, licet maior sit difficultas in componenda prædeterminatione cum libertate nostra, qua parte prædeterminatio continet actus voluntatis, quam qua parte continet actus scientiæ, quatenus actus voluntatis causa sunt perducendi prædestinatum ad vitam æternam: at vero nostra Theologizandi ratione in locis allegatis, tota huius rei difficultas euacuata videtur.

Ex quibus etiam intelliges, eleganter dixisse sanctum Thomam in hoc art. 6. certitudinem prædeterminationis cum gloria in ratione

causæ non imponere prædestinato necessitatem, sed infallibilitatem consequendi gloriam cum absoluta contingentia. Pro declaratione nota, prædeterminationem, vt causam, connecit infallibiliter cum gloria, esse quid commune ad connexionem essentialem, seu necessariam; & ad connexionem contingentem, seu liberam: verbi gratia, sol connexionem habet infallibilem cum splendore, & simul essentialem, atque necessariam. Physica vero prædeterminatio aduersariorum, seu auxilium efficax in omni sententia connexionem habet infallibilem cum bona operatione, non tamen necessariam, sed contingentem. Vult igitur sanctus Thomas ordinem certum causæ prædeterminationis cum gloria explicandum non esse per connexionem infallibilem necessariam; sed per connexionem infallibilem contingentem: quod præceptoris Angelici dictum optime consonat cum nostris principijs, atque doctrina. Etenim fallere, & falli est proprium mentis, ita infallibilis connexio per ordinem ad præscientiam Dei sumenda est; prædeterminatio vero à nobis explicata certum ordinem causæ habet, non ex natura ipsorum actuum diuinorum, aut auxiliorum, quæ infunduntur; sed ex præscientia conditionali simul cum præuisione auxiliij existentis, atque constituti in mente prædestinati, vt fuscè sæpe a nobis explicatum est, maxime tractatu de scientia disp. 7. cap. 8. & in præsenti tractatu disp. 23. cap. 13. & 14.

Hinc intelliges, in chymæram abiisse Caietanum, cum quæstione 22. art. 4. explicare conatur certitudinem prædeterminationis diuinæ in ordine ad effectum gloriæ per quamdam connexionem, nec euitabilem, nec ineuitabilem; sed ineffabilem. Hæc connexio chymærica est, quia sicut inter possibile, & impossibile non est medium, eo quod opponantur contradictorie; ita nec inter euitabile, & ineuitabile. Quare ineffabilis quidem erit Caietano hæc connexio, cui numquam in mentem venit concordia libertatis prædestinati cum prædeterminatione cum infallibili connexionem beneficio præscientiæ conditionalium. At postquam hæc scientia è tenebris, in quibus diu iacuit, eruta est vigilijs, & labore nostrorum scriptorum, iam connexio hæc non est ineffabilis, sed perspicua, & in scholis trita. Nec verum est, quod Caietanus ait, Augustinum inscrutabilem sæpe appellasse hanc connexionem ex Paulo ad Rom. 11. vt bene animaduertit Pater Arrubal disp. 86. cap. 2. alia namque est mens Augustini, quam ego etiam enucleaui disput. 23. cap. 6.

Caput II. De certo numero prædestinatorum.

7  
P. Vazq.  
Numerus  
prædesti-  
natorum nõ  
tantum de  
signatus  
in præsci-  
entia.

**P**ATER Vazquez disputacione 101. cap. 2. cõrendit, certum numerum esse prædestinatorum non electione, aut definitione ante præuisa merita; consentaneè quidem ad sua principia, quibus negat electionem specialem prædestinatorum ante præuisa merita, & solum constituit voluntatem communem, & vniuersalem, per quam vult Deus omnes homines saluos efficere. Verū sententia hæc procedit ex non solido principio, vt abunde constat ex dictis à nobis disp. 23. ex cap. 3. vsque ad 14. Præterea expresse aduersatur Diuo Thomæ in hoc art. 7. in corpore ibi: *Sed aduertendum est, quod numerus prædestinatorum certus Deo dicitur, non solum ratione cognitionis, quia scilicet scit, quot sunt saluandi: sic enim Deo certus est etiam numerus guttarum pluuie, & arena maris, sed etiam ratione electionis, & definitionis cuiusdam*. Id quod postea probat longo discursu. Nec satisfacit duplex solutio, quam significat Pater Vazquez cap. 1. altera, ipsum non esse loquutum de electione efficaci; altera loqui de electione, & definitione vocandi congruè: prima, inquam, non satisfacit, nam, licet verum sit non esse verbum in sancto Thoma, quod electionem efficacem antecedentem significet, ex hoc vero non efficitur, nullam aliam esse specialem præcedentem meritæ, & discernentem prædestinatum a nõ prædestinato, non solum terminatam ad vocationes congruas; sed etiam ad ipsam gloriam, vt connexionem cum serie vocationum congruarum; de qua re ex instituto tractaui disp. illa 23. cap. 13. quia vero Pater Vazquez aliam voluntatem non habuit exploratam; ideo ex negatione absoluta, & efficaci intulit, negandam esse certitudinem prædestinatorum in electione, & definitione. Nec secunda, nam vt ex littera sancti Thomæ constat, ipsum loqui non solum de voluntate eligente media, sed de intendente finem convenientem toti vniuerso, & ciuitati illi sanctæ Hierusalem, quæ construeretur ex viuis lapidibus prædestinatorum.

8  
Catherinus

In hoc etiam loco sententia Ambrosij Catherini lib. primo de prædeterminatione cap. ultimo affirmantis aliter esse certum numerum prædestinatorum, quam saluandorum, referri, & refelli solet, quod distinxerit prædestinatos a saluandis, & dixerit, prædestinatorum numerum esse certum electione efficaci: saluan-

orum vero, solum præscientia. Ego de hac retractaui ex instituto disp. 24. cap. 3. vbi explanaui, quid sit esse aliquem eximie prædestinatum, seu confirmatum in gratia, & dixi, valde probabile esse confirmationem in gratia, seu eximiam prædeterminationem quorundam sitam esse in decreto efficaci Dei, necessitatem inducente ad non peccandum mortaliter, vt in Beata Virgine, atque Apostolis, & alijs viris illustribus eximie sanctitatis. In hac sententia, licet omnes sint prædestinati, qui vitam æternam consequentur; at distinctus ordo prædestinatorum distingui poterit; alter per electionem efficacem inducentem necessitatem, non peccandi mortaliter, & non amittendi vitam æternam; horum numerus certus erit in prædeterminatione efficaci: alter ordo est communium prædestinatorum, quos inepte Catherinus, & contra communem vsum scholasticorum, appellauit saluandos, non prædestinatos, & ordo is certus erit in electione non efficaci, speciali tamen, de qua sæpe feci mentionem.

In secunda parte articuli sanctus Thomas refert varias sententias circa numerum omnium prædestinatorum; dixerunt enim alij tot ex hominibus saluos fore, quot Angeli ceciderunt: alij tot, quot remanserunt: alij tot, quot fuerunt creati Angeli. Proprium vero iudicium his verbis pronuntiat: *Sed melius dicitur, quod soli Deo est cognitus numerus electorum in superna felicitate locandus*. Dubitant etiam scholastici, an maior sit reprobatorum numerus, quam prædestinatorum? & definiunt, absolute maiorem esse numerum reprobatorum propter plura testimonia sacre Scripturæ, ac maxime Matthæi 7. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci ingrediuntur per eam*. Porro de fidelibus similis dubitatio moueri solet, an maior eorum pars damnetur? & definiunt, daminari propter verba Matthæi cap. 22. ibi: *multi sunt vocati; pauci vero electi*, vbi per multos vocatos significare videtur fideles. Hoc idem significant aliqui ex sanctis Patribus. Verum ego concludo sententia, & verbis sancti Thomæ; nimirum *soli Deo esse cognitum numerum electorum in superna felicitate locandum*. Vide P. Suar. r. p. lib. 6. de comparatione prædestin. & reprob. c. 3. Concludo etiam nostrum laborem circa primam partem nostri tractatus. Cedat vti in gloriam Dei, & vt collocemur in æterna felicitate.

9  
Opiniones  
Theologorum  
de numero præ-  
destinatorum.  
An plures repro-  
bi, quam prædesti-  
nati?  
Matth. 7.  
An etiam  
inter fideles?  
Matth. 22.



# SECUNDA PARS TRACTATUS NOSTRI.

## DISPUTATIO TRIGESIMA SECUNDA.

### DE EXISTENTIA, ET NATURA REPROBATIONIS.

Distincta duobus capitibus.

Cap. 1. De fide certum est, esse in Deo reprobationem sine defectu in providentia  
Cap. 2. Explicatio naturae reprobationis.

S. THOMAE ARTICVLVS TERTIVS.

## VTRVM DEVS ALIQVEM HOMINEM REPROBET.

Respondet Sanctus Thomas, ad diuinam providentiam pertinere permittere, vt aliqui a gratia, & consequitione gloriae deficiant, atque adeo Deum quosdam reprobare.

### Cap. I. De fide certum est, esse in Deo reprobationem sine defectu providentiae.

**I** filius doctrinae nostrae ducatur enodator in hac ultima parte tractatus nostri, sequor methodum prioris. Atque in primis circa voces *reprobis, reprobare, reprobatio*, obseruandum est, inueniri in sacra Scriptura, & Patribus. In sacra Scriptura Ecclesiastici 9. *Speciem mulieris alienae multi adminati reprobi facti sunt.* Et primae ad Corinthios 9. *ibi: ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobis efficiar.* Et secundae ad Timotheum 3. *Et hi resistunt veritati, homines corrupti mente reprobi circa fidem.* In his vero locis, vt bene adnotauit Pater Vazquez disp. 95. c. 4. non significat *reprobis* eiectionem a gratia, & exclusum a Regno, sed hominem improbum in materijs, quae attinguntur in locis. Scholastici vero Doctores per reprobationem intelligunt providentiam Dei, per quam post peccata permessa, & commissa homines excluduntur a Regno, & iustissimis, atque aeternis mancipantur cruciatibus.

Obseruandum deinde, vt nomen *reprobatio* dicitur proprie comparatione obiecti boni, aut veri, quem aut mente, aut voluntate probamus; ita nomen *reprobatio* pariter de obiectis proprie dici posse. Scholastici vero transfulerunt significationem ad subiecta hominum, qui per

diuinam praescientiam, atque providentiam misere condemnandi sunt.

His obseruatis, esse in Deo reprobationem, vt nomen significat exclusionem aliquorum a regno caelorum, & deputationem ad ignes aeternos, fide diuina sanctum est ex Mattheo cap. 25. *ibi: Ite maledicti in ignem aeternum; hos enim reprobos appellat Paulus vasa irae, ad Romanos 9. denotans in se habere peccata, propter quae Deus in eos irascitur, atque despicit: unde dicuntur ad Timotheum secundo vasa in contumeliam.* Hoc ipsum profitetur concilium Valentinum sub Lothario cap. 3. *Fatemur, ait, praedestinationem electorum ad vitam, & perditionem impiorum ad mortem.* A posteriori id constat, quia quosdam perijisse, atque damnatos esse, fides docet; alios etiam perituros, & damnandos non dubium; nullus autem perijt, aut peribit sine Dei reprobatione, vt nullus felicitate aeternam consequitur sine Dei praedestinatione, & approbatione; ergo de fide diuina est, esse reprobationem in Deo.

Sanctus Thomas in hoc articulo tertio haec vtitur ratione; nam de ratione generalis providentiae est quantumuis perfectissima, quod quaedam causas secundas defectibiles pariatur Deus deficere a consequitione sui finis; ergo pariter

ter de ratione providentiae supernaturalis est, quod aliquas ex creaturis rationalibus, circa quas ea versatur, permittat non consequi sine supernaturali. Verum operae pretium erit, ratione hanc altius examinare, & ex ea venari, vt sine imperfectione in providentia Dei contingat reprobationem petere possumus a sancto Thoma, quare declinatio a consequitione finis sit de ratione perfectae providentiae? etenim videtur, eam fore perfectiorem providentiam, cuius directione, atque virtute perduceretur subiecta ad finem a providentia praestitum sine ullius casu. Urgeo difficultatem: omnis supernaturalis providentia est transmissio creaturae rationalis in vitam aeternam, & praedestinatio est transmissio efficax, vt docuit sanctus Thomas in articulo primo huius quaestionis, id explanans exemplo sagittarii strenue dirigentis sagittam in scopum, vt igitur iaculator ille magis esset strenuus, qui omnem sagittam proiectam ira dirigeret, vt efficaciter pertingeret scopum, quam is, qui quosdam ab scopo aberrare faceret: ita videtur in providentia Dei perfectiorem eam fore, quae cum effectu omnes creaturas rationales ita dirigeret in finem, vt scopum attingerent vitae aeternae.

Ad hoc argumentum responderi potest ex doctrina eiusdem Sancti Thomae quaestione vigesima secunda, articulo secundo ad secundum: ubi distinguit duas providentias, aliam propriam prouisoris vniuersalis, aliam particularis; & concedit non sine imperfectione prouisoriam particularem permittere defectus in finis consequitione; etenim ad eius munus spectat, omnem, quantum fieri potest, vitare defectum ab eo, qui eius curae subditur: in prouisore autem vniuersali negat, imperfectionem esse in prouidentia permittere quosdam defectus in partibus propter bonum totius vniuersi: nam saepe defectus in membro conducit ad totius conseruationem. Caietanus in comentario huius loci sancti Thomae dixit, Deum permittere peccata Tyrannorum propter Martyrum patientiam. Caeterum huic Caietani commento obstat, quod fuisse docuimus in disp. 30. cap. 6. n. 3. nimirum numquam Deum velle peccatum voluntate antecedenti propter aliquem honestum finem, qui essentialiter supponit ipsum peccatum tamquam materiam; quod si ante prauius, & commissa peccata Tyrannorum Deus intenderet patientiam Martyrum, cum eius patientiae materia sint ipsa peccata, quae in inflictione poenarum Martyris committuntur; non posset non Deus ex se, & voluntate antecedenti aliqua ratione velle ipsa peccata. Recognosce, quae diximus citato loco, in quo demonstraui, nequaquam posse Deum ex fine honesto poenitentiae eligere peccati permissionem.

Nec ea fuit mens S. Thomae, quam putauit Caietanus; sed alia satis dilans, quam possumus haurire ex luculenta declaratione eiusdem S. Thomae 3. contra Gentes cap. 71. in quo septem rationibus monstrat, diuinam providentiam sine imperfectione non excludere malum tota litera rebus. Et praetermissis alijs, ea mihi magni momenti est, quod ad perfectionem prouisoris vniuersalis spectat, sinere causas particulares operari secundum modum suae naturae. Ita ad munus Praetoris spectat, sinere artifices reipublicae sua munera, atque officia exercere secundum modum suae artis. Hoc autem ipso, quod sinat causas liberas Deus operari iuxta modum suae naturae, ac maxime homines, qui vehementi appetitu, accedente ignorantia rerum spiritualium, feruntur in corporeas delectationes praesentis vitae obruti obliuione futurae; ex quo sequuntur peccata, & defectus sine termino in numero, & qualitate, sine imperfectione in prouidentia, vt experimeto satis superque constat: hinc tot sunt reprobi; imo & plures forent, nisi Deus nostri miseris ad communem prouidentiam adijceret specialem, & extraordinariam, virtute cuius in praedestinationis elucet energia, & gloria gratiae diuinae, per quam homo eleuatur ad spiritualia, ita vt spretis corporeis, & sensibilibus, efferatur amore supernorum: quod sane in natura nostra corporeis immerita, & quasi contrarijs composita appetitibus, fieri nequaquam posset, nisi efficacia gratiae, & robore extraordinariae prouidentiae, quae maxime splendet in his hominibus, qui ad singularem sanctitatis gradum euecti sunt. Ergo & prouidentia Dei supernaturalis erga homines, & communem habet, & ordinarium modum in pluribus, & extraordinarium in quibusdam, quo nihil impediens, tot sunt lapsus peccatorum; tanta est reprobatorum multitudo. At de ratione perfectissima prouidentiae est habere communiter commune modum prouidendi, & extraordinarium in casu extraordinario, vt satis de se perspicuum est: ergo sine ullo defectu in prouidentia est in Deo tot hominum reprobatio.

Quia vero de hac re vidi plures fidelium animos anxie sollicitos, & pene desperatos, in eorum solatium operae pretium erit, doctrinam hanc, quae maxime rationi consentanea est, applicare prouidentiae particulari, quam Deus erga omnes homines statuit. Constituto primo homine post peccatum originale in hoc mundo, tamquam in loco communi, prauiderat Deus, si res humanas suo naturali decursu relinqueret, exituros esse tot homines in toto temporis spatio vitae, & vnumquemque hominem acturum vitam suam in certo loco, ac tempore conuersando cum his, & illis hominibus. Item

Mf. S. Th. ab auctoritate.

6 Describitur ratio, & ordo statuta prouidentiae.



varia ei offerendas occasiones exercendi hos, & illos actus internos, & externos, vitamque cuiuscumque protrahendam esse usque ad determinatum numerum, aut dierum, aut mensium, aut annorum, circumspicis causis omnibus intrinsecis, & extrinsecis vitæ, & interitus.

Porro præviderat hos eosdē homines eleuatos ad supernaturalem ordinem ex merito Christi, qui immediate post originale prædestinatus fuit, ut modo suppono; atque institutis pro eis Sacramentorum remedijs, & fide diuina infusa pro tollenda ignorantia spiritualiū, atque mente perfundenda diuinis mysterijs, itē gratia, & charitate, ceterisque virtutibus infusis pro voluntate instāanda in amorem supernaturalium, & comprimenda ab affectu inhonestorum: præviderat, inquam, hos eosdē homines hac supernaturali prouidentia munitos, atque instructos ordinarijs auxilijs opportunis pro oblatiis occasionibus, nihilominus paucissimos fore his tam potentibus medijs bene vsuros, & nisi adijceret extraordinariam, maioremque prouidentiam, omnem fere hominum turbam damnatam iri: ea est naturæ nostræ imbecillitas: ea ad inhonestam procliuat; ea ad diuina, atque spiritualia habetudo agrestis, ut fere nullus cōmuni solum supernaturali prouidentia datus, finem suum consequeretur: ex hoc vero non fieret in ea ipsa prouidentia aliquam futuram imperfectionem.

Vltra hæc vero communia in supernaturali prouidentia adhibuit bonitas Dei singularē, & miraculosam præcedionem circa quosdam homines, quos Theologi appellāt eximie prædestinatos, de quib' multa loquuti sumus disput. 24. quibus contulit gratias exuberantes

## Caput II. Explicatio naturæ reprobationis.

**P**RIMVM explicandi actus mentis diuinæ, qui intercedunt in reprobatione, deinde actus voluntatis, & ex utrisque eligendi hi, qui naturā reprobationis cōstituunt, ut simili methodo processimus in explananda prædestinationis natura disp. 22.

Reprobatio Dei versatur circa malum culpæ, & pœnæ: primum cognoscit Deus culpā, & pœnam esse possibilem per scientiam simplicis intelligentiæ; deinde cognoscit utrorumque conditionatam futuritionem ex certis conditionibus sibi notis per scientiam conditionalem; tertio demum cognoscit absolutam existentiam culpæ, & pœnæ per scientiam visionis. Hæc in se perspicua sunt, & studio nostro doctrinæ manifesta erunt instantia rationis, in quibus, & possibilia, & conditionate futura, &

largissime, tum pro ipsorum salute; tum pro aliorum fidelium. His hominibus medijs veluti quibusdam instrumentis generalibus potētia Dei cursum rerum naturalium mutauit, retardauit, imo & euertit. Ex his quosdam prouidit pro singulis sæculis, atque prouincijs, ut constat ex historia sacræ Paginæ veteris, & nouæ. Constat precipue in Apostolis, qui dati nobis sunt, ut expleant diuinam prædestinationem erga homines. Cōstat in fundatoribus Religionum, & in alijs viris illustribus sanctitate, doctrina, prædicatione, qui omni retro tempore floruerunt. Ecce qua ratione nō solū Deus prouidit necessaria in ordine supernaturali, sed etiam superabundantia. Igitur tanta reprobatorum multitudo non est tribuenda defectui prouidentia Dei, sed libero arbitrio nostro deficienti.

Quod si pro beneplacito voluntatis diuinæ plures, paucioresve essent reprobi, aut prædestinati; adhuc inuestigandæ essent rationes pro defendenda perfectione prouidentia Dei: nam ut egregie docuit Augustinus lib. tertio de libero arbitrio capite 5. *quidquid tibi vera ratione melius occurrerit scias fecisse Deum, tamquā bonorum omnium conditorem*: quod si nullus affirmet Deū in necessarijs ad vitæ corporalis sustentationem abundantissime non prouidisse; etiam abundantius prouidit necessaria ad vitam spiritualem, ut iam diximus, & secunda hac parte dicemus amplius; cōstat ergo nulli reprobatorum defuisse prouidentiam Dei. Ideo vero, cum nullus fere ex ciborum defectu pereat vita corporali, tot pereunt secunda morte, quia rapiuntur sensibilibus vehementissime; & pro libertate spiritualia contemnuunt.

absolute futura erunt constituenda, tū ex tractatu de sciētia Dei disp. 7. c. 1. & disp. 9. c. 2. tum ex dictis in prima parte huius tractatus.

Rursus in voluntate diuina tres actus distinguere oportet. Primus est voluntas permittendi peccata reprobi huius effectus, & obiectum est externa permissio, videlicet carentia eorum auxiliorum, quæ, si conferrētur, peccata impedirētur, ut explicui disp. 30. cap. 6. in principio. Secundus actus voluntatis est is, quo vult, permissionem aliquam protrahi usque ad finem vitæ. In hac permissione distinguenda est duratio, seu perseverantia in peccato usque ad finem vitæ a duratione carentiæ auxilij, quod efficax est. Deus enim non vult durare, sed cōseruari peccata in homine: nam ut alienū est a diuina sanctitate, velle peccatum in primo fieri, ita & velle cōseruationem voluntariam eius

*Defensio perperatio prouidentia Dei Augustini.*

8  
Duplex  
questio.

Duplex modo quaestiūcula moueri potest, neutra, ut opinor, magni momenti. Prima est, an reprobatio in solo actu intellectus, an in solo actu voluntatis, an in utroque consistat? Secunda est: quinam actus ex enarratis componant essentiam reprobationis?

Essentia  
reprobationis  
continet  
actum  
intellectus,  
& voluntatis.  
a Thom.

Ad primam respondeo simili responsione, qua naturam prædestinationis declaravi in prima parte huius tractatus disp. 22. cap. 7. atque affirmo essentiam reprobationis continere utrumque actum, tum intellectus, tum voluntatis. Pro cōclusionem induco S. Thomam in hoc articulo 3. ibi. *Sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis pœnam pro culpa*. In his verbis plane admittit actum voluntatis inferentem, damnationis pœnā contineri in essentia reprobationis. Idē docet q. 6. de veritate art. 2. ad vltimum; quatenus *reprobare*, ait, ex vi nominis pertinere magis ad voluntatem. Id est difficile in verbis relatis ex art. 3. qua ratione verum sit, voluntatem permittentem culpam pertinere ad essentiam reprobationis positam? de quo tracto ex instituto disp. sequenti. Quod vero in reprobatione contineatur etiam actus intellectus diuini manifeste docet sanctus Thom. in hoc eodem art. 3. dicens: *sicut prædestinatio est pars prouidentia respectu eorum, qui diuinitus*

ordinantur in aeternam salutem: ita reprobatio est pars prouidentia respectu illorum, qui ab hoc sine decidunt. Omnibus vero conspicuum est, sanctum Thomam quæst. 22. art. 1. constituisse prouidentiam in actu mentis diuinæ, allegans Boetium 4. de cōsolatione profa 6. paulo a principio, dicentem prouidentiam esse diuinam ipsam rationem in summo omnium principe constitutam; ergo, cum reprobatio secundum sanctum Thomam sit pars subiecti, ita prouidentia; & cum hac secundum eundem contineat in sua essentia actum intellectus, manifeste efficitur, aliquem actum mentis diuinæ ex enarratis, ad essentiam reprobationis pertinere. Pro cōclusionem etiam allego Caietanum in hoc eodem art. 3. quatenus ad finem eius concludens ait; *ex his autem facile colligitur, quid est reprobatio, quod scilicet est præscientia cum voluntate permittendi culpam, & damnandi propter culpam*. Pro hac etiam videri possunt Pater Molina circa hunc articulum 3. & Pater Suarez 1. part. lib. 5. de reprobatione cap. 4. num. 11. & P. Valentia ibidem puncto primo, & P. Arrubal disput. 88. cap. 5. in quo expresse docet, reprobationem positam esse in Dei voluntate excludendi aliquem a Regno cælesti, & illum puniendi; & licet de parte, quæ spectat ad intellectum, non tam expresse loquatur, at semper inuoluit in reprobatione iudicium quoddam, quo Deus reprobum iudicat non idoneum ad finem vitæ aeternæ, & dignum, qui ab eo excludatur, atque puniatur in æternum.

Ratione sic probō sententiam nostram: nā non est dubium, utrumque actum intercedere in reprobatione, nec etiā verbum *reprobare* utrumque admittere in propria sua significatione; optime enim dicimus reprobare sententiam, quam ut falsam reiicimus: item reprobare malum, quod odio habemus; ergo non est, cur potius dicamus, actum intellectus, quā actum voluntatis ad essentiam reprobationis pertinere. Probo hanc consequentiam; quia uterque æquē necessarius est, & uterque in propria verbi *reprobo* significatione ex æquo importatur: ergo uterque admittendus est, ut pars intrinsece componens essentiam reprobationis. Vide, quæ dixi in prima parte huius tractatus disput. 22. cap. 7. in quo verius censui in prædestinatione etiam contineri utrosque actus: quæ etiam similem hanc resolutionem nostram iungunt in reprobatione propter consonantiam in doctrina.

Quoad secundam quaestiūculam iudi - Quos essentia reprobationis totam valiter ac contineri in iudicio illo indignitatis reprobus continetur, in quibus moritur, & non reprobatione batio?

Caietan.

P. Molina.  
P. Suarez.  
P. Valentia.  
P. Arrubal.

9

7  
Quid reprobatio in scientia Dei?

Quid voluntas?

P. Molina.  
P. Saar.  
V. Valent.  
P. Arrubal.

An voluntas  
permittere  
indignitatem  
peccati sit  
de essentiis  
reprobationis?

voluntate deputante ipsum ad carentiam visionis, & ad ignes æternos. Ita censent ex auctoribus numero superiori relatis, Molina, Suarez, Valencia, Arrubal. An vero præter hos actus etiam voluntas permittendi peccatum ingrediatur essentiam reprobationis? controuersum est. Thomistæ recentiores, tum propter sanctum Thomam; tum propter non bene explicatam prouidentiam Dei in reprobatione, de quo disput. sequenti, partem affirmantem tuentur; etenim ut in prædestinatione primus actus fuit specialis illa electio dandi gloriam prædestinato ante merita: ita autumant, in reprobatione primum actu fuisse voluntatem positiuam excludendi reprobos a Regno cælorum ante præuisa demerita, & ex ea intentione quasi Deum inuestigare media, atque eligere permissionem peccati, ut scilicet idoneum medium: ideo uero inquit, Deum habuisse primum illum actum excludendi, ut ostentaret potentiam iustitiæ suæ in punitioe reprobatorum; quemadmodum habuit primum actum eligendi in prædestinatione, ut ostenderet diuitias gratiæ, & misericordiæ in prædestinatis.

IO

Multiplex  
permissio  
peccati.

Multiplex est peccati permissio: alia, quæ permittit primum reprobati peccatum, quod postea per penitentiam delendum est: alia, quæ permittit cætera peccata, quæ durabunt usque ad terminum uitæ. Ex quibus variè quæstio hæc tractari, atque resolui potest. Primo an primum peccati permissio sit effectus reprobationis? Et an voluntas primum peccatum permittens ingrediatur naturam reprobationis? Secundo, an aliqua ex cæteris permissionibus sit reprobationis effectus, & voluntas permittens ingrediatur essentiam? Vterque is sensus in sequentibus definiendus. Pro præsentis instituto iudico secundo permissionem primi peccati non contineri in essentia reprobationis. Id probo hac ratione: nam primi peccati permissio non est a Deo propter aliquam subiecti indignitatem, ob quam indignus sit, cui peccatum illud permittatur; etenim ante primum peccatum in nulla creatura rationali præcedit indignitas; at reprobatio est propter præsuppositam indignitatem; incipit enim a iudicio Dei, quo reprobos iudicatur dignus, qui reijciatur a Regno cælorum; ergo permissio primi peccati non pertinet ad essentiam reprobationis, sed supponitur tamquam aliquid extrinsecum, licet necessario præsuppositum, ut magis declaro in sequentibus. Atque ideo sanctus Thom. quæst. 6. de veritate artic. 1. ad ultimum, postquam dixerat, reprobationem ex ratione sui nominis magis pertinere ad voluntatem, sic scripsit: nisi forte dicatur reprobare idem, quod iudicare indignum,

D. Thom.

quod admittatur: sed pro tanto reprobatio ad præscientiam in Deo dicitur pertinere. Ergo reprobatio secundum sanctum Thom. incipit a iudicio indignitatis reprobati, & ex parte voluntatis affert actum efficacem excludentem a Regno, & mancipantem æternis cruciatibus. Id etiam constat: quia reprobatio, ut pertinet ad voluntatem Dei, non est respectu mali culpæ, ut dixit sanctus Thom. in ea responsione ad ultimum, sed est respectu pœnæ; nam, ut ait, sanctus Thom. ibi; reprobatio etiam dicitur præparatio, quantum ad pœnam, quam etiam Deus vult voluntate consequenti, sed non antecedenti. Atqui nulla potest esse voluntas in Deo, quæ non pertineat ad aliquam virtutem, ut constat: ergo actus reprobandi voluntatis diuina, qui præparat pœnam, ad iustitiam vindictiuam, siue communem, propriam tamen, siue specialem pertineat, necesse est. Probo hanc consequentiam: quia ad nullam aliam potest pertinere.

II  
Reprobatio non opponitur prædestinationi.

Nec verum est, quod subsumunt aduersarij, nimirum reprobationem hanc directe opponi prædestinationi, in quantum hæc continet specialem electionem prædestinatorum ante merita, a qua originem ducunt omnes alie voluntates, atque prædestinationis effectus, qui continentur in serie prædestinationis, ut fufius declaro disp. sequenti cap. 2. Pro nunc sufficiat, id expresse docuisse sanctum Thomam in ea responsione ad ultimum per hæc verba. Ad ultimum etiam posset dici, quod reprobatio directe non opponitur prædestinationi, sed electioni; quia, qui eligit, alterum accipit, & alterum reijcit, quod dicitur reprobare. Illis verbis sanctus Thomas per electionem intelligit actum efficacem, quo post merita præuisa confert gloriam taxatam ad mensuram meritorum, qui actus optime explicatur per approbationem; unde approbatio, & reprobatio directe opponuntur, ut bene notauit etiam hic Pater Molina.

P. Molina.

12  
Obiectum.

Dices: si reprobatio tantum opponitur approbationi, non vero prædestinationi oppositione directa: ergo alium actum assignare debemus ex parte voluntatis Dei directe oppositum prædestinationi, ut incipit ab illa speciali electione: is autem non potest non pertinere ad seriem prouidentie reprobandis, sicut prædestinatio, & approbatio spectant ad seriem prouidentie prædestinantis; atque adeo aliquem actum debemus concedere in voluntate diuina ante peccata præuisa, a quo ducat originem prouidentia reprobatiua.

Respondeo, nullum esse actum in voluntate diuina, qui contrarie, & directe opponatur ei speciali electioni, quæ caput est prædestinationis prouidentie, nam illa vult prædestinato gloriam

Non est in Deo actus directe oppositus speciali electioni.

gloriam, ut connexam cum serie gratiarum congruarum, & actibus meritorijs, quos prædestinatus in vita exercet; idque voluntate antecedenti: nullus vero actus esse potest in voluntate diuina, qui velit reprobato cruciatus æternos gloriæ oppositos voluntate antecedenti ad præuisionem peccatorum, ut connexos cum peccatis, & cum concursibus generalibus, quibus ea patrantur, ut ex se constat. Esse vero actum, qui contradictonie opponitur ei electioni: is actus vere non prædestinatio dici potest, vel voluntas non prædestinandi. Nã dupliciter declarari potest, vel pure omisiue per suspensionem illius specialis electionis; vel positiuè per modum obiecti volentis ipsam omisionem specialis electionis; quemadmodum dupliciter se gerere potest voluntas nostra in ordine ad sacri auditionem, vel pure omisiue per meram suspensionem actus voluntatis circa sacri auditionem; vel positiuè volens non audire sacrum: & quemadmodum uterque modus is se gerendi nostræ voluntatis contradic-

tonie opponitur volitioni audiendi sacrum: pure omisiue formaliter, & immediate; positiuè virtualiter: ita in voluntate diuina, quoquo modo se gerat, esse quidem potest actus contradictonie oppositus prædestinationi, ut dicit specialem electionem, non vero contrarie oppositus. Aduerte, communem sententiã affirmare Dei voluntatem nunquam se gerere pure omisiue, sed ipsas quoque omisiones, atque priuationes directe, & expresse velle; eo quod voluntarium directum, & expressum perfectius est voluntario indirecto, & interpretatiuo: de qua re disserui in tractatu de voluntate; ea vero ad rem nostram parum refert. De permissionibus vero aliorum peccatorum a primo, cum coniunguntur cum peccato finali, maior dubitatio est, an pertineat ad essentiam reprobationis; atque an esse possint eius effectus, & quodnam iudiciũ in merte diuina præcedere debeat ad has voluntarias permissiones? De qua re tracto ex instituto disputatione vltima huius secundæ partis cap. 3.

# DISPUTATIO TRIGESIMA TERTIA.

## DE CAUSIS REPROBATIONIS.

### Distincta octo capitibus.

Caput 1. Sententia Recentiorum Thomistarum, & fundamenta ex M. Aluarez.

Cap. 2. Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.

Cap. 3. In adultis reprobis est causa positiuæ reprobationis.

Cap. 4. Quid de reprobatione paruulorum sentiendum sit?

Cap. 5. Mens S. Thomæ, & quidam Theologi ab impostura vindicati.

Cap. 6. Satisfactio ad fundamenta M. Aluarez.

Cap. 7. Satisfactio ad alia difficiliora fundamenta.

Cap. 8. Quid sit induratio, & an Deus eius causa aliqua ratione dici possit?

Caput



Caput I. Sententia Recentiorum Thomistarum, & fundamenta ex Magistro Aluarez.



**B**SERVA primo, disputatione de causa reprobationis non procedere de causa Physica, quia cum actus reprobantes Dei sint immanentes, & aeterni, causam physicam nequeunt habere; sed procedere de causa morali, seu demeritoria: an scilicet ex parte reprobi sit aliquod motiuum, quo Deus inducatur ad ipsum reijciendum.

Secundo aduerte, causam reprobationis in reprobo dupliciter considerari posse: primo, in quantum affert rationem sufficientem, quare Deus velit excludere aliquem a Regno caelorum; secundo, in quantum non solum affert rationem sufficientem communem cum omnibus hominibus, sed etiam specialem, vnde inducatur Deus ad excludendum reprobum, & ad admittendum praedestinatum: quia non attulit illam causam; itaque causa haec dicitur comparatiue ad praedestinos.

Aduerte tertio, aut sermone institui posse de causa reprobationis hominum secundum se ante peccati originalis maculam, vt reprobatio Angelorum perfecta fuit: aut post peccatum originale ab Adamo capite commissum, & in membra transfusum; nam cotrouersia de causa reprobationis in subiectis originali culpa obnoxij diuersum statum habet, vt constabit ex infra dicendis.

His animaduersis Recentiores Thomistae nostro saeculo defendunt ante prauiationem vilius peccati Deum ex se voluntate antecedenti absoluta decreuisse excludere reprobos a Regno caelorum in ostensionem iustitiae suae. Ita Magister Banez prima parte supra hunc articulum tertium, & Magister Zumel ibidem disputatione quarta, & Magister Aluarez de auxilijs disputatione 110. a quibus referuntur alij Theologi. Caterum quia arbitror aliorum Theologorum mentem scrutari in hac graui cotrouersia rem esse magni momenti, ideo ex instituto de ea tracto cap. 5. Quia vero Magister Aluarez supra omnium congersit doctrinam, atque fundamenta; decreui cum eo in hac cotrouersia manus conferere. Quinq; conclusionibus sententiam suam expressit, & rem definiuit. In prima statuit, voluntatem non dari aliquibus vitam aeternam, & ex ea permitti peccata, qua Deus habuit ante praescientiam, & prauiationem demeritorum reprobi, & ante perseverantiam in peccato vsq; ad finem vitae, esse possitua, & absolutam. In secunda, in Angelis, qui ceciderunt, nullam fuisse causam reprobationis ex parte ipsorum, quantum ad integrum effectum illius; hoc adiecit, quia existimat per-

missionem primi peccati Angelorum esse effectum antecedentem voluntatis reprobatae. Secunda hanc conclusionem probat primo ex Augustino, qui loquens de reprobatione hominum dixit, peccatum originale esse causam obdurationis: ergo cum in Angelis non fuerit peccatum originale, nulla fuit causa reprobationis. Secundo probat ex Paulo ad Romanos nono ibi: *non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Et post pauca: *an non habet singulus potestatem ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem? aliud vero in contumeliam?* Ex his verbis colligitur, peccatum actuale non esse causam reprobationis, quantum ad primum illius effectum, hoc est, quantum ad permissionem primi peccati; ergo etiam in Angelorum reprobatione id locum habet. Tertia adiecit probationem, sed nullius momenti est. In tertia conclusione agit de causa reprobationis paruulorum, qui decedunt cum solo peccato originali, de qua materia ego instituo caput 4.

In quarta conclusione statuit doctrinam generalem, videlicet non solum comparatiue, sed etiam absolute loquendo nullam esse causam reprobationis: itaque neque peccatum actuale, neque originale, neque vtrumque simul prauiatum a Deo, fuit de facto causa meritoria, vel motiua reprobationis, quantum ad omnes illius effectus. Quia circa doctrinam huius conclusionis totus cardo cotrouersiae deuoluitur, eam multipliciter probat. Primum ex Sancto Thoma in hoc articulo tertio in verbis, quae retuli disputatione superiorum 8. Secundo ex articulo 5. ad tertium: vbi haec verba. *Quare vos eligat ad gloriam, & illos reprobet, non habet rationem, nisi diuinam voluntatem.* Tertio ex quaestione 6. artic. 2. ad 9. vbi cum assignasset duplicem causam reprobationis in hominibus, alteram peccatum originale secundum Augustinum; alteram voluntatem diuinam; at cum in hoc articulo tertio ex professo ageret de hac materia primam causam subtrahit, & secundam solum assignauit; ergo signum est, Sanctum Thomam causam reprobationis in solam voluntatem Dei tantum retulisse.

Secundo probat ratione, quia permissio primi peccati est primus effectus reprobationis; sed eius nulla datur causa; ergo &c. Maior probat; quia quod necessarium est, vt sequatur vltimus effectus reprobationis, si in eo culpa non est, est effectus reprobationis; sed talis est illa permissio; ergo, &c. Confirmat argumentum exemplo petito ab Angelis, in quibus perspicuum pu-

rat, permissionem peccati fuisse effectum reprobationis, & ex his ducit argumentum ad homines.

Tertio probat, quia peccatum originale remissum in reprobis non est causa reprobationis; ergo saltem in his hominibus peccatum originale non est causa reprobationis. Hoc argumentum putat efficax, ei vero quinque adiungit solutiones, & refellit: nos eius efficaciam excutiemus cap. 2. & 4.

Quarto probat ex verbis Apostoli ad Romanos 9. quae allegauimus 4. ex quibus ex sancto Augustino, & Diuo Thoma probare contendit, Apostolum loquentem de absoluta electione, atque reprobatione hominum pro suo beneplacito sine respectu ad merita, vel demerita prauiata. De hoc testimonio ex professo tracto infra cap. 6.

Quinto probat, nam, si praedestinatio, & reprobatio absoluta non est in Deo ante prauiationem meritorum, vel demeritorum, non esset in scrutabile mysterium praedestinationis, & reprobationis, quod videtur esse contra Paulum ad Romanos 9. cui ait: *O homo tu quis es, qui respondeas Deo? numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic?* Neque opportuisset recurrere ad illam admirationem Pauli ad Romanos 11. *O altitudo diuinarum sapientiae, & scientiae Dei, &c.* Atque rueret illa trita Augustini sententia lib. de dono perseverantiae c. 8. *Quare hunc trahat, illum non trahat: noli velle diiudicare, si non vis errare.* Allegat alia ex Epistola Augustini 105. ad Sixtum, in quibus expendit illum locum Pauli ad Romanos 9. & excludere videtur omnem causam reprobationis; at, si peccatum originale, vel actuale esset causa reprobationis, non esset inuestigabile mysterium hoc.

Demum, in quinta conclusione statuit reprobationem, quantum ad vltimum eius effectum, nimirum, quantum ad exclusionem a Regno, & punitionem, habere causam prauiatam, aut peccatum originale, aut actuale pro signo rationis praescitum, ita vt, non solum in executione; sed etiam in intentione efficaci, non habuerit Deus voluntatem puniendi aliquos poena aeterna, nisi propter culpam prauiatam.

In hac conclusione nulla erit nobis cum ipso dissentio. Obserua autem in ea, & sibi videri contrarium, si ipsam conferas cum quarta, & prima eiusdem Auctoris: & plane constituere in Deo decreta inter se pugnantia. Vt vtrumque declarem, considero adultum reprobum, de quo in quarta conclusione dixit, post prauiatam adultam aetatem ante prauiata demerita decreuisse Deum illum excludere a caelesti gloria in ostensionem

iustitiae suae, idque voluntate absoluta iuxta primam conclusionem: decretum hoc reijciendi hunc hominem necessario spectat ad virtutem iustitiae; nam licet obiectum immediatum, & intrinsecum, nimirum exclusionem a Regno, indifferens sit; at ea voluntas necessario honestari debet ex apposito honesto fine; quia in Deo manere non potest actus indifferens, vt saepe monui. Is vero honestus finis per aduersarium est ostensio iustitiae; neque alius commode esse potest; ergo decretum illud excludendi a Regno hunc adultum reprobum antequam prauiata demerita est actus iustitiae non remuneratiuae, vt de se constat; ergo poenitentiae, seu vindictivae, ac proinde Deus in decreto illo vult aliqua ratione, siue formaliter, siue virtualiter ante peccatum commissum, hominem punire, & infligere poenam ante culpam; atque ex vi eius decreti prius erit Deus nostri vltor, quam nos simus peccatores. Quae omnia absurda sunt, atque falsa, praetermissa vero pro nunc, vsque ad caput tertium, eius doctrinae absurditate, atque falsitate: solum expendo ipsam pugnare cum quinta conclusione, in qua auctor negat, Deum non solum in executione; sed etiam in intentione efficaci velle punire aliquem ante prauiatum peccatum, siue originale: siue actuale. Atqui demonstratum a nobis est, decretum illud absolutum, quod stabilivit in quarta conclusione, non posse non spectare ad poenitentiam iustitiam; ergo quarta, & quinta conclusio huius auctoris continent doctrinam secum pugnantem.

Idem magis declaro demonstrans secundum; nimirum, hunc auctorem in Deo constituere decreta inter se pugnantia: etenim decreuit Deus, nullum ex adultis excludere a Regno iure dominantis, quo ipsi licet vti quacumque creatura, vt re sua, prohibito, etiam vsque ad eius destructionem; sed tantum propter demerita grauium peccatorum. Hac lex adeo firmiter a Deo statuta est, vt in nullo adultorum, quem nouerimus exceptionem passa sit. Porro etiam statuit Deus, nullum adultum a felicitate aeterna reijcere, qui simul non sit mancipandus aeternis cruciatibus; etenim omnis adultus reprobus propter peccatum mortale actuale excluditur a felicitate aeterna. Omne autem peccatum mortale actuale est simul auersio a Deo & conuersio ad creaturam; ac proinde non solum puniendum poena damni, seu priuatione visionis Beatae: sed etiam poena sensus, hoc est poenitentiae infliccione tormentorum; ergo si Deus decreuit, reprobum hominem adultum excludere a Regno voluntate antecedenti absolu-

1 Non est de causa Physica, sed de morali.

2

3

4

Sententia Thomistarum negans causam ex parte reprobi. Banez, Zumel, Aluarez.

Quinq; conclusiones ex M. Aluarez.

Ad Rom. 9.

Probationes pro 4. conclusionibus.

S. Thom.

Ad Rom. 9.

August.

Ad Rom. 9.

6

7

Aluarez sibi contrarius in 5. conclusio- ne.

8

Decreta constituit inter se pugnantia.



ra sine respectu ad demerita; vt affirmatis auctor in prima, & quarta conclusione: etiam consequenter, & necessario decreuit eum addicere aternis cruciatibus, atque punire non prauisa culpa. Probo hanc consequentiam: quia in reprobo adulto, qui cum mortali actuali decedit non permittit statum medium prouidentia a Deo praescripta, qua Deus gubernat homines in negotio suae praedestinationis, & reprobationis, vt omnes supponi-

mus; ergo dum auctor is in quarta conclusione constituit decretum absolutum antecedens ad demerita excludendi reprobum adultum a Regno, & in quinta affirmat, nec in executione, nec in intentione efficaci Deum voluisse aliquem punire, nisi post prauisa peccata, decreta inter se pugnantia constituit. Quasi vero exclusio a Regno huius reprobi, & additio eiusdem ignibus aternis non sit punitionis.

Caput II. Duplex reprobatio ex Scoto declaratur.



**S**COTVS in primo distinctione 41. q. vnica §. contra istud, & §. potest aliter, distinxit acute ordinem praedestinationis, & ordinem reprobationis in mente diuina: eius doctrinam postea explicarunt, & locuplerarunt scriptores nostri. Pater Suarez 1. p. libro 5. de reprobatione cap. 4. & 5. & Pater Vazquez 1. p. disp. 95. c. 2. & Bellarm. lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio c. 16. Corduba lib. 1. q. 56. opin. 5. Eius etiam facit mentionem Pater Arrubal disp. 88. c. 1. allegans alios ex antiquis: ex Thomistis etiam, quia cogitatione Scoti rigor suae sententiae temperatur, eam grato animo exceperunt, Ferrariensis 3. contra gentes c. 161. & Adamus in caput 9 Epistolae ad Romanos, & Magister Sotus in commentarijs super hoc caput: nec in fine libri quarti sententiarum, nec in suis retractationibus eam mutauit, vt existimat Magister Alvarez de Auxilijs disp. 110. Scotus ergo considerauit Deum praedestinantem in primo quodam signo rationis, hoc est, ex se, suaque bonitate eligentem praedestinos omnes speciali illa electione praedestinatorum propria ad certum gradum gloriae per certum etiam numerum, & quantitatem gratiarum congruarum, quas in toto vitae progressu largitur eis suis praedestinis. Hanc specialem electionem iuxta propria principia ego explanavi disp. 23. capite decimo tertio. Circa reprobos vero considerauit Deum in hoc primo signo rationis pure negatiue se habentem, hoc est, nec praedestinantem positue, nec reprobandem positue, sed tantum non reprobandem. Hic animaduerte, hanc non praedestinationem non esse intelligendam per meram actus suspensionem, quia in Deo non est is modus voluntarij inductus, & interpretatiuus propter minorem eius perfectionem; sed per posituam voluntatem, qua voluit non eligere speciali illa electione, quotquot homines damnandi sunt.

Hinc praefati auctores distinxerunt duplicem

reprobationem: aliam appellarunt negatiuam, videlicet hanc volitionem non eligendi aliam posituam, quam explicui in hac secunda parte disput. 32. cap. 2. & dixi consistere in iudicio indignitatis reprobi, qui admittatur in Regnum caelorum; & dignitatis, qui aeternum crucietur, & voluntate reiiciente a felicitate aeterna, & conijciente in perpetua supplicia. Non opus est, vt memoretur is modus loquendi tam celebris in scholis, nec tamen eum omnino probare possum; nam cum actus ille, quo Deus vult non eligere reprobos, ea speciali electione, positius sit; non videtur apte significari per reprobationem negatiuam; quapropter melius dicitur reprobatio formalis, & immediata a gratijs congruis, & virtualis saltem logice a gloria. Dicitur reprobatio formalis, & immediata a gratijs congruis; quia, cum Deus videret quam plurimas, quibus, si largiretur, compararet sibi vitam aeternam homo ille; noluit nihilominus Deus eas illi homini conferre, sed tantum sufficientes, & incongruas; ergo voluntas illa non eligendi gratias congruas pro hoc homine est reprobatio formalis, & immediata a gratijs congruis, seu electione ad illas; est virtualis reprobatio a gloria, saltem logice, in quantum ex ea volitione non praedestinandum, nec congrue vocandi, supposita praescientia lapsus, & perseverantiae finalis in peccato, infertur infallibili consequentia reprobatio positua a gloria. Ideo vero dico esse solum logice virtuale reprobationem; quia ea non est causa peccatorum, quae necessaria sunt ad posituam reprobationem; sed quia ea voluntas non praedestinandum cognita, adhibita praescientia conditionali, sufficiens medium est, vt reprobationem posituam colligat Deus per consequentiam euentem. Distincto ergo modo specialis illa electio praedestinationis est virtualis approbatio, seu electio efficax post prauisa merita; quam hac reprobatio logice virtualis est reprobatio

Reprobatio negatiua nulla causa.

Indicium auctoris.

Virtualis logice a gloria.

positiua post prauisa demerita: nam illa vere, & proprie est causa positua omnium mediocorum, quae necessaria sunt; vt Deus approbet, seu eligat hominem; vnde virtualiter physice continet approbationem, tanquam causa cooperans, non praedeterminans: illa vero non est causa Physica omnium mediocorum, quae necessaria sunt, vt Deus hominem positue reprobet in manifestationem suae iustitiae; quippe non est causa peccatorum. Ideo ergo appellavi illam logice virtuale reprobationem, quo nomine non dubito aptius significari, quam nomine reprobationis negatiuae.

II

Reprobationis negatiuae nulla causa.

His notatis, assero modo, nullam esse causam ex parte reprobi, vt Deus habeat eam voluntatem non praedestinandum, seu virtuale reprobationem. Assertio haec manifeste probatur hac ratione: ante primum peccatum prauisum nulla est causa demeritoria ex parte non praedestinati, seu virtualiter logice reprobi; sed Deus habuit voluntatem non praedestinandum modo explicato ante primum peccatum creaturae rationalis; ergo haec voluntas non praedestinandum nullam habet causam ex parte subiecti non praedestinati. Minor huius argumenti perspicua est in Angelis reprobis, & etiam in primis hominibus comparatione gratiae congruae, per quam praecipuum a Deo impositum circa esum ligni vitae violarunt; nam, nulla precedente culpa ipsorum, non sunt electi ad gratias congruas, quibus in peccatum originale non prolaberentur. Porro sicut Angelorum reprobatio, in quibus non fuit peccatum originale, sic per acta fuit absque causa ex parte ipsorum: ita hominum reprobatio peragi potuit, si immunes a peccato originali existerent. Ergo haec non praedestinatio, seu reprobatio virtualis logice nullam petit causam ex parte subiecti non praedestinati.

Ratio a priori.

Huius rei ratio a priori est; quod Deus est absolutus, atque excellentissimus Dominus suarum gratiarum, & gloriae, tum congruarum, tum non congruarum, nullius debitor aliquo titulo; potest ergo absque iniuria concedere, & negare ea, cui voluerit; non igitur facit iniuriam, cui negat gratiam congruam, & concedit non congruam; imo, si vtramque negaret, nec etiam faceret iniuriam. Id maxime verum est in hominibus, in quibus causa negandi supponitur, scilicet ipsum peccatum originale. Id quod eleganter docuit Augustin. lib. de praedestinatione Sanctorum cap. 9. ibi: Omnes, quos docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet. Et in ipsis hominibus pari peccato originali obstrictis nulla ait esse causam, quare in hoc incipiat series effectuum praedestinationis per voluntatem

August.

congrue vocandi, non in illo? sic scribens lib. de dono perseverantiae cap. 11. Cur autem potius illis, quam illis detur? Quis cognouit sensum Domini? Et cap. 12. Sed quare illos potius, quam illos (intellige liberat) iterum atque iterum dicimus? O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Ergo potest Deus habere voluntatem illam non praedestinandum sine respectu ad aliquam causam. Per hanc doctrinam, quae a nullo Theologo negari potest, explanabimus Sanctum Thomam, & alios Theologos cap. 4. huius disputationis.

12

Verum petat aliquis, an in hominibus, de quibus est praecipuus sermo noster, post statum peccati originalis, in quo capit ordo praedestinationis, & reprobationis, fuerit aliqua causa huius voluntatis non praedestinandum? Nam quae in confirmationem assertionis producta sunt; probant quidem, potuisse Deum non praedestinare omnes nulla causa spectata ex parte illorum; non vero de facto sine causa non praedestinasse, seu voluisse negare vocationes congruas, maxime cum peccato originali maculati supponantur, quod sufficiens causa est, vt propter ipsum omnes homines non praedestinaret; & ita factum esse indicant plura Augustini testimonia, maxime illud, quod referebamus modo ex lib. de praedestinatione Sanctorum c. 9. dicens: quos non docuit; hoc est, quibus negauit illuminationem mentis efficacem, quam ipse appellat certam scientiam, iudicium non docuisse. ergo propter causam, vtique peccatum originale. Id confirmari potest ex Fulgentio de Incarnatione, & gratia Iesu Christi cap. 12. in principio, ubi affirmat, genus humanum per peccatum originale contractum propaginis obligatione perdidisse omnem sanctam, atque piam cogitationem; ergo originale peccatum sufficiens causa est ex parte hominum reproborum eos non praedestinandum. Idem affirmat c. 13. his verbis, quibus capiti dat initium: peccans itaque ille, qui sine peccandi necessitate creatus est in eo, quod anima sanitate delinquendo perdidit, etiam illa cogitandi, quae ad Deum pertinet, amisit protinus facultatem. In his verbis, vt minimu significat amisisse facultatem congrue cogitandi per peccatum originale. Dixi vt minimum, quia omne initium bonae voluntatis comprehendisse videtur.

An post originale fuerit causa non praedestinandum?

Fulgentius

13

Id etiam probo hac ratione: etenim, si homo propter originale contractum dignus est, qui priuatur iustitia originali, & gloria in perpetuum, potiori ratione dignus erit, qui non eligatur speciali electione ad gloriam, & ad gratias congruas.

Hec quidem satis verosimiliter probant in reprobis, quibus originale numquam condonatum est, voluntatem non eligendi habuisse causam ipsum originale peccatum; haec vero non est causa comparatiue ad alios, quia omnes

14

homines ex æquo originali peccato maculati sunt (semper excipio Beatam Virginem, cuius privilegia omnem modum superant.) In his autem reprobis, quibus originale semel condonatum est, existimo non fuisse sufficientem causam, ut non eligantur; nam licet peccatum remissum pœna temporali puniatur, ut corporea afflictione, & ægritudine, & alijs pœnis: at non existimo, illam voluntatem non eligendi, atque privationem gratiarum congruarum, ut pœnam a Deo eligi posse pro peccato originali remisso; etenim hæc non electio virtute saltem logice continet reprobationem positivam, ut declaravi in principio huius capituli; atque adeo pœnam æternam: ergo ea voluntas non eligendi, & privandi gratijs congruis, non est iusta pœna in ordine ad peccatum remissum. Non me latet viros doctos aliter sentire: sed non acquiesco propter dictam rationem.

Pater Sua  
re?

15  
Voluntas  
non præ-  
destinandi  
in quibus  
spectet ad  
iustitiam,  
in quibus  
non?

Hinc infero discrimen inter non prædestinationem, seu virtualemente reprobationem eorum, qui cum originali moriuntur, & eorum, quibus originale semel condonatum est; quod voluntas non eligendi priores homines spectat ad iustitiam vindicativam; etenim supponit originale contractum, atque prævisum; ergo, cum in pœnam eius Deus vult non eligere illum hominem, intendit Deus punire malitiã originalis peccati. Probo hanc consequentiã: nam, quoties in obiecto est honestas, voluntati divinã, quã circa tale obiectum versatur, tribuere debemus tendentiam directam in omnem honestatem obiectivã, quã non dedecet divinam sanctitatem, quippe honestissimo, atque perfectissimo modo exco-

gitabili tendit in sua obiecta. Quemadmodum scientia Dei, non solum penetrat cognitione res omnes cognoscibiles, sed etiam tendit ad ipsas secundum omnem modum cognoscibilitatis. Ita voluntas divina non solum amplectitur omnia honesta; sed etiam ad ea tendit secundum omnem honestatem obiectivam; ergo cum in reprobo, cui numquam condonatum est originale, sit honestas obiectiva iustitiã vindicativã, ut monstravimus, cum Deus vult non eligere ipsum, dicendum est, de facto velle non eligere in pœnam peccati originalis: nam tunc adscribimus voluntati divinã actum honestum satis congruentem iustitiã suã, & asserimus, voluntatem Dei non solum attingere obiectum, quod honestum est, sed etiam honeste omnimodo. De hac re iterum redibit sermo cap. 4. ubi de reprobatione parvulorum, in quo etiam constabit doctrinam hanc conformem esse menti Augustini, & aliorum Patrum. In reprobis vero, quibus peccatum originale semel condonatum est, actus non prædestinandi nequaquam esse potest iustitiã vindicativã secundum a me dicta num. 14.

Hoc loco observa, cū originale peccatum, & alia actualia remittuntur adulto reprobo per Sacramentum Baptismi, tunc prorsus certum esse, illum actum non prædestinandi non esse propter originale tamquam propter causam; eo quod virtute Baptismi liberatur, non tantum ab omni culpa, sed etiam ab omni pœna; ergo iam Deus non potest per vindictivam iustitiã illum non eligere ratione peccati originalis, nec propter culpam, nec propter reatum pœnã.

Remissio  
originalis  
per Ba-  
ptismum  
tunc origi-  
nalis  
non spec-  
tat ad ius-  
titiam.

Caput III. In adultis reprobis est causa positiva reprobationis.

16  
In adultis  
esse cau-  
sam repro-  
bationis  
positivã  
certissimã  
esse debet.



**C**ONCLUSIO titulo præfixa tam certa est, me iudice, ut nulli iam Doctorum Catholicorum oppositam defendere permittendum foret. Eam scriptores nostri virili defendunt allegantes graues antiquos Theologos, & producentes gravissima Patrum testimonia. Nobis loca nostrorum Theologorum indicare sufficiet, atque seligere ea, quã solidius, atque vrgentius nostram conclusionem probabunt. Ergo lege protutamine eius Bellarminum lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio cap. 16. §. iam vero: & lib. 2. de amissione gratiã cap. 12. Patrem Suarez prima parte lib. 5. de reprobatione cap. 3. conclusione prima, & cap. 6 num. 8. & Patrem Vazquez disp. 95. cap. 5. Molinam in concor-

dia supra articulum quintum huius quest. disp. 3. Valentiam de reprobatione puncto 3. Lessium de reprob. sect. 6. asser. 6. Demum P. Arrub. disp. 88. cap. 2. Non omitam quasdam grauium Theologorum censuras aduersus oppositam sententiam annotare. Catherinus lib. 2. de prædestinatione, oppositam dicit esse horribilem, & piorum aures verberare, ipsumque Augustinum eam detestari, ut impiam lib. 6. Hypognosticon. Oratius tertio locorum Catholicorum oppositam opinionem, quã est, inquit, Caluini, & Beza, & aliorum hæreticorum nostri temporis, Deum confingere atrocẽ, & ferocẽ. Stapletonius in caput 9. ad Rom. vers. 30. ait, hunc fuisse execrabilem sensum Caluini Deum iniquitatis, & iniustitiã arguentis. Ioannes Viguierius in instructionibus Theolo-

P. Valentiam  
P. Lessium  
P. Arrub.  
Catherinus  
Oratius  
Stapleton  
Viguierius

Cerd. Bel-  
lar.  
P. Suarez.  
P. Vazq.  
P. Molina.

Caput 3. In adultis reprobis est causa positiva reprobationis. 653

P. Gualte-  
rius.

Theologicis cap. 20. vers. 2. ait, sententiam oppositam repugnare cum diuina iustitiã. Ad hæc Pater Iacobus Gualterius in Chronologia sæculo 17. anno Domini 1600. cap. 7. quod est vltimum, refert ex Vuortio dogmata Siruandi Liberti hæretici, quorum primum est: Deum præordinasse homines plerosque ad ineuitabilem, ac sempiternum cruciatum ex absoluto suo beneplacito. Hoc dogma a sententia opposita videtur necessario admittendum esse, nam si Deus absoluto decreto reprobos adultos exclusit à Regno cœlorum ante omnem respectum ad demerita, sicut elegit prædestinatos, eos sane ex mero beneplacito suo deuouit ineuitabiliter ad æternos ignes: nam ut expendebam cap. primo num. 8. nullus reprobatorum excluditur a Regno cœlorum ex prouidentia irrefragabili a Deo statuta, qui simul mancipandus non sit æternis ignibus. Secundum dogma huius hæretici erat: Deum præordinasse homines ad ipsum peccatum, & peccandi necessitatem. Hoc etiam contineri videtur in doctrina contraria: nam si Deus absoluto decreto exclusit adultum à Regno cœlorum ante præuisa demerita, iam illi ex tali decreto inducta est necessitas non aduendi Regnum cœlorum; & cum exclusio illa necessariam connexionem habeat cum æternis cruciatibus ex alia irrefragabili prouidentia; & cum nullus cruciandus sit, nisi propter peccata, quã ipse commisit; in illo primo beneplacito excludendi videtur contineri necessitas peccandi. Quintum dogma erat: Deum nequidem velle eos omnes saluos fieri, quibus Euangelium prædicatur. Hoc etiam contineri videtur in doctrina aduersaria; nam si Deus reprobos adultos, quibus Euangelium prædicatur, voluit excludere efficaci decreto à Regno cœlorum ante præuisa demerita, & peccata, quomodo potuit velle ex se eos saluos efficere serua voluntate? nam, licet non repugnet duæ voluntates circa opposita obiecta, si altera sit conditionata, & altera absoluta: at semper vna earum ab aliqua causa extrinseca quasi violenter extorta esse debet, ut notabam supra disput. 23. cap. 10. & iterum dicam in hoc cap. Sextum dogma erat: Deum nolle his reprobis sufficientem, ac necessariam gratiam largiri. Hoc etiam contineri videtur in aduersaria doctrina; nam si Deus absoluto decreto antecedenti vult excludere reprobum adultum à Regno cœlorum, non potest simul velle ei dare sufficientes gratias, ut consequatur vitam æternam; etenim comparatione eius, ut subest absoluto decreto, non solum non erit futura consequutio gloriã, sed etiam est impossibilis; nam impossibile est fieri contra decretum absolutum

Qui erro-  
res videã-  
tur conti-  
neri in doc-  
trina con-  
traria.

Dei; quod si ex alia parte vellet eis largiri gratias sufficientes, possibilis etiam ei esset consequutio gloriã; foret ergo simul possibilis, & impossibilis, quod repugnat, ut expendebam disp. 23. c. 9. §. sed petes; ergo in contraria doctrina videtur dogma illud sextum contineri. Lege etiam P. Martinum Becanum primo tomo summarum post tractatum de prædestinatione, & reprobatione cap. 16. quæstione 1. in qua quatuor conclusionibus complectitur sententiam Calvinistarum de prædestinatione, quas hic infero; propterea quod ipsam aduersariam sententiam continent. Prima sic se habet: *utraque prædestinatio tam ad vitam, quam ad mortem in æterno Dei consilio prior, seu anterior est præuisione peccati originalis, & cuiuscumque alterius, siue boni, siue mali operis.*

17  
P. Becanus

Secunda: *utraque facta est mero Dei arbitrio citra vllum meritum, aut culpam ex parte hominis.*

Tertia: *circa eos, quos ab æterno prædestinat ad vitam, tria præstat Deus in tempore; primo largitur illis fidem iustificantem, quã amittere non possunt; secundo dat illis gratiam actualem, quã libertate arbitrij tollit; tertio peccata illorum quantumuis graua non imputat, &c.*

Quarta: *circa alios, quos ad mortem, & damnationem prædestinat, etiam tria præstat; primo negat illis fidem, & omnem gratiam; secundo impellit, & necessitat illos ad peccandum; tertio miserè illos decipit, ac illudit, & in æterna supplicia illius præcipitat.* Expendat lector, quam sit affinis hæc doctrina ei, quam nos contineri ostendimus in aduersaria nostra conclusioni, expendentibus Siruadi Liberti hæretici dogmata. Præterea Hieronymus Saneius Calvinianus lib. 5. de natura Dei cap. 2. fuit hoc, ait, primum, quod de reprobis constituit Deus ab æterno, nempe quorundam hominum ad exitium sempiternum destinatio. Hæc vero nihil aliud esse potest, quam primum illud decretum absolutum ante præuisum omne peccatum, quod aduersaria sententia ponit excludendi reprobum adultum à Regno cœlorum. Legat etiam lector, si placet, eandem Patrem Martinum Becanum tom. primo Opusculorum Theologorum in principio, ubi septem propositionibus comprehendit desperatam prædestinationem Calvinistarum, & per distincta septem capita eas erudite refutat: ex hoc enim viro strenue, diuque versato in refutandis erroribus deprehenderit, quam sit fugienda doctrina opposita propter nimiam consonantiam cum Caluini erroribus.

Saneius.

Ut probem primo conclusionem nostram pro-

18



Deus vult ponere ob oculos testimonia sacra Scripturae, omnes sal in quibus Deus ex bonitate sua, etiam post lapsum omnium hominum in originale, voluit omnes fieri, nullo excepto, saluos efficere. Huius veritatis fidelis testis est Paulus prima ad Thimotheum 2. dicens: Deus vult, omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quem locum fuisse explicui disp. 17. cap. 3. ubi probavi, Paulum locutum de statu hominum post originale commissum, atque voluntatem illam generale Christum Dominum per merita sua comparasse. Hinc ad Rom. 2. Benignitas Dei omnes peccatores inuitat ad penitentiam. Hinc Ezechielis 18. mors impij non est voluntatis Dei. Et Osee 13. perditio nostra ex nobis est. Itaque propositis sibi Deus omnibus hominibus in massa perditionis constitutis, non tantum paucissimos ex se. comparatione reproborum elegit ad gloriam, hoc enim dedecere eius bonitatem, & alios quam plurimos voluit excludere; sed omnibus hominibus, nullo excepto, ardentissime gloriam desideravit: ex quo desiderio remedia prouidit sufficientissima abundanter, mittens filium suum redemptorem, qui Sacramenta institueret pro reparanda humana natura; qui a postolos eligeret, atque deputaret; & deinde a postolicos viros eorum successores, vt ex his veluti fontibus gratiae haurirent gratiam salientem in vitam aeternam. Hac autem non constat, si Deus ex se decreto absoluto innumerabilem fere hominum multitudinem ante vllum peccatum actuale prauiusum ad interitum destinaret. Quis hoc credat de diuina bonitate? nimirum tot hominum perditionem irrefragabili Dei decreto adscribendam ipsi esse, vt primariae radici, licet postea non sine peccatis hominum exsequutioni mandetur illa praordinatio. Hinc puto manasse tot priorum hominum noras, atque censuras in oppositam sententiam, quarum aliquas indicauimus num. 16.

Urgo hoc ipsum ratione Philosophica: nam licet vna voluntas duplici affectu, altero efficaci, altero inefficaci ferri possit simul in obiecta opposita; vt cum tempestate oppressus simul vult efficaciter proijcere merces in mare, & ipsas conseruare sub conditione, si non vrgeret tempesta: at, vt vna voluntas hos diuersos affectus simul habere possit, ad alterum quasi coacte fertur, & contra primariam eius intentionem propter aliquod extrinsecum non constitutum in eius voluntate, vel propter aliquam conditionem contingentem ex causis naturalibus, quas aut non potest, aut non vult mutare; cum vero voluntas sibi relinquitur, nec ab aliena extrinseca conditione cogitur, non potest primario hos duos affectus exercere circa obiecta opposita: vt homo ille a tempestate liber, & absolutus non potest velle

simul proijcere merces, & eas conseruare. Si cut etiam non potest iudex simul velle ex se aliquem liberare a morte, & capite damnare, licet possit velle ex se liberare, & propter delicta damnare, vlciscendo peccata. Ita cum Deus, vt probant sacra Scripturae testimonia, velit ex se affectu serio prosecutionis omnes homines saluos efficere, non potest simul velle ex se affectu efficaci excludere a Regno, nulla ex parte hominum posita culpa, & causa; nam, vt inquit Sapiens cap. 12. alloquens Deum: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas, & exterum estimas a tua virtute. Vt legunt Bibliam castigata.

Placet hoc ipsum ratione a priori vrgeremagis; nam voluntas illa, qua Deus vult sibi adsciscere omnes homines in Regno caelorum eo ardore voluntatis, vt efficaciter prepararet media sufficientia adultis omnibus, quibus id consequi possint: vult etiam ex vi eius voluntatis, vt habeant merita vitae aeternae, cum ea simpliciter necessaria sint pro fine a Deo ipsis praestituto. At e contrario decretum illud absolutum expellendi reprobos ad alios a Regno vult sanè saltem virtualiter, & efficaciter, quod habeant demerita; nam non tantum permissio demeritorum, sed etiam ipsa demerita sunt medium necessarium ad finem sibi propositum expulsionis. Repugnat vero, Deum ex se se simul velle reprobum illum habere merita vitae aeternae, & demerita eiusdem vitae aeternae, in eodem tempore vitae: cuius adhuc fundamentalis ratio est, quod affectus ille praeparandi media gratiae, virtute continet affectum efficacem meritorum casu, quo liberum arbitrium reprobi cooperari gratiae voluerit: idem vero affectus ille impeditur, ne transeat in absolutum, quia Deus vult iura libertatis illa sa custodire, non autem custodiret, si decreto absoluto efficaci praerent liberam cooperationem: quemadmodum in casu tempestatum affectus conseruandi merces, licet conditionatus sit, virtute continet absolutum, & cessante tempestate in eum prorumperet voluntas: pariter in diuina, posita in re cooperatione voluntatis, prorumpit in gaudium absolutum de merito habito; ergo solum detinetur affectus ille, ne absolutus sit, vel in absolutum transeat, a conditione extrinseca; ergo licet duae illae voluntates non repugnent ex ratione efficacis, & inefficacis in casu, quo voluntas ab extrinseca conditione cogitur: at, cum absoluitur ab omni extrinseca conditione, non potest ea opposita obiecta velle; nam vellet efficaciter contradictoria salte virtute, vt probatum est ex eo, quod in affectu illo inefficaci virtute continetur efficax, & is necessario prorumpit in voluntate non retardata

Probatio a ratione. Efficaci, altero inefficaci ferri possit simul in obiecta opposita; vt cum tempestate oppressus simul vult efficaciter proijcere merces in mare, & ipsas conseruare sub conditione, si non vrgeret tempesta: at, vt vna voluntas hos diuersos affectus simul habere possit, ad alterum quasi coacte fertur, & contra primariam eius intentionem propter aliquod extrinsecum non constitutum in eius voluntate, vel propter aliquam conditionem contingentem ex causis naturalibus, quas aut non potest, aut non vult mutare; cum vero voluntas sibi relinquitur, nec ab aliena extrinseca conditione cogitur, non potest primario hos duos affectus exercere circa obiecta opposita: vt homo ille a tempestate liber, & absolutus non potest velle

20 Testimonia pro conditione. Ad Rom. 9. August. Sapiens. 19 Ratio a priori. Fulgent. S. Thom. Ira non proprie in Deo. Arist. Lactantius.

tardata, aut impedita a conditione extrinseca. Vnde etiam efficeretur, duos affectus efficaces formaliter, atque immediate versari circa obiecta contradictoria. Secundo propono, & expendo alia testimonia, in quibus per aduersarios agitur de reprobatione positiua, vt in Paulo ad Rom. 9. ubi reprobationem nominat odium Esau, & iram, & vindictam, & indurationem ibi: cuius vult miseretur: & quem vult indurat. Et ex eis formo argumentum ad hominem: nam neque odium est nisi mali, & in eo loco non alterius, nisi culpa, vt dixit Augustinus secundo libro ad Simplicianum; non igitur Deus Esau hominem odit, sed odit Deus Esau peccatorem; ergo hoc odium supponit culpam tamquam causam sui. Porro ira, & vindicta supponit etiam iniquitatem, vt dixit Fulgentius lib. 1. ad Monimum: non u namque est, iram Dei dici non posse, nisi ubi creditur iniquitas hominis praecessisse. In hunc locum obserua ex sancto Thoma 1. p. quaest. 20. art. 1. ad 4. iram non proprie dici de Deo, quatenus supponit, & proficiscitur ex tristitia secundum Aristotelis lib. 2. Rethoricorum cap. 4. qui irascitur, dolet. Licet Lactantius lib. de ira Dei ex professo contendat, Deum habere veram, & propriam iram in peccatores, quatenus solum importat appetitum vindictae ob iniuriam peccatorum ab hominibus illatam. Sed communis modus loquendi nobis seruandus est, licet non negemus hunc affectum, si ipsum praecindamus ab ordine ad dolorem, & tristitiam, tamquam ad principium sui. Denique induratio, quo etiam nomine reprobatio positiua significatur, peccata supponit, in quibus homo dicitur indurari, vt magis explico infra cap. 7. Ergo his eisdem locis, quibus vtuntur aduersarij pro sua sententia, illis probamus, reprobationem positiuam habere causam ex parte adultorum. Quid vero sibi voluerit Paulus, cum in hoc loco dixit, Esau odio habui accurate explico cap. 8.

21 Probatio a Concilio. Concil. Valentinianum. Trident. Arausic.

Tertio ex Concilio duo produco testimonia: primum ex Valentino sub Lothario cap. 3. ubi, postquam dixit se profiteri praedestinationem electorum ad vitam, & praedestinationem impiorum ad mortem, de hac ira scribit: in damnatione vero periturorum meritum malum praecedere iustum iudicium Dei. Hoc autem iustum iudicium Dei est reprobatio positiua, vt constat ex dictis disp. 32. cap. 2. ergo haec supponit meritum malum, quod praecedit. Secundo adduco Tridentinum sess. 6. cano. 17. ubi definit, nullum potestate diuina praedestinatum ad malum, confirmans canonem vigesimum tertium Arausici secundi: at si Deus suo beneplacito ante prauius demerita quosdam decreto irrefragabili expelleret a felici-

tate aeterna, hi essent praedestinati ad malum potestate diuina, non iustitia; quippe sine causa ex demeritis repulsi a Regno paterentur; ergo, &c.

Quarto licet testimonia Patrum a nostris scriptoribus, quos allegavi in principio huius capituli, abunde referantur, quaedam expressiora breuiter notare oportet. Augustinus lib. de grat. & libero arbitrio cap. 2. haec habet perspicua verba pro nostra conclusione: fixum debet esse, & immobile in corde vestro, quod non est iniquitas apud Deum; ac per hoc, cum legitis in litteris veritatis a Deo seduci homines, & obdurari corda eorum; nolite dubitare praecessisse mala merita eorum. In his verbis loquitur de reprobis adultis, & eorum reprobationem significat per seducere, & obdurare: & affirmat dubitare non licere praecessisse mala merita ad eorum seductionem, & obdurationem; ergo ponit causam reprobationis positiuae. Similia habet cap. 13. & expressa Epistola 105. ad Sixtum: querimus causam praedestinationis, nec inuenimus reprobationis autem causam querimus, & inuenimus. Et Epist. 106. quemquem vero immeritum, & nulli obnoxium peccato si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Loquitur de damnatione iuxta regulas suae prouidentiae praescriptas: nam Deus sine aliqua iniquitate posset hominem iure dominij detrudere in aeterna supplicia. Lege etiam ipsum libro de dono perseuerantiae cap. 6. 8. & 11. & de correptione, & gratia. cap. 11. & lib. 1. ad Simplicianum quaest. 2. & alibi passim. Sanctus etiam Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 13. distinguens praedestinationem quorundam ad gloriam, & quorundam ad poenam: iuste enim, ait, deseritur a Deo, qui deserit Deum; & quia homo deserens Deum, peccat; deserens peccatorem Deus iustitiam seruat. Ecce ponit causam desertionis, quae est in reprobatione. Et post pauca: iniquos autem condemnabit pro impietate, vel iniustitia, quam in eis ipse non fecit. In illis enim opera sua glorificat: in istis autem opera non sua condemnat. In his verbis expresse causam condemnationis, seu reprobationis ponit impietatem, quam fecit homo, non Deus. Et prosequens idem, argumentum confirmat satis apte ex Ioanne capite tertio ubi: qui incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Et postea expendit Phariseos, & Saduceos, reprobos quidem oburgatos hac ira, quos Lucas cap. 3. appellat gemina viperarum, quis vobis ostendit fugere a futura ira? Ecce loquitur de ira reprobante; & ideo ad finem capituli hanc iram, ait, esse punitionem, quae parata est malis; ergo Fulgentius manifeste ponit causam reprobationis. Pariter & Prosper Aquitanicus Episcopus

22 Probatio ex Patribus. August.

Fulgent.

Ioan. 3.

Luc. 3.

Prosper.

copus Regiensis in respōsionibus ad Capitula Gallorum cap.3. cum sibi obiectum esset, non prædestinatos ad vitam tamdiu referuari, donec ruanr, & pereant, nec ante ex hac vita auferri. Responder, non ex eo necessitatē perēūdi habere, quia prædestinati non sunt: sed id eo, ait, prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria præuacatione præscii sunt. Obserua in his verbis non prædestinationem appellare positiuam reprobationem formalem, non eā negatiuam prædestinationem, seu reprobationem virtualem logice, quam ex Scoto explicui cap.2. Ergo Prosper causam reprobationis positiuæ ponit esse voluntariam præuacationem præscitam.

23 In cōfirmationem huius rei adduci possunt omnes Patres Græci, & alij scriptores, quos allegauit disp.23. cap.3. & 7. qui unanimi cōsensu docuerunt, electionem ad gloriā esse post præuisa merita; cuius sententiæ non contemnendū fundamentum est, necessario defendi debere reprobationem esse post præuisa demerita, cui doctrinæ magis consentanea videtur, quæ idem affirmat in prouidentia prædestinante: ergo omnes etiam hi Doctores a nobis sunt.

24 S. Thom. Probatio ex S. Tho. Quinto allego Sanctum Thomam qua st. 6. de veritate art. 1. ad vltimum in vltimis verbis ibi: & tamen reprobatio etiam dicitur præparatio, quantum ad pœnam, quam etiam Deus vult voluntate consequente, sed non antecedere. In his verbis ponit reprobationem positiuam posteriorē præuisione peccatorū: in quibus etiā notā pro enucleāda eius mēte, de qua capite 5. aliam insinuare etiam reprobationem, quā ponit sine causa, & ex voluntate antecedente; nam, cum ait, & tamen reprobatio etiam dicitur, supponit, alio etiam modo reprobationē dici; quod, quia non aduerterūt recēiores Thomistæ, eum inducere in suam sententiam, non sine iniuria sancti Thomæ, conati sunt. Et articulo 2. in responsione ad 9. Vbi distinguit inter electionem, & reprobationem, & ait: Nec tamen oportet, quod ratio electionis sit meritum, sed in ipsa electione ratio est diuina bonitas: ratio autem reprobationis est in hominibus

peccatum originale, vt dicit Augustinus: vtique tomo 3. in Enchyridio cap. 108. Ecce semper sollicitus est de causa reprobationis, & eam refert in peccatum originale in maculatis ipso, & cum eadem proportione in actuale in adultis. Denique induco sanctum Thomam in caput 9. ad Romanos lect. 3. vbi explicans illa verba, dicit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitauit te: intelligit Diuus Thom. posui te: scilicet ordinavi malitiam tuam ad gloriam meam: Deus enim, ait, malitiam ordinat, sed nō causat. Hūc textū sic induco: si Deus positiuē excluderet adultum a Regno cœlorū ante præuisam indignitatem eius peccata, non posset non in ea voluntate antecedēti velle saltē virtualiter peccata, vt mediū per se necessariū ad finē sibi propositū excludēdi, vt ex pendebam supra num. 18. ergo numquam fuit mentis sancti Thomæ ponere reprobationem positiuam antecedentem, quæ aliqua ratione contineret voluntatem, & causam peccatorū.

25 Ratio conclusio. Sexto vnica ratione probo conclusionem: tamen si Deus vtens iure dominantis potuerit creaturas addicere æternis cruciatibus, nullo præsupposito peccato, de quo nō est controuersia modo: at certissimum est, quotquot ex creaturis æternis cruciatibus addixit, id fecisse ex motiuo iustitiæ, non iure dominij absoluti: ergo si Deus in reprobis adultis ante vllū commissum, & præuisum peccatū decreto absoluto voluit exercere, atq; ostēdere iustitiā suam; atq; ideo eos a Regno expulit; voluit etiā ex se se ipso omne mediū ad hunc finē necessariū: at qui sola permissio peccati nō est mediū sufficiens; quippe ipsa in se mala nō est, nec digna pœna, nec enim Deus aliquē excludit a Regno, quia Deus ipsi permittit peccatum; sed vltra permissiōē ipsum peccatū necessariū mediū est: ergo opposita sententia, quæ affirmat, Deum intendisse expellere a felicitate æterna reprobos adultos ante omne peccatum, vt gloriam suæ iustitiæ manifestaret, Deum videtur facere voluntarium auctorem peccati; hoc autem absurdum omnibus Catholicis est.

Cap. III. Quid de causis reprobationis paruulorum sentiendum sit?

26 Sententia dissidentes PP. Vaz. & Suarez. P. Vazq. P. Suarez. NON nulla diximus capite secundo n. 12. quæ conducunt ad verā sententiam in hoc capite eligendam, in quo video inter se dissidentes Patrem Vazquez ex vna parte, & Patrem Suarez ex alia; nam, licet vterq; consentiat, peccatum originale esse causam reprobationis positiuæ paruulorum; Pater Vazquez disput. 95. cap. 6. & Pater Suarez lib. 5. de reprobatione cap. etiam 6. a n. 6. at Pater Vaz-

quez adiecit quamdam limitationem, in qua est dissidium: diuidit enim paruulos reprobos in duas classes. Prima est eorum, qui ita contraxerunt originale peccatum, vt tamen diligentiā, atq; industria humana eis applicari poterit remedium a Deo prouisum pro originali, & incuria hominum applicatum non fuerit. Secunda eorum, quibus diligentiā humana applicari non potuit id remedium, Deo ita res disponente; & de his diuerso modo Theologizatur,

Caput 4. Quid de causis reprobationis paruulorum sentiendum sit? 657

gizatur, quā de prioribus. Distinguit enim tria signa rationis: in primo immediate post præuisum actuale peccatum capitis, in quo etiam omnes peccauerunt, habuit displicentiam in efficacem respectu gloriæ eorum, & voluntatē etiam inefficacem puniendi eos expulsionē a Regno cœlesti: in secundo signo permisit ipsos in proprijs personis contrahere maculam habitualem in tertio voluit efficaciter eos excludere a Regno. Ex hoc infer, permissiōem illam labendi in originale esse effectum reprobationis horum paruulorum, quia procedit ex affectu inefficaci eos puniendi, tamen in adultis reprobis permissio labendi in actuale non sit effectus reprobationis eorum; vtique, quia non procedit ex affectu puniendi eos.

27 Duplici ratione mouetur ad non ponendā intentionem efficacem excludendi hos paruulos a gloria immediate post præuisum peccatum eorum actuale in capite ante contractionem habituales. Prior: quia ea intentio ad implenda foret in omni euentu, nec Deus in aliquo casu posset adhibere remedium. Hoc autem ipse indicat absurdum. Posterior; quia si Deus efficaciter decreuisset excludere a Regno eos paruulos propter actuale originale ante contractionem maculam habitualem; postea in tempore non posset eos excludere propter habituale peccatum originale, & priuationē gratiæ. Hanc limitationē adhibuit, quia contentaneum putat doctrinæ suæ disput. 89. quæ negat electionem efficacem ad gloriam ante præuisa merita. In alijs vero paruulis, quibus remedium adhiberi potuit humana industria, existimat, causam reprobationis esse peccatū originale habituale paruulorum, duras vsque ad mortem, nec permissiōem labendi in illud post præuisum actuale originale esse effectum reprobationis.

28 Limitatio hæc non probatur Patri Suarez supra n. 7. pro ea reprobanda vtitur hac ratione: quia donec Deus vidit paruulum in peccato originali decedentem, non habuit voluntatem positiuam eum reijcidi a gloria. Etenim nec Deus voluit, vt paruulus ille perseveraret in eo peccato originali, quia proculdubio vellet malitiā eius, quanta quanta, & quidquid illa sit: nec etiam Deus voluit ita res disponere, vt non possit applicari paruulis remedium. Ergo dicendum non est immediate post præuisum actuale originale, habuisse displicentiā illam admittendi ad Regnum, & permissiōē habituales peccati esse effectum reprobationis positiuæ, sed in omnibus paruulis vniuersaliter eadem opinandi ratio tenenda est.

29 Indiciū an iboris. Difficilis mihi imponitur Prouincia inter tantos viros proprium proferendi iudiciū, sed si muneri proprio satisfaciendum, non possum

ab eo abstinere: curabo non transilire limites debite reuerentiæ. Atque in primis censo, resolutionem huius partis multum pendere ab illa difficultate: an Deus paruulis omnibus prouiderit sufficiens remedium ad originale? In qua re animaduertendum est, non sufficere ad hoc, vt dicamus prouidisse sufficiens remediū pro omnibus paruulis, instituisse Sacramentū ex se sufficiens ad mundandos illos a macula originali, sed vltra necessarium esse res humanas ita ordinare, vt applicatio eius nō sit impossibilis, nam si in aliquo casu est, vt supponit Pater Vazquez, de qua re nos disputaturi sumus disput. sequenti cap. 2. paruulis in eo euentu nascentibus non fuit prouisum sufficiens remediū. Quod si omnibus ita prouisum fuit; vt applicatio non fuerit impossibilis, vel in se, vel in causa: ea diuisio Patris Vazquez paruulorum in duas classes non subsistit; nec vllus datur locus eius limitationi.

Est præterea animaduertendum, si his paruulis de quibus agit limitatio, Deus non prouidit sufficiens remedium propter impossibilem applicationem, nec etiam potuisse erga ipsos post commissum peccatum originale habere voluntatem prosequutiua eos glorificandi. Appello voluntatem prosequutiua glorificandi cam, quæ infert voluntatem efficacē circa media sufficientia, cuius oppositum supponit Pater Vazquez supra. Non nego potuisse habere simplicem quamdam complacentiā in gloria ipsorum vacuam omni efficaciam; etiā virtuali, similem ei, quam Theologi dicunt habere in gloria hominum possibiliā, quam; necessariam esse non liberam frequēter Theologi ferunt, de qua re egi tractata 2. disp. 18. c. 1.

30 Sentio secundo, rationes, quibus mouetur Pater Vazquez ad negandum in suis principijs, intentionem illam excludendi a Regno esse efficacem in his eisdem paruulis intentionem non concludere. Non prima; quia in puncto controuersie ponimus nullam adhiberi posse talē humanam diligentiam, quæ sufficiat ad applicandum remedium a Deo institutum. Quo fit, independenter ab omni causa secunda libera res ita præordinatas a Deo esse, vt applicatio fieri nulla ratione queat, nisi inuertatur cursus naturalis rerum; ac propterea decretis diuinis efficacibus ita sunt constitutæ. Quidquid namque necessario euenit in rebus, decreto Dei efficaci præordinatum est; ac propterea iam est impossibile non ita contingere, tum comparatione cursus causarum secundarum: tum comparatione causæ primæ immutabilis, & decreto efficaci prædeterminatæ. Quod autem ita efficiatur per causas necessarias, vt oppositum impossibile sit, optime potest decerni a Deo decreto absoluto, & irrefragabili. Appositum exemplum

Si remediū applicatio est impossibilis, nō est sufficiens prouisum.

30

31

Quid probent rationes P. Vazquez?

exemplum est in adulto decedente in peccato mortali, post cuius prauisionem Deus absolute decernit ipsum reijcere à Regno, & conijcere in aeternū carcerem. Huic autem efficaci decreto nihil obstat illū hominem etiam excludendum, & si contingeret non decedere in mortali, quia iam id contingere non potest ex suppositione prauisionis, & decreti, quæ sunt suppositiones consequentes. Et quidem si id ita contingeret, nec etiam Deus decreuisset, ut decreuit. Pari ratione post prauisum parvulum illum peccantem in Adamo, & constitutum in debito proximo contrahendi maculam, & iam impossibilem esse applicationē remedij propter præordinationem diuinam, res ita disponentem, ut nulla humana industria remedium possit adhiberi, sine vilo incommodo posset Deus propter actuale originale in Adamo commissum ante contractam maculam, immediate efficaciter decernere expulsiōnem eius paruuli a Regno; maxime cum tota malitia originalis in actuali sita sit: quippe habituale, actuali præsupposito, necessarium est, nec nouam affert malitiam.

Nec conditionalis illa, nimirum, excludendum esse, supposito illo decreto, in omni reuēntu, etiam in quo remedium applicaretur, quidquam impedit; tum quia est de conditione impossibili sine aliqua contingentia, ut dixi, & in hoc casu nihil obstat prædissinitio absoluta antecedens: tum quia si applicatio remedij subesset alicui contingentia, Deus etiā se abstinuisset a decreto efficaci.

**32**  
*Obiectio.*  
Dices: ideo non potest antecedere prælectio absoluta gloriæ in prædestinatis, quia ex vi eius conferenda ipsis esset, & si in peccatis vita finiretur; ergo simili ratione ideo non poterit Deus efficaciter decernere excludere paruulū a Regno immediate propter actuale originale, quia sequeretur, eum excludendum ex vi eius decreti, etiam casu, quo applicaretur remedium.

*Discrimen notandum.*  
Respondeo. Concedo antecedens, tum quoad opinionem, quam continet; tum quoad rationem: de qua re satis prolixam habui disputationem 23. & nego consequentiam. Discrimen in hoc consistit; quod inter decretum efficacis dandi gloriā prædestinato adulto ante prauisā merita, & ipsam executionem conferentem in tempore, intercedunt actus meritorij liberi, è quibus pendeat ipsa gloriæ executio. Etenim si prædestinatus ille, ut potest, in peccatis moreretur, nequaquam conferretur illi gloria secundum prouidentia a Deo præscriptam; ac subinde, ut in exercitio actuū liberorum est contingentia: ita eadem esse debet in consequentione gloriæ. Hæc vero contingentia pugnat cum absoluto illo prædecre-

to determinante gloriæ collationem ante liberum exercitium, & independentem ab illo; ipsa namque gloriæ consequentia foret contingens, & non cōtingens. In nostro vero casu inter peccatum capitis, quo paruuli illi peccauerunt, & reprobationem efficacem postea post permissionem habitualis originalis nihil intercedit liberum, contingens nihil; nam ponimus, applicationē humana industria esse impossibilem; ac proinde reprobatio illa perfecta efficacem excludendi a Regno immediate post actuale originale, nullam subiret contingentiam; ergo diuersa ratio est in antecedente, quæ in consequente.

Vento ad discutiendam secundam rationem. Eius consequentiam non probo; propterea quod non repugnet, Deum efficaciter decernere excludere paruulum a Regno, & propter actuale originale, & propter habituale, & priuationem gratiæ, si in his etiam inest sufficiens ratio culpæ, ut cōdistinguitur ab actuali, propter quam noua pœna mulctandus sit. Appositum exemplum est in reprobo adulto, qui expellitur, atq; torquetur propter quatuor peccata mortalia, in quibus misere animam euomit. Pone in eo, secundum mortale originem duxisse à primo, & tertium a secundo, & quartum a tertio: non ne Deus hunc hominem efficaciter exclusit a felicitate aeterna immediate, posteaquam vidit eum decedendum in primo peccato mortali, & simul propter secundum, & propter tertium, & quartū, post quam etiā peccata finalia esse prauisa sunt pro aliquo posteriori, quatenus ex primo traxerunt originem? Voluit ergo ita excludere Deus propter omnia illa peccata, ut etiam propter singula, seu propter quoduis eorum, ut conditum ab alio, tanquam propter causam adequatam voluerit excludere; nam licet vna fuerit exclusio in executione, habuit tamen quatuor causas adequatas morales & veluti quatuor decreta ratione nostra in voluntate Dei, vel vnum actum efficacem æquivalentem quatuor decretis. Bene aduerto in hoc casu pœnā sensus crescere propter numerum quaternarium peccatorum. Sed exemplum non adduco quoad pœnam sensus; sed quoad pœnā damni, in qua non est incrementum præcisse, quatenus est priuatio gloriæ sine certa mensura in intentione. Pari ergo ratione in casu controuersia posset Deus, & excludere paruulum a Regno efficaciter propter actuale originale tamquam propter primum motiū, & propter habituale tamquam propter secundum, si in eo esset noua malitia distincta a malitia actuali. Ego puto non esse, ut notavi numero superiori.

Quæ diximus excipientes limitationē Patris

tris Vazquez, probant nec sententiam eius solidam esse, nec rationes efficaces. Modo discutienda efficacitas rationis, qua confutatur a Patre Suarez. Censeo ergo tertio, rationem eius non esse efficacem. Et primo negandū est, Deū noluisse, ut remedium originalis paruulo illi applicari non potuerit: etenim in casu illo supponimus industria humana applicari non potuisse: idque non casu ita contigisse comparatione prouidentia diuinæ, sed Deo ita ordinante, dubitari non potest; maxime cū id iustissime velle potuerit in pœnam actualis originalis paruulo voluntarij. Nec ex eo, quod Deus voluerit ita res ordinare, ut remedium applicari non possit, efficitur, ipsum voluisse perseuerantiam malitiæ originalis in paruulo; ut subsumere videtur Pater Suarez. Nam distinguenda est voluntas impossibilis applicationis a voluntate perseuerantia peccati originalis: nam in obiecto primæ voluntatis nulla est malitia, & posset illum Deus velle in pœnā actualis originalis voluntarij. & licet ex eo obiecto voluto sequatur perseuerantia in malitia; non tamen adscribitur Deo, qui tantum intendit punire peccatum comune prauisum in illo supplicio: sed voluntati peccanti originaliter, & ut est voluntas capitis: in obiecto vero secundæ voluntatis est malitia. Declaro hoc exemplo appositum in adulto mortaliter peccante: posset enim Deus ei negare auxiliū sufficiens ad pœnitendum in pœnam peccati, licet negato auxilio sufficente resurgere non posset: at velle non posset perseuerantiam in eo peccato, quia in hoc obiecto cōtinetur malitia, non in primo. Ergo pari ratione absq; vlla indecentia, & incommodo posset Deus velle impossibilitatem applicationis remedij paruulo in pœnam actualis originalis, quin ex eo vellet perseuerare originale in ipso. In damnatis etiam habemus exemplum euidentem, quibus negat Deus auxiliū sufficiens ad dolendum de peccatis; non tamen ideo vult, ut in pecca-

tis perseuerent. Ratio a priori est: quia apud Deum ius est propter offensam ei inrogatam ad peccata puniendā non solum negatione auxiliij, cum quo satisfacerent, sed etiam negatione omnis auxiliij; & licet videat sequi permanentiam perpetuam ex tali negatione; non tamen, ut dixi, ei adscribitur permanentia, quæ comparatione Dei per accidens se habet: nam peccans contrahit debitum carendi omni auxilio ad pœnitendum, & Deus acquirit ius ad negandum omne auxilium: ergo permanentia in peccato Deo neganti, nec indirecte voluntaria est.

**35**  
*Nulliparuuulorum: si impossibilis applicatio remedij.*  
Ex hinc inde disputatis colligo propriam resolutionem, & censeo quarto, nulli ex paruulis impossibilem esse applicationem remedij, vel ratione sui, vel ratione parentum, ut de claro disputat. sequenti cap. 2. quo fit, paruulos omnes vna generali lege regulandos; atque dicendum post commissum originale, & contractum, & coniunctum cum morte in ipso, a Deo fuisse positue reprobatos consentaneè ad ea, quæ diximus capite superiori de reprobatione adultorum. Non nego potuisse Deum paruulum, cui nunquam applicandum esse remediū prauisit, immediate post actuale originale reprobare, non quidem efficaci reprobatione, ne reddat impossibilem applicationem; sed inefficaci, & speciali, & tunc permissionem contractionis maculæ fore effectum reprobationis; atque hoc asserentem facile se tueri posse. Verum non video fundamentum ad hoc asserendum, nec statim defendendum est, quod euidenter conuinci non potest. Quare satius est, generalem doctrinam statuere in negotio reprobationis, & eam constituere in decreto efficaci excludendi a Regno post prauisum finale peccatum cum morte coniunctum. Hæc quia prædissinitio incipiat ab speciali electione inefficaci, ideo reprobatio etiam in paruulis incipit a simili displicentia.

#### Caput V. Mens Sancti Thomæ, & quidam Theologi ab impostura vindicati.

**36**

*D. Thom. D. Th. explicatus*



*in difficili testimonio*

**A**PITE primo n. 4. retulimus dua testimonia Diui Thomæ, quæ sententiæ recentiorum Thomistarū fauere videntur. Ea declaro capite sequenti. In hoc contendo expliculo quinto huius questionis in responsione ad tertium, vbi hæc habet verba: *voluit igitur Deus in hominibus tantum ad aliquos, quos prædestinat, suam representare bonitatem per modum misericordiæ parcendo, & quantum ad ali-*

*quos, quos reprobat, per modum iustitiæ puniendo: & hæc est ratio, quare Deus quosdā eligit, & quosdam reprobat.* In his verbis, ut æquiparatio apte fluat, sicut in prædestinatis nullum inuenit Deus motiū ex parte illorum, sed tantum ex parte Dei misericordiæ manifestatio: ita in reprobis nulla supponitur causa ex parte ipsorum; sed tantum ex parte Dei, utique iustitiæ manifestatio: ergo constituitur a Sancto Thoma reprobatio ante prauisā demerita: nam si in hoc locum habeat æquiparantia, non bene

benedixisset S. Thom. hanc esse rationem, quare Deus quosdam eligit, & quosdam reprobat, cum ratio reprobandi sit opus peccaminosum liberi arbitrij, predestinandi vero non sit bonum opus eiusdem. Hanc inductio videtur magis ex alijs verbis in eadem responsione ad tertium: *sed quare hos elegit in gloriam, & illos reprobavit; non habet rationem nisi divinam voluntatem: ubi per particulas: non habet rationem nisi: excludere videtur omnem aliam causam.* Id confirmat exemplo materiae primae, quae cum tota univormis, & homogenea sit, nulla subest ratio, quare Deus hanc partem potius, quam illam in igne leui, quam in terra graui collocauerit: ergo mens Diui Thomae est excludere omnem causam reprobationis. Verum, nisi fallor, inique impingitur Diuo Thomae ea tam dura sententia, quam confutavi cap. 3. & si mentem eius inspicimus, non obscure videbimus, alienam esse ab ipsa: atque in primis Sanctus Thomas loquitur de hominibus futuris in statu, quem habebant post lapsum generalem in Adamo, propter quem in se causam habebant alicuius reprobationis, saltem exclusionis a Regno, ut constat ex dictis cap. 4. Positis igitur his hominibus omnino aequalibus in ordine ad predestinationem, & reprobationem: ait Sanctus Thomas, sine speciali causa comparatiue ad predestinatos quosdam reprobasse, & predestinatos misericorditer liberasse. Quod vero Diuus Thomas tractet de hominibus in hoc statu, constat primo; ex tertio argumento, quod probare contendebat iniquum esse aequalibus in aequalia dona conferre, affirmans, homines omnes esse aequales, & secundum naturam, & secundum peccatum originale. Ex hoc autem inferre volebat, non inaequalia preparare Deum hominibus predestinando, & reprobando, nisi propter differentiam meritorum praesentia: ergo loquitur de reprobis comparatione predestinatorum aequali peccato originali obstrictis. Secundo: constat ex alio simili portio- nis materiae, quod retuli ex ipso sancto Thoma, ex quo infero, in eo loco non agere de reprobatione propter peccata actualia, in quibus est inaequalitas; sed propter originale commune naturae in his hominibus, quibus nunquam condonatum est, imitatus in hoc modo loquendi phrasim Augustini tractatu 26. in Ioanne non remote a principio in celebri illo dicto: *quare hunc trahat, & illum non trahat: noli velle diiudicare, si non vis errare.* Quo etiam Diuus Thomas suam mentem confirmat. In his vero optime ait; Deum quosdam predestinare ex misericordia, & alios reprobare ex iustitia: nam, cum in omnibus macula, atque miseria peccati supponatur in omnibus est materia misericordiae, & materia iustitiae; quod

si culpa non supponeretur non esset materia punitionis, & iustitiae, & tunc optime quadrat illa verba: non esse rationem nisi diuinam voluntatem, quare ex aequalibus illos eligit; hos reijciat. Et appositum est exemplum ex materia prima. Et hanc existimo, esse germanam Sancti Thomae interpretationem. Scio, quosdam vniuersali magis doctrina ipsum intellexisse de non predestinatione, seu de reprobatione virtuali logice, quam explicui capite secundo, atque de ipsa asseruisse, nullam subfuisse Deo rationem reprobandi Angelos, & homines in quocumque statu, hoc est, non predestinandi. Doctrina quidem vera est; sed quae non quadrat huic loco.

Driedo etiam tractatu de concordia liberi arbitrij parte prima cap. 3. inducit in eam sententiam, quia sequitur videtur phrasim sancti Thomae addens, ut dixit Paulus ad Rom. 9. *non est volentis, neque currentis: sed Dei miserentis*, respectu predestinati. Ita in omni rigore posse dici respectu reprobi, *non est volentis, neque currentis; sed Dei indurantis*, quia ut Deus cuius vult miseretur; ita quem vult indurat: ergo sicut misericordia predestinationis est sine causa: ita indurationis reprobatio.

Verum: licet Driedo in his verbis excedat, & caute legenda sint, at in bono sensu ab ipso dicta, esse ipse ibi satis explicat. Atque in primis per indurationem non intelligit causationem aliquam Dei in peccatum, aut in obstinationem; sed, ut ille ait, *id quidem si intelligatur Deus indurare non malitiam voluntati impartiendo, sed deserendo, & misericordiam, aut gratiam non apponendo.* Ex quibus verbis contra ipsum colligo, non potuisse eo rigore dicere Paulum: *non est volentis, neque currentis; sed Dei indurantis*, ut dixit *miserentis*; tum; quia Deus in homine, cuius miseretur, producit gratiam praeventientem, excitantem, & adiuuantem, & demum opus pium; in homine autem, quem indurat nihil posituum producit impellens ad malum: tum; quia per verba illa: *non est volentis, neque currentis*, excludit Paulus opera legis per vires naturae habita, significans eam nihil conducere ad gratiam primam praeventientem, ut saepe explicui in hac materia. Induratio vero semper supponit ex parte voluntatis assuefactionem in pravis actibus, ut declaro capite 7. Ergo potius dici deberet, indurationem esse volentis, & currentis per vitam licetiosam, & peccatis plenam, propter quae homo induratur, ut explico eo cap. 7.

Præterea; allegantur Durandus in primo distinctione 41. quaestione secunda n. 7. & 8. & 14. & Ferrariensis tertio contra gentes ad caput 161. Durandus: quia docet, dari quidem posse causam predestinationis, & reprobationis in communi,

Durand. & Ferrar. vindicantur a dura sententia.

Driedo.

Ad Rom.

Driedo notatus.

Nō potest dici, esse Dei indurantis, si curdūm miserim.

37

Driedo Ferrar.

communi, quatenus spectat ad perfectionem diuinæ providentiæ diversitas statuum; & sicut in magna domo quaedam vasa sunt aurea: alia argentea, alia vero lignea, & fictilia: ita in domo Dei, quæ vniuersum continet, alij sunt predestinati, alij reprobi. At vero in particulari asserit, nullam esse causam; quare is potius, quam ille predestinetur, aut reproberetur.

Cæterum: non est difficile, hos etiam Doctores ab ea crudeli sententia vindicare, & ut existimo solo nomine à vera sententia disident; atque in primis Ferrariensis, qui cum Aureolo manus conferit, saepe affirmat, reprobationis in quantum hæc consistit in voluntate reiiciente à Regno, & coniciante in penam æternam, causam esse peccata reprobi ex æternitate prauius, licet Deus in tali punitione velit etiam ostendere perfectionem suæ iustitiæ. Cum ergo negat causam reprobationis, aut loquitur de voluntate non predestinandi, aut de voluntate permittendi aliquod peccatum, quod praescitur coniungendum cum morte. Quia arbitratur, hanc permissionem esse effectum reprobationis, de qua re differendum nobis est disput. sequenti cap. 3. Id verum est, cum agunt de causa predestinationis, & reprobationis in communi,

eam referre quoad predestinationem in bonitatem representatam per modum misericordiae, & quoad reprobationem per modum iustitiæ; atque ideo quosdam fuisse reprobatos, ut reluceat diuina iustitia, in quo plane cauendi sunt, quia sensim admittunt voluntatem puniendi ante prauium peccatum. Etenim quemadmodum in predestinatis hoc ipso, quod ante prauium meritum Deus vult diuitias suæ misericordiae ostendere, vult etiam esse merita, & conferre præmia voluntate generali, atque in communi: ita, si vult in quibusdam reprobis in generali ante prauium demeritum ostendere diuitias suæ iustitiæ punitiæ, vult quidem ex se infligere aliquam penam, atque esse aliquod peccatum; nam aliter resplendere non potest hæc iustitia, quia, ut iustitiam penæ in particulari supponit peccatum in particulari: ita iustitia penæ in communi peccatum in communi, quod absurdum est. Nec enim absurditas voluntatis antecedentis circa peccatum oritur ex hac, aut illa peccati determinata malitia solum; sed ex quacumque ratione malitiæ secundum se, ut constat. Hæc præter morem annotare libuit pro horum doctorum vindicatione ab ea sententia propter eius grauem absurditatem.

Caput VI. Satisfactio ad fundamenta Magistri Alvarez.



**A**PITE primo proposui sententiam Magistri Alvarez quinque conclusionibus digestam: verum ad quartam reuocatur controuersia, & in eius probatione iecit fundamenta, quæ nobis diluenda. Nam, licet secundam etiam probauerit ex testimonio Augustini, & Pauli ad Romanos 9. Has easdem probationes infringimus discutiendo fundamenta quarta conclusionis.

Ad primum, quod est ex sancto Thoma in hoc articulo tertio, quatenus ait. *Sicut predestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam: ita reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis penam pro culpa.* In his verbis offenderunt Thomistæ, & ex eis intulerunt, primum actum reprobationis esse voluntatem excludendi à Regno in ostensionem iustitiæ, & ex ea processisse primam peccati permissionem, tamquam medium primum in executione; quippe remotius fini. Verum aliena est ab hoc asserto mens sancti Thomae, & explananda ex duplici illa reprobatione, quam capite secundo ex Scoto dedu-

ximus. Etenim in verbis sancti Thomae utraque comprehensa videtur voluntas non predestinandi, seu virtualis reprobatio logice, in illis verbis. *Reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam.* Quæ necessario antecedens est ad culpam, quam permittit, voluntas vero, quæ est formalis reprobatio positiua in illis verbis, & inferendi damnationis penam pro culpa. Hæc enim necessario supponit culpam; quia non est damnatio, seu punitio pro culpa, nisi ea praesupposita, & prauius: cum nullus ex Thomistis etiam magis additis assertis affirmare, reprobationem hanc secundam positiuam, quæ est voluntas puniendi non habere causam peccati, siue originale siue actuale coniunctam cum morte, nec ad hoc est aliquod patrociniū apud sanctum Thomam, nec esse potest apud vllum probandum auctore. Hic magnopere obseruandū est, hanc voluntatem non predestinandi, seu permittendi peccata esse quidem prouidentiam circa reprobos, non autem esse ipsam essentiam reprobationis, quæ semper habet causam ex parte reprobi; sed aliquid necessario prærequisitū ad illam. extrinsecutam essentiam. Nec verum est voluntatem non predestinandi habuisse Deū ex fine ostendendi

Voluntas non predestinandi non est reprobationis essentia.

K k k suam

Vindictur a dura sententia.

August.

suam iustitiam: imo nec habere potest. Nam in eo sine includitur voluntas puniendi, & in hac voluntas peccatorum, ut saepe monui, alios ergo fines honestos habet Deus, cum vult non praedestinare; nimirum, ut ostendat diuitias gratiae suae in vasis misericordiae, & ut praedestinationis beneficium, illud reuerenter suspiciant, & immortales Deo gratias agant.

Potest, & aliter explicari sanctus Thomas in hoc loco secundum aliam meam doctrinam, quam doceo disputatione sequenti cap. 3. Videlicet, permissionem eius peccati, quod coniungendum est cum morte, & ante quod praecessit aliud, esse posse effectum reprobationis; ita, quod reprobatio incipiat ante vltimum peccatum finale. Nam ex hac doctrina fit, reprobationem habere causam peccatum praecedens nunquam delendum per poenitentiam. Cum ergo sanctus Thomas in textu, quae explanamus, non loquatur de permissione primi peccati, quod nunquam potest esse effectus reprobationis, ut ostendo disp. sequenti cap. 3. num. 9 sed de permissione alicuius culpae indefinitae, ut constat ex illis verbis. *Voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam: commodè ipsum intelligimus de voluntate permittendi post peccatum praecedens, quod nunquam poenitentia delendum est: hac autem voluntas includitur in essentia praedestinationis intrinsecè secundum nostram doctrinam, quo pacto in omni rigore verum erit, reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam.*

Alia verba, quae refert ex art. 5. in responsione ad 3. iam explicui in hac disputatione cap. 5. num. 36. Demum, quod allegat ex quaestione 6. de veritate articulo secundo ad 9. nullius momenti est. Primo, quia ex Augustino ponit causam reprobationis in hominibus peccatum originis. Secundo, quia licet ponat etiam voluntatem diuinam, loquitur de causa praedestinationis comparatiue ad reprobos in statu peccati originalis, quod, cum in omnibus aequale sit, solum referendum est in voluntatem diuinam causa praedestinationis praedestinationum, ut expendebam cap. 5. num. 36.

Ad secundam probationem ex ratione, neganda est maior; nimirum, permissionem primi peccati esse effectum reprobationis. Ad probationem maioris negandum etiam est; omne, quod necessarium est, ut sequatur vltimus effectus reprobationis, esse effectum eius, licet in eo non sit culpa.

Ad confirmationem ex reprobatione Angelorum negandum est, permissionem primi peccati fuisse effectum reprobationis positivam; nam

tantum fuit effectus voluntatis non praedestinandi, quae non ingreditur intrinsecè essentiam reprobationis, ut dixi.

Tertia probatio minoris momenti est: nam fatemur, peccatum originale semel condonatum in nullo homine esse causam reprobationis, ut constat ex nostro c. 4. At in his hominibus reprobis, qui necessario adulti sunt, si reprobi sunt, peccata actualia, quae postea propria voluntate admitterunt, sunt causa reprobationis positivae.

Quarta probatio maioris momenti est, & sumitur ex verbis Pauli ad Romanos 9. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Hunc locum ex instituto tractavi disput. 23. cap. 4. in 5. testimonio, ubi ostendi contra Patrem Vazquez, Lessium, Ioannem a Bonnonia, & Camerarium; Pauli Scopum ibi esse agere de spirituali hereditate, contineri que mysterium electionis populi Gentilici, qui est Israel spiritualis, & reiectionis Iudaici figurati per Esau, qui etiam significat spiritualem populum Idumeorum, ac denique de praedestinatibus Gentilibus ad gratiam, & gloriam, & de reprobatis Iudaeis à gratia, & à gloria intellectum Pauli esse. Secundo, subsumo ex a me disputatis loco allegato, Paulum in hoc testimonio excludere non tantum opera legis; sed etiam profecta ex gratia per Christum. Et non solum facta, sed etiam prauiusa. Ex his suppositis, sic formo argumentum vrgentius (nifallor) quam ab aduersarijs formatur. Dilectio Iacob est ea voluntas positiva specialis praedestinationum, per quam Deus complacuit in gloria ipsorum, ut connexa per media gratiae congrua ante omnia prauiusa merita; ergo etiam odium Esau est voluntas, qua voluit Deus excludere reprobos ab hereditate spirituali Paterna Regni caelestis. Probo hanc consequentiam: nam de vtriusque in plurali dicit. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali non ex operibus, &c.* Ergo odium hoc Esau est reprobatio positiva ante demerita.

Quia testimonium hoc celebre est in hac materia, oportet ipsum radiciter explanare. Dixi loco supra citato per odium significari minorem amorem, qui etiam inuenitur in voluntate non praedestinandi, quatenus continet voluntatem largiendi auxilia sufficientia. Id confirmaui pluribus sacrae paginae testimonijs, in quibus sine vlla improprietate minor dilectio est significata per odium, & in nostro proposito hoc proprius potest intelligi: nam illa voluntas non praedestinandi est virtualis reprobatio logica, ut explicui c. 2. Ac subinde est etiam logice virtuale odium; quatenus

41 Resp.

Ad Rom. ad 4.

Paulus ad Rom. 9. 13.

39 Altera explicatio.

40 Resp. ad 2.

ex eo sequitur logice omni infallibilitate positiva reprobatio, quae est odium formale peccatoris. Id ipsum modo confirmo ex contextu testimonij, cuius verba Paulus produxit ex cap. 1. Malachiae Prophetae, qui in litterali sensu loquutus est de temporali hereditate. Paulus vero parum curans de cortice rerum temporalium, ex eis ascendit ad spiritualem hereditatem, qui sensus in Malachia fuit spiritualis, & mysticus: in Paulo vero historicus, & literalis, ut annotauit Pater Ribera in primum caput Malachiae, & Paulus Burgenfis in additione prima. Modo sic expendo: licet Esau Paterna hereditate, atque iure primogenitura priuatus fuerit diuina electione, & Iacob in eam ascitus, nihilominus ipse Esau accepit hereditatem aliquam in terra Canaan licet non ita feracem, & copiosam: hoc autem non potuit, non fieri ex dilectione aliqua Dei, licet minori, per quam minus bonum largitus est. Ut igitur in temporali hereditate, de qua historice loquitur Malachias, intercedit discriminem hoc inter Iacob, & Esau, quod ille magis dilectus fuit, quando accepit hereditatem paternam diuinam, & copiosam: is vero minus dilectus cum accepit terram montuosam, & saxosam, non vero ita fertilem, ut eius fructibus vitam non possent sustentare ecce ergo malachias minorem illam dilectionem Esau in temporali hereditate appellat odium comparatione maioris; ita profus in spirituali hereditate, de qua historice Paulus, minorem dilectionem reprobos, qui significantur per Esau, appellat odium comparatione maioris. Fauct S. Tho. in hoc art. 3 ad 1. ibi. *In quantum igitur quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita aeterna, dicitur, eos habere odio, vel reprobare.* In his minor dilectio appellatur a S. Tho. odium. Nec dubitari licet, reprobos Deum ex se diligere ante prauiusa peccata eorum, cum omnibus voluerit conferre gloriam, & de facto conferat auxilia sufficientia, quibus vitam spiritualem conseruare possit.

Aliter etiam testimonium hoc possumus intelligere de positiva reprobatione damnatorum, qui significantur in persona Esau. Vbi nota, Paulum non affirmare ipsum Esau fuisse damnatum, cum verosimile sit, saluatum esse, & multos filios ex eo oriundos, ut Iobum, de quo censet Augustinus, Origenes, Chrysostomus, Ambrosius, Gregorius, Sedulius, Abulensis, fuisse prognatum ex Esau. Vide Patrem Pinedam in caput primum Iob vers. 1. num. 3. 2. Itaque docet Paulus, reprobos à Deo positivo odio habitos, non tamen ante prauiusa demerita. Pro quo aduerte haec verba: *quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dile-*

*xi, Esau autem odio habui: quae habentur versu 13. Non esse referenda ad illa verba: cum enim non dum nati fuissent, &c. quae habentur versu 11. Cuius signum est, quod Malachias, quem refert Paulus, cum dicit sicut scriptum est, nondum scripserat: Iacob dilexi, Esau autem odio habui; quia prius Rebecca ex vno concubitu genuerat hos duos filios, quam Malachias scriberet. Hoc annotauit Pater Cornelius a Lapide in hoc caput 9. Pauli num. 55. & sequentibus. Verum prior expositio videtur planior; quippe continet doctrinam, quae non potest negari. Vnde ipse Cornelius num. 61. in priorem videtur recidere interpretationem explicans illa verba: Esau autem odio habui. Per amorem Iacobi in Liam, quae non est odio habita; sed minus dilecta comparatione Rachelis: & ex Luca cap. 14. Vbi iubemur odio habere parentes, hoc est minus diligere, & eos postponere amore Christi; cum ergo dixit Esau odio habui, id est non elegi in populum, & Ecclesiam meam Idumeos; hoc est, reprobos, sicut elegi praedestinos.*

Sed obijciat aliquis nobis Augustinum Epistola 105. & 106. & lib. 1. ad Simplicianum quaestione secunda, & alibi passim affirmantem, causam odij Esau fuisse eius peccatum originale, quae causa, cum vtriusque fratrum communis fuerit ex ipsa speciale dilectionem Iacob infert. Respondeo, dici non posse personam Esau reiectam a Regno caelesti propter peccatum originale: tum; quia verosimilius est, ut notabam num. 43. cum saluatum fuisse: tum; quia certum est per circumcissionem remissum fuisse, nam praecceptum circumcissionis fuit datum Abrahamo, & primo adimpletum in Isaco, qui cum fuerit vitiosus, & in lege Dei versatissimus, insit proculdubio filios Iacob, & Esau octauo die circumcidere seruans recens praecceptum tanti momenti. Nec Aug. alicubi asseruit ex sexcentis locis suorum operum, quibus rem hanc tractauit, Esau propter peccatum originale punitum expulsionem à caelesti Regno; sed tantum potuisse iustissime Deum, tam Esau, quam reliquos homines propter commune peccatum in massa perditionis relinquere, atque odio prosequi, ut inde colligat nullam irrogari iniuriam, nec querelae occasionem ei, qui relinquitur: cum tamen maxima conferatur misericordia, & gratia ei qui liberatur; & licet saepe Augustinus referat causam odij reprobos in peccatum originale; non tamen sibi vult propter originale omnes damnari: cum certum sit, nec Augustino ignotum hos reprobos, quibus originale condonatum est, non propter ipsum damnari. Ideo vero recurrit ad originale tantquam ad causam, quia ea est omnibus communis.

P. Ribera. Paulus Burgenfis.

S. Thom.

43 Altera eiusdem testimonij explicatio.

August. Origenes. Chrysost. Ambros. Gregorius. Sedulius. Abulensis. P. Pineda.

P. Cornel.

Luc. 14.

44 August.



munis, & nota, & radix peccatorum adu-  
lium.

45  
Resp. ad 5.

Quintum denique argumentum non est ma-  
gni momenti: nam inscrutabilitas mysterij  
prædeterminationis, & reprobationis consistit in  
eo, quod cum homines æquales sint in natura,  
& in indignitate gratiæ propter peccatum ori-  
ginale, quosdam Deus eligat, alios derelin-  
quat. Et qua ratione Indæos, apud quos erat  
notitia veri Dei, lex, & testamentum, sacrifi-  
cia, Sacramenta, & promissiones, dereliquerit,  
& Gentiles asciuerit. Et ad hoc propositum  
exclamat Paulus ad Rom. 9. *Q. homo tu, quis es,  
qui respondeas Deo? & nunquid dixit figmen-*

Ad Rom. 9.

Caput VII. Satisfactio ad alia difficiliora fun-  
damenta.

46

Ad Rom. 9  
Paulus ad  
Rom. 9. ex  
planatus.



**X** eodem cap. 9. Epistolæ Pauli ad  
Romanos versu 17. peti potest  
alia obiectio contra nostram doc-  
trinam de causa reprobationis.  
Verba Paulina hæc sunt: *dicit enim  
scriptura Pharaoni; quia in hoc ipsum excitauit  
te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annun-  
cietur nomen tuum in vniuersa terra.* Ut cohe-  
rentia sententiæ intelligatur, notare oportet  
productis à Paulo, Iacob, & Esau illum dilec-  
tum, hunc inuisum, confirmasse misericordiam  
erga Iacob ex testimonio deprompto à sacra  
Scriptura, & autoritate Moysis roborato: id  
confirmauit ex Moyse; quia apud illos, quibus  
cum agebat magna erat auctoritatis; & ex sa-  
cra Scriptura: quia illam admittebant; quippe  
fideles erant; testimonium habetur cap. 33.  
Exodi ibi: *misereror, cuius misereror, & mise-  
ricordiam præstabo, cui misereror: igitur non vo-  
lemis, neque currentis, &c.* In his verbis alludit  
ad diligentem Iacobi cursum, cum attulit ei-  
bos Patri de venatione, accepitque ab eo be-  
nedictionem, præcurrens Esau. Sensus Pauli  
est, licet præcurrenit Iacob; non tamen accepit  
benedictionem diuinam (intellige prædesti-  
nationis) quia præcurrenit; sed ex diuino be-  
neplacito liberali, & misericordi. Post confir-  
matam dilectionem Iacobi perguit ad aliam  
partem iustitiæ erga Esau, eamque confirmat  
ex alio eiusdem Moysis testimonio petito ex  
capite nono Exodi in verbis relatis à Paulo,  
ad quod ipse se refert cum ait: *dicit enim scrip-  
tura Pharaoni, &c.* Verborum ergo, ex quibus  
formatur obiectio, is sensus est secundum To-  
letum. In hunc finem, eaque de causa ego volui,  
ut esses, & in Regnum euehereris, teque per-  
missi in populum meum insurgere, ut esses oc-  
casio mihi manifestandi potentiam, ac fortitu-

Exod. 33.

*tum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? & Diuus  
Augustinus cum ait. Quare hunc trahat, & il-  
lum non trahat, noli velle diiudicare, si non vis  
errare.* Itaque arcanum consistit in prædesti-  
natione comparatione ad reprobos æquales  
in causa, siue comparatio fiat inter duos par-  
uulos, siue inter duos adultos, siue inter duos  
ætate grandeos, quorum alter reprobetur;  
quia remedium originalis non accepit; cum  
alter saluetur; quia accepit, vel quia donum  
perseuerantiæ non accepit, & alter accepit,  
cum æqualem non accipiendi causam habeat;  
non vero in reprobatione positua compara-  
tione causæ, quam præsupponit.

Similiter Pater Cornelius illud *excitauit te*, intelligit sustinui, Regem constitui, confer-  
uauit, atque permissi, ut in populum meum ty-  
rannus insurgeres. His politis; sic formo argu-  
mentum. Finis quare Deus Pharaonem procrea-  
uit, Regem constituit, conferuauit, in peccata la-  
bi permisit, fuit, ut in eo ostenderet Deus suam  
virtutem punitiuam; ergo ante peccata præuisa  
Pharaonis Deus ipsum reprobauit exclusione  
à Regno, ut iustitiæ suæ seueritatem manifestaret.  
Ad hoc argumentum respondendum est ne-  
gando antecedens; quare non placet sensus To-  
leti, ut explicatur per illa verba: *in hunc finem  
ea que de causa.* Quia communiter interpretes  
docent, reprobationem positiuam hic contineri  
post peccata præuisa Pharaonis, a quibus  
ortum habuit eius induratio, & reprobatio.  
Sed addendum nobis est, vtramque repro-  
bationem forsitan in verbis propositis contineri,  
& virtualemente, & formalem, atque  
positiuam, vtrâque explicui cap. secundo. Mo-  
ueor ad opinandum, reprobationem illam ne-  
gatiuam, seu voluntatem non prædestinandi  
contineri in Paulino testimonio; quia ipsum  
producit, ut quod de odio Esau dixerat ver-  
su 13. confirmet; & ut probet non esse ini-  
quitatem apud Deum, adiicit versu 15. *Moy-  
si enim dicit: misereror cuius misereror, &c.* In  
quibus particula enim ostendit, probationem  
esse præcedentis propositionis, & post illam  
tam ab ipso consequentiam ibi. *Igitur non  
volentis, neque currentis, &c.* Adhibet aliam  
probationem exemplo Pharaonis versu 17.  
quem versamus: esse vero probationem secun-  
dam, constat ex ipsa particula enim; cum ait  
*dicit enim scriptura Pharaoni.* Atqui odium  
Esau solum significat ex communi senten-  
tia minorem dilectionem, seu voluntatem  
non

P. Cornel.

Satisfac-  
tio.

47

Præsup-  
positio  
in Pauli  
testimonio

non prædestinandi, ut constat ex dictis capite  
superiori num. 42. Ergo, ut hæc secunda pro-  
batio intentum Pauli confirmet, continere de-  
bet voluntatem non prædestinandi, quæ signi-  
ficatur per odium.

Urgeo argumentum. Si sola reprobatio po-  
situa significatur in verbis relatis, & ad eam  
supponuntur peccata præscita Pharaonis, &  
odium Esau fuit ante peccata, ut significauit  
Paulus ex illis verbis: *cum nihil boni egissent,  
aut mali.* Atque adeo solum voluntas non præ-  
destinandi esse poterat, extra rem Paulus ad-  
duceret odium Pharaonis, nec eius exemplo  
posset honestare odium Dei erga Esau. Iudæi  
etenim patentem habebant solutionem dicen-  
tes, diuersam esse rationem de odio Pharaonis,  
ac de odio Esau: nam illud iustissimum erat  
propter peccata, non hoc, quia ante peccatum  
conceptum fuerat. Tertio, idem confirmo ex  
Hæbreo in cap. illo 9. Exodi, in qua lingua il-  
lud, *excitauit te*, est Latine, *feci, ut existeres*, seu  
*existere te feci.* Quod si significatur per hæc ver-  
ba voluntas diuina, ex qua Pharaon procreatus  
fuerit, necessario significanda est voluntas non  
prædestinandi, quæ solum coniungi potest vo-  
luntati procreandi, non autem reprobatio po-  
situa.

Exod. 9.

48

Reprobationem etiam positiuam contineri  
in illis verbis, probant primo, illa verba Pau-  
li versu 18. *Ergo, cuius vult miseretur, & quem  
vult, indurat.* Quæ a Paulo prolata sunt in pro-  
pria persona, ut docet communior, & verior  
sententia. Ita Toletus, Iustinianus, atque Cor-  
nelius, & alij. Obserua partem illam: *quem vult  
indurat*, significare voluntatem non emolien-  
di cor, aut non miserendi per gratiam effica-  
cem, ut abunde explico capite sequenti. At hæc  
voluntas non emolendi, seu non miserendi  
supponit peccatum, in quo dicitur indurari,  
atque excæcari. Atque adeo cum Diuus Pau-  
lus loquitur de Pharaonis induratione, ut est  
à voluntate Dei, loquitur de reprobatione po-  
situa habita à Deo post præuisum à Deo sta-  
tum deprauatum, & perditum in peccatis, in quo-  
rum poenâ negare decreuit in toto decursu vi-  
tæ auxilia efficaciam. Hanc vero voluntatem perti-  
nere ad essentialem rationem reprobationis  
positiue, ostendo disput. sequenti cap. 3.

Anselm.  
Ambros.

Probat secundo, interpretatio Anselmi, &  
Ambrosij illius verbi *excitauit te*, hoc est non  
*te feci malum, sed cum malus esses, signis meis,  
atque prodigijs excitauit te, quasi sopitum.* Et-  
enim cum Pharaon poenæ iam mortuus esset  
coram Deo ob grauissima scelera, & incredi-  
bilè immanitatem in Iudæos, dum eum patien-  
ter sustinuit, atque vindictam distulit, est qua-  
si ad vitam reuocatus, in qua conceditur lo-  
cus poenitentiae; ergo etiam continetur repro-

batio positua post commissa peccata, per  
quam Deus post certum cumulum ipsorum  
puniens Pharaonem illustrem reddit iustitiam  
suam.

Ex his patet responsio. Nam vel his verbis  
intelligitur reprobatio illa negatiua, & tunc  
nulla causa subnecessaria est ex parte Pha-  
raonis, atque adeo non probatur intentum.  
Vel significatur etiam reprobatio positua,  
& tunc supponuntur peccata ex parte Pha-  
raonis, ut probauimus; ergo in nullo sensu  
probat contra nostram doctrinam. Qua  
etiam ratione intellige alia Pauli verba in eo-  
dem capite versu 22. ibi. *Quod si Deus volens  
ostendere iram, & notam facere potèntiam suam,  
sustinuit in multa patientia vasa ira apta in  
interitum: quasi dicat malos, & iniquos ira  
dignos, ac propter scelera aptatos in vltimum  
interitum, Deus pertulit patienter differens  
damnationis poenam vsque ad vltimum diem  
huius vitæ. Postea vero eos puniens mani-  
festat potentiam suam, ut in Pharaone sub-  
merso in mari manifestauit, nec illi existi-  
ment, quod Pharaon, impotentiam esse tol-  
lerantiam, per quam Deus distulit punitio-  
nem.*

Denique quoad particulam: *ut ostendam  
in te, &c.* Licet frequenter significet causam  
finale; at etiam non infrequenter significat  
solum euentum, & rerum consequentiam,  
ut annotarunt Doctores, Theodoretus, Theo-  
dorus, Cyrillus, Euthymius, Chrysostomus,  
Theophilactus, Damascenus, quos refert, &  
sequitur P. Maldonatus in caput 9. Ioannis  
super illa verba: *in iudicium ego in hunc mun-  
dum veni.* Vbi etiam Toletus, & Cornelius  
in hunc locum Pauli, & Suarez lib. 5. de re-  
probatione cap. 4. Cuius rei multa sunt exem-  
pla in sacra Scriptura. Ex multis vnum pro-  
fero ex eo cap. 9. Ioannis ibi: *in iudicium ego  
veni, ut qui non vident, videant, & qui vident,  
cæci fiant.* In his ver-  
bis loquebatur cum Phariseis, & adstanti-  
bus, ut notauit Maldonatus. Per *iudicium* in-  
telligunt quidam condemnationem. Hoc pro-  
babile indicat Maldonatus. Minus probabi-  
le Toletus. Eo quod iudicium tale commu-  
ne est vtriq; parti, & videnti cum cæcus es-  
set, & excæcato cum videret. Significat ergo  
discretionem à Deo factam, & per Christi ad-  
uentum executioni mandatam; ac si diceret  
meo in mundum aduentu hoc consequutum  
est iudicium, & hæc facta discretio in par-  
tes contrarias; nimirum, quod illi, qui non vi-  
debant, id est, simplices, & idiotæ erant, visum  
mentis receperint, fide illuminati. Qui vero  
se videre præsumebant, quia scientiam legis,  
& scripturarum profitebantur, cæci facti sunt per  
incre-

49  
Aliquando  
particula  
ut signifi-  
cat euen-  
tum in sa-  
cra Scrip-  
tura.  
Theodor.  
Theodorus  
Cyrillus.  
Euthym.  
Chrysost.  
Theophil.  
Damascen.

P. Maldon.  
P. Cornel.  
Card. To-  
let.  
P. Suar.  
Ioan. 9.



incredulitatem in Christum; ergo particula *ut* solum euentum significat in hoc testimonio. Accipe regulam generalem, ut discernas quando euentum, atque consequutionem: quando causam finalem significet. Cum res talis est, quae ex primaria, & antecedenti voluntate detenter a Deo amari potest, particula *ut* denotat causam finalem. Cum vero non est talis, solum denotat euentum, & consequutionem. Exempla huius rei sunt in punitioe, & poenitentia.

50

Obiectio.

Præterea, a ratione formari potest hoc argumentum contra nostram doctrinam. Si reprobatio positiua supponit peccatum, tamquam causam ex libero reprobi arbitrio; ergo in potestate hominis est reprobari, & non reprobari. Consequenter hæc videtur manifesta; quia si ponit homo peccatum finale, reprobat, si non ponit, non reprobat; ergo cum possit ponere, & non ponere, propter indifferentiam ad utrumlibet, in potestate eius est reprobari, & non reprobari. Tunc sic: ergo pari ratione in potestate eiusdè hominis erit prædestinari. Hoc vltimū consequens absurdum est; quia non datur causa prædestinationis ex libero arbitrio secundum omnes. Illud vero sequi, sic ostendo: quia omnis non reprobatus est prædestinatus secundum prouidentiam a Deo statutam in negotio prædestinationis hominū, per quam omnis homo, aut est prædestinatus, aut reprobatus; quippe non est status medius non reprobi, aut non prædestinati; sed in potestate cuiuscumq; adulti reprobi est, non esse reprobatus; ergo etiam est in potestate eiusdem esse prædestinatum.

Satisfactio.

Hoc argumentum æquiuocatione implicatum est. Ei concedendum est, reprobationem positiuam esse in potestate prædestinati tamquam in causa libera, & morali. Concedendum etiam est, non esse statum medium, ut bene probatur in argumento. Semper vero consequentia vltima neganda est, & ratio negationis petenda est ex eo, quod, nec electio specialis, a qua ducit originem tota series prædestinationis, nec voluntas non prædestinandi, seu reprobatio, quam dicunt negatiuam sunt in potestate reprobi: quippe præueniunt omnia merita, & demerita, ut sæpe docui. Hinc efficitur, quod etiam si non reprobatio, quæ contradictorie opponitur approbationi, quæ que dicit negationem consequutam ad electionem prædestinati post merita, sit in potestate prædestinati: at reprobatio negatiua, seu voluntas non prædestinandi, seu reprobatio virtualis logicè secundam a me dicta capite secundo, non est in potestate reprobi. Hic aduerte, cum dicimus, reprobationem positiuam esse in potestate hominis, intelligendum esse in sensu diuiso, non in sensu composito, hoc est pro

Qua ratione reprobatio positiua sit in potestate hominis.

quodam priori rationis, pro quo intelligimus libertatem reprobi indifferentem ad peccandum, & non peccandum. Nam si peccat, ponitur reprobatio positiua: si non peccat, non ponitur. At semel posito decreto absoluto, seu ex suppositione consequenti, non est in potestate reprobi, non reprobari; nam cum Deus immutabilis sit; non potest desistere ab eo, quod semel absolute decreuit. Ratio a priori est; quia ex hoc, quod aliquid posterius, seu dependens ab hominis libertate sit in potestate prædestinati, aut reprobi, non fit, id, quod est antecedens, & independens a libertate hominis, esse in eius potestate. Licet; vero status ille medius non prædestinati, aut non reprobi, non pugnet cum natura hominis; posset enim Deus hominem relinquere absque hac prædestinatione, & reprobatione, ut si cum in pura natura nudum gratia prætermitteret, vel si concursum subtraheret ad omnem operationem. At, ut dixi, status ille medius pugnat cum homine, ut subest huic prouidentia, quæ gubernatur. Vnde licet consequentia illa est non reprobatus; ergo est prædestinatus. Semper teneat, non tamen tenet ex vi non reprobationis; sed adiuncta prouidentia a Deo statuta, in qua non est status medius.

Replia.

Obijcies; voluntas non prædestinandi non est in hominis potestate per nos; ergo non est in potestate hominis non ita prædestinati consequi gloriam. Probo hanc consequentiam: quia non prædestinatus ex suppositione non prædestinationis, non potest consequi gloriam, sicut prædestinatus ex suppositione prædestinationis non potest eam amittere, sed non est in potestate hominis voluntas non prædestinandi; ergo non est in potestate non prædestinati consequi gloriam.

Satisfactio.

Respondeo distinguendo primū consequens non est in hominis non prædestinati potestate consequi gloriam; propter voluntatem non prædestinandi, quæ est antecedens ad vsu liberū, negotium non est in potestate hominis non prædestinati consequi gloriam, propter scientiam Dei, per quæ affirmat ex æternitate non prædestinatum damnandum fore; concedo. Propterea, quod scientia Dei falsa esse non potest; suppositio vero scientiæ semper est consequens, nec obstat libertati, ut constat ex sæpe dictis infra statu de scientia Dei, ac præcipue disp. 10. cap. 1. Ideo vero voluntas non prædestinandi, quæ est antecedens non tollit reprobo potestatem consequendi gloriam; quia Deus ex alla parte voluntatem habet efficacissimam dandi omnia sufficientia auxilia gratiæ, quibus gloriam comparare possit.

Alteratio.

Obijcies, in potestate hominis esse auxiliū sufficientes reddere efficacis, atque adeo; quod eliciat

eliciat contritionem, & decedat in gratia; ergo etiam, quod pertineat ad ordinem prædestinationum. Antecedens probo; quia si non esset in potestate prædestinati auxiliū sufficientes reddere efficacis; ergo non esset in potestate eius bona operatio, ac proinde auxiliū illud non esset sufficientes. Concedo antecedens, & nego consequentiam; quia licet bona operatio, & efficaciam completa gratiæ, quatenus defumitur ab actu secundo, sit in potestate prædestinati, at non est eum pertinere ad prouidentiam prædestinatiuam; quia hæc ducit originem ab speciali electione antecedenti prædestinatorum propria; licet ergo operari, & non operari, operari male, aut bene, sit in potestate hominis instructi auxiliū sufficienti; & adiuti concursu generali; at non est in potestate eius, quod Deus eligat auxiliū illud, quod congruū esse prouidit, sine quo adultus infallibiliter non saluabitur.

Satisfactio.

Alteratio.

Dices: si homo ille non specialiter electus instructus auxiliū sufficienti ad contritionem eam eliceret, ut potest, proculdubio iustificaretur, ac per consequens morte intercedente consequeretur vitam æternam; ergo in euentu, qui possibilis est, non prædestinatus saluaretur; hoc autem absurdum esse constat ex his, quæ disputauimus contra Catherinū disput. 34. cap. 1.

Satisfactio.

Respondeo, concedendo, hominem illum in eo euentu consequitur vitam æternam, negando non fore prædestinatum alia prædestinatione ab hac, quam credimus statutam

esse, quæ initium habet ab speciali illa electione ante merita, cuius naturam explicauimus disp. 23. cap. 13. Foret ergo prædestinatus ea prædestinatione, quam constituunt modo, qui negant omnem specialem electionem antecedentem merita. Aduerte vero, argumentum tantum probare posse quidem; illum hominem auxiliū sufficienti instructum consequi vitam æternam, quod nullus negat; non autem probare, eam consequatur, maxime cum præcisa iam a Deo sit negatio consequutionis

51

Demum: quoad prædestinatum ex suppositione prædestinationis eodem modo vitandus est lapsus in verbis; nam, licet Deum committamus cum ea speciali electione, quæ discernit eum a reprobo, & cum voluntatibus largientibus seriem gratiarum congruarum; at quoniam ea specialis electio non est ex natura sua efficacis, & absoluta; sed æquivalenter expectans semper ex parte obiecti conditionem libertæ cooperationis; condemnari tamen potest nihil impediens hæc suppositione specialis electionis. At vero ex suppositione præsentis diuine, quæ affirmat, illum esse glorificandum, condemnari non potest. Hæc autem suppositio, ut dixi n. superiori est consequens. Vnde prædestinatus ex suppositione prædestinationis secundum omnia, quæ in illa antecedunt libertatem, potest condemnari, non autem secundum aliqua, quæ sunt in prædestinatione, & sunt sequentia, seu suppositiones sequentes: hoc vero nihil obstat.

An prædestinatus exponatur cum ea speciali electione, quæ discernit eum a reprobo, & cum voluntatibus largientibus seriem gratiarum congruarum; at quoniam ea specialis electio non est ex natura sua efficacis, & absoluta; sed æquivalenter expectans semper ex parte obiecti conditionem libertæ cooperationis; condemnari tamen potest nihil impediens hæc suppositione specialis electionis.

Caput VIII. Quid sit induratio, & an Deus eius causa.

52 Error Caluini Ad Rom. 9.



ALVINVS ex verbis Pauli Epistolæ ad Romanos cap. 9. versu 18. ibi: ergo, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Impie deduxit horrendum suū dogma; nimirum, reprobos ante omnem præuisionem operū, & demeritorum destinasse ad poenas æternas tanquam ad finem, atque ex hoc fine manasse lapsus omnes, atque peccata, atque obdurationem, & execrationem, indeque blasphemiam impietate Deum fecit auctorem peccatorum, atque obdurationis. Is error damnatur in Trident. sess. 6. can. 6. & in Araucano secundo can. 23. & in Valentino sub Lothario cap. 3. quem etiam bene refutat Pater Cornelius a Lapide in hunc locum Pauli. Qui etiam fuit articulus Augustino falso impositus, ut notauit Pater Vazquez disp. 95. cap. 10. Ego abstinere ab impugnatione huius erroris, quia Deum non esse auctorem peccati, atque obdurationis, in hoc sensu demonstrare solent Theologi prima secundæ q. 79. art. 1. Qua autem ratione verū sit,

Damnatus Concil. Trident.

Valentino P. Cornel.

P. Vazq.

Deum esse causam indurationis multipliciter explicio in sequentibus. Non omitam aduerte, fugiendam omnino esse sententiam adstruentem physicam prædeterminationem ad materiale peccati, vel hoc solo nomine, quod Deum facit potentia sua obdurantem, & impellentem ad peccatum, plus iusto dans Caluinis ac præcipue, quia qui ita opinantur, etiam dicunt; Deum ex decreto excludendi a Regno reprobam ante præuisionem peccati, intendens finem exclusionis, eligere ferreæ prædeterminationem adigentem voluntatem ad actum malum, cum quo essentialiter conexa est malicia. ecce est causa obdurationis, (quid enim magis adamantinum physica prædeterminatione) & hoc ex destinatione irrefragabili Dei reprobi ad ignes æternos. Ego non assequor in quantum ratione differat is modus reprobandi, ab eo, quod omnes catholici impugnant nostro seculo, quia Deus impellet ad peccatum propter destinationem reprobi ad æterna supplicia ante vlla demerita. Hæc ergo sententia

Prædeterminatione ad materiale peccati nimirum fauet huic errori.

rentia ab omni pio Theologo reiicienda.

Pater Vazquez cap. illo 10. doctē declarat indurationem, & ait, bifariam sumi. Primum pro peccato, quo resistitur cuius vocationi Dei, aut pro eo peccato, quo diu, multumque vocati repugnamus. Secundo pro permissione, qua aliquis labi permittitur in primum peccatū, aut qua per multum tempus in eo peccato finitur perseverare. Obdurationis hoc posteriori modo, ait, Deum esse causam; non vero priori modo. Tum pro hac diuisione obdurationis, tū pro assertione allegat Scholasticos, qui sequuntur Alexandrum prima parte q. 29. membro 4. & quinto, sanctum Thomam prima secunda quæst. 79. art. 3. Bonaventuram in primum distinctione 40. art. 3. quæstione prima, & secunda, Sotum lib. 1. de natura, & gratia cap. 18. & in quartum distinct. 15. quæst. 1. art. 1. Canum secundo de locis cap. 4. & septimo, Roffensem art. 36. contra Lutherū, Driedonem de concordia lib. arbitrij cap. 1. & ultimo ad quartum.

Antequam iudicium meum proferam de assertione. Noto primo, in diuisione illa indurationis, nec primum peccatum, quo resistimus vocanti Deo, nec permissionem lapsus in primum peccatum obdurationem vlla ratione dici posse. Et, licet auctores allegati a Patre Vazquez duas tradiderint obdurationes; aliam voluntariam, obstinatamque permanentiā in malo, diuturno tempore comparatam frequentia malorum actuum, & intensione habituum viciorum aliam, quæ consistit in negatione auxiliōrum efficacium a Deo, vt iam declaro. At quod primum peccatum, quo repugnamus vocanti, & permissio primi peccati sint induratio, nec auctores hi, quos attente legi, docuerunt, imo oppositum, nec defendi potest, equibus Sotus expresse loquitur, & sic ait: *veruntamen subdiderim, nec abs re forte, quod latius patet, permittere quam induratio, ita vt omnis induratio sit permissio, non tamen conuertatur; permittitur enim homo cadere in primum peccatum; at non ita proprie dicitur indurari.* Porro, Sanctus Thomas quoties de hac re loquitur, semper supponit, indurationem esse pœnam. Lege ipsum vbi a Patre Vazquez in corpore, & in solutione ad primum. Præterea, in caput 9. Epistolæ Pauli ad Romanos lect. 3. Vbi sic concludit: *quem vult indurat per suam iustitiam; quia illi, quos indurat hoc merentur, vt indurentur ab ipso.* Porro, Bonaventura in resolutione primæ illius quæst. post diuisam obdurationem in pœnam, & in culpam, ex qua diuisione manifeste fit, primam peccati permissionem nequaquam dici posse indurationem, sic scribit. *Obduratio, vt dicitur in habilitatem ad impressionem gratiæ, pœna est culpam insequens;*

*vt vero dicit stabilitatem in peccato dispositio est peccati precedentis.* Idem docet in resolutione secundæ quæstionis. Alexander etiam in membro quarto pariter diuidit excarnationem in culpam, & pœnam, & subsumit, vt est pœna esse a Deo iustissime propter culpas precedentes: ergo permissio primi peccati non est obduratio secundum Alexandrum. Driedo etiam de captiuitate, & redemptione generis humani tract. 5. cap. 4. Hæc habet verba in Epilogo. *Supra eos, qui differunt conuerti de die in diem, ita impendit sui regiminis moderamina, vt quia sæpius vocati venire contemnunt, inolita consuetudine putrescentes in scelere non corriguntur in fine.* Ecce ponit obdurationem vltimam, quam vocat non correctionem post dilatā penitentiam, & aliquā in peccatis permanentiā, & in c. illo 1. de concordia lib. arb. oppositum plane supponit ei, quod asseruit P. Vazq. pariterque in vlt. cap. in responsione ad 4. Vbi totus est indefendenda libertate induratorum, vt in Pharaone, de qua re agimus nos disp. sequenti cap. 4. Eandem doctrinam docent Canus, atque Roffensis, & ea quidem est expressa Sæcti Augustini sermone 88. de Pharaone. Vbi elegantissime disputat, atque suam sententiam de obduratione quid sit, expresse pronunciat his verbis, quæ nobis ad dicenda non modicam afferunt lucem. *Quoties audimus; fratres, charissimi mi legi cor Pharaonis induratum esse a Deo non solum laicis; sed etiam clericis solet scrupulus generari. Dicunt enim aliqui intra se cur iniquitas illa imputatur Pharaoni, cum Dominus cor eius indurasse referatur. De hac quoque re immūdisimi Manichæi sacrilogo furore scripturas veteris testamenti reprehendere solent. Rogo itaque vos, fratres charissimi, vt diligenter attendatis; nam breuiter volumus ostendere qualiter obdurationem illam debeatis accipere. Ac primo, quidem firmiter credendum est, quod numquam Deus hominem deserit, nisi prius ab eo deseratur, qui etiam diu expectat peccatorem, vt conuertatur, & viuat. Cum vero in peccatis suis permanet, ex multitudine peccatorum nascitur desperatio: ex desperatione autē obduratio generatur. Primum, enim homines despiciunt peccata sua, quæ parua videntur, crescentibus minutis peccatis adduntur crimina, & cumulum faciunt & demergunt, quod vbi factum est impletur, quod dictū est Proverbiorum 18. peccator cum venerit in profundum malorum contemnit. Obduratio itaque non Dei potentia compellente efficitur, sed Dei remissione vel indulgentia generatur; & ita Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia, credenda est obdurasse; quoties igitur Dominus dixit: ego indurabo cor Pharaonis, non aliud intelligi voluit, nisi ego suspēdam plagas meas, & flagella; vnde cum per indulgentiam meam obdurari per-*

*permittam. Sed forte aliqui dicāt: cur Deus parcendo illi fecit eum indurari; & cur ab eo flagella sua remouit? His ego securus respondeo: propterea id esse factum; quia Pharaon pro in gēti cumulo peccatorum suorum, non tamquam filius ad emendationem debuit corrigi; sed tamquam hostis permissus est indurari; hæc Augustinus. Spero, non fore molestum lectori hæc legisse, quæ non tam transcripsi, vt ostendam, quod sæpe asseruit Augustinus, permissionem primi peccati non esse indurationem, quam vt expressam Augustini mentem ob oculis nobis proponamus, quæ nobis ducatum præstet in infra dicendis. Huius etiam rei optima confirmatio sumitur ex Paulo ad Romanos primo versu 25. ibi: *commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturae potius, quæ creatori: propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie.* Hæc verba scribit Paulus describens peccata gentium, quæ idola vana, vmbatica, & mēdacia, vt Deos coluerūt. Quæ propter Deus illos indurauit tradens in libidines pudendas, & contra naturam, & ibi etiā propter quod tradidit illos Deus in reprobam sensum: hoc est, in cæcam, & peruersam mentem, quæ probat non probanda, & improbat probanda. His Paulus non antea asseruit, a Deo traditos in passionem ignominie, & desideria cordis peruersi (quibus significatur exæcatio, & obduratio eorum) quam ipsi enormia peccata commisissent, ex quibus ortum habuit, vt Deum non sicut Deum colerent, & mutarent gloriam in corruptibilem Dei in similitudinem imaginis volūcrum, quadrupedum, & serpentum. Id confirmant exempla Pharaonis, & aliorum obdurationum, de quibus mentio fit in sacra Scriptura, vt late prosequor disp. sequenti cap. 4. Qui nūquam dicuntur obdurati propter permissionem, aut cōmissionem priorum peccatorum; sed post in gentem quātitatē, & grauitatem eorum patratam. Vnde Pater Molina prima parte articulo 4. & quinto optime ait; obdurationem esse post commissā peccata, & præuisa, & confirmat ex Paulo ad Rom. 2. ibi: *secundum duritiam tuam, & impœnitens cor.* Et ex hoc infert, non dici peccatorem obdurari, cum primo peccat, & licet post primum lapsum immediate decederet aliquis de vita, eum non mori induratum. Et, vt verum fatear, nec in Scriptura, nec in Patribus, nec in Doctoribus Scholasticis est, vel leue fundamentum ad asserendum permissionem, & cōmissionem primi peccati indurationem esse: imo omnes vno ore vel ex ipso nomine indurationis oppositum semper subsumunt. Quapropter nescio, quæ ratione Pater Vazquez indurationem extenderit ad primam peccati permissionem, & cōmissionem.*

Sed obijcies verba illa Pauli. *Deus, cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* Ergo sicut ad diuinam illam misericordiam nihil supponitur, nisi miseria, & indigentia ex parte hominis: ita ad indurationem. Ergo hæc incipiet a prima peccati permissione, & cōmissione. Et hanc fuisse mentem Pauli, confirmare videtur exemplum figuli, quo vtitur. Nam; vt figurus ex vna massa vniiformiter disposita, vasa vna efigit in vsus honestos, alia in contumeliosos, ex sola artificis voluntate: ita sola voluntas diuina in vna hominum massa, aliorum miseretur, eos destinans ad gloriam; alios indurat, eos destinans ad pœnas.

Respondeo capite septimo n. 47. & 48. Iam a me explicatum esse hunc locum, in quo indurare est, non misereri. Nam a Paulo hic vsurpantur indurari, & misereri, vt inter se opposita; misereri autem, & non misereri opponuntur. Porro, iam dixi, reprobationem positiuam contineri in his verbis secundum communem sententiam: at reprobatio positiuā supponit peccata, vt constat ex capite 3. Demum hæc verba vera sunt comparatione duorum hominum, qui æqualia peccata commiserunt. Exemplum est in Pharaone, & Nabuchodonosore, quos considerat Augustinus lib. de prædestinatione, & gratia cap. 15. in eodem gradu malitiae. Cum ergo Nabuchodonosor conuersus fuerit ad Deum per penitentiam, & Pharaon induratus, interierit optime dicitur de his: *Deus, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, sine causa ex parte eius, cuius miseretur, nisi ipsa miseria, non sine causa ex parte eius, quem indurat. Nā habet peccata, quæ sunt causa meritoria: at sine peculiari causa comparatiue ad eum, cuius miseretur.*

Ad confirmationem ex figuli exemplo, cōponentis argillam in varios vsus, respōdeo eodem modo; nam Paulus supponit homines in varia peccata propria sponte prolapsos. Et, licet eis non neget auxilia omnia, negat tamen ea, quibus præuenerat conuertendos, reprobis induratis propter peccata, ibi enim ait; Deum sustinuisse in multa patientia vasa iræ apta in interitum. *Vasa iræ* appellantur homines pleni peccatis, quos Deus expectat, vt conuertantur; nec vero analogia, qua Paulus Deum per figulum significat, & homines per lutum, innuit, homines peccato mundatos Deum efficere vasa in contumeliam per indurationem: imo illa comparatio cum luto immunditiam peccatorum nobis significat. Ait ergo Paulus, vt artifex sine vlla occasione querimonie ex argilla efigi quædam vasa in honorem, & quædam in contumeliam: ita Deus ex hominibus, vt ex massa conspersa peccato originali, & alijs actualibus format vasa quædam in honorem per

53  
P. Vazq.  
Quid indu  
ratio.

Alexand.  
S. Thom.  
S. Bonauent.

Sotus.

Canus.  
Roffensis.  
Driedo.

Nec pri  
mum pec  
catum nec  
permissio  
eius, est in  
duratio.

August.

Ad Rom. 1.  
Explana  
tus Paul.  
ad Rom. 1.  
versu 25.

Ad Rom. 2.

Nec Pa  
tres, nec  
scholastici  
induratio  
nem intel  
ligūt prop  
ter primū  
peccatū.

54  
Obiectio.

Confirma  
tio.

Satisfac  
tio.

August.

Ad confir  
mat.

per misericordem auxiliorum efficacium elar- gitionem: alia incontumeliam per eorumdem iustissimam denegationem sine alicuius iniuria. Maneat igitur statutum, indurationem in quocumque membro, quo ipsam diuisimus in principio huius capituli essentialiter suppone- re peccata multa.

*Qua ratio ne Deus causa ob- duratio- nis.*  
Solum restat secunda pars declaranda; ni- mirum qua ratione Deus dici possit causa ob- durationis. Atque in primis quidam Theolo- gi præter indurationem, quæ consistit in nega- tione auxiliorum efficacium, cuius Deus est causa priuatiua aiunt; aliã esse, quæ addit ad hãc negationem reuelationem alicui factam de de- creto Dei negante ea auxilia; quemadmodum confirmatio in gratia ad continuam elargitio- nem auxiliorum efficacium addit promissionẽ eorumdem reuelatam a Deo. Verum non pro- batur mihi hęc ratio indurationis, sicut nec probata fuit illa ratio confirmationis in gra- tia disp. 24. cap. 3. in quo re tractauit satis pro- lixe; propterea, quod sine firmo fundamento affirmari vidimus, confirmationem in gratia si- tam esse in ea reuelatione. Multo ergo debilius fundari poterit, obdurationem consistere in re- uelatione, negandi auxilia efficacia.

*56*  
*Ipsum pec- catum est durities.*  
Pro rei declaratione obserua, duritiẽ esse ip- sum peccatũ, quo resistimus Deo vocanti. Ob- durationem vero esse causam peccati, siue ea concipiatur per modum principij influentis, seu per modum viã, & influxus. Ex quo fit, pro- prie loquendo, vt liberum arbitrium est cau- sa per se, & directa peccati ab ipso esse duri- tiem, tamquam a principio proprio: non vero a Deo, qui vt non est causa peccati: ita non est obdurans. Hoc significatur in sacra Scriptura, cum ingrauatio cordis magis tribuitur libero arbitrio obdurati, quã Deo. Ira habetur Exo- di cap. 5. vers. 15. *Videns, ait, Pharaon, quod data esset requies in grauaui cor suum.* Ecce obdu- ratio directe tribuitur operationi Pharaonis. Et cap. 9. versu 34. *Videns, inquit, Pharaon; quod cessasset pluuia, auxit peccatũ, & ingrauatũ est cor eius, id est, vt habetur in Hebræo aggrauauit ipse cor suũ, quod cõsonat cũ eo, quod dixerat, auxit peccatum: causa vero augmẽti peccatorũ liberum arbitrium est.* Vnde quoties noster interpres in Exodo vertit *ingrauatũ est cor:* tu intellige, *voluntas Pharaonis ingrauaui se cor.* Hoc notat Pater Cornelius in caput 9. Epistolæ ad Romanos versu 18. n. 87. Vnde cum Christus Dominus apud Ioannem c. 12. dixisset: *excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & Isai. c. 6. cõtinuo subiungit oculos suos cluaserunt.* Vt denotaret illam cordis excz- cationem, & aurium aggrauationem esse opus liberi arbitrij: ita etiam docuit eleganter Au- gustinus lib. de Gratia, & libero arbitrio cap.

P. Cornel.  
Ioan. 12.  
Auguſt.

23. his verbis: *nec ideo auferatis à Pharaone li- berum arbitrium; quia multis locis dicit Deus, ego indurauit Pharaonem, vel indurabo cor Pha- raonis: non enim propterea ipse Pharaon non in- durauit cor suum; nam, & hoc de illo legitur quã do ablata est ab Ægyptijs Synonyma dicente Scriptura sacra; & in grauaui Pharaon cor suũ, & in isto tempore noluit dimmittere populũ, ac per hoc, & Deus indurauit per iustum iudicium, & ipse Pharaon per liberum arbitriũ. Ergo cau- sa propria, & positiua indurationis, seu durici ei liberum arbitrium obdurati est, non Deus.*

Obserua secundo: Deum solũ negatiue, seu permissiue dici obdurare per negationem au- xiliorum efficacium, propterea quod, licet lo- gice infallibiliter se quatur peccatum ex ea ne- gatione: at Deus non est causa positiua pecca- ti per ipsam. Imo si rem attente consideres, tũc etiam, cum negat auxilia efficacia, proprie, & positiue dicitur Deus emolians cor durũ; quã do tunc etiam infundit illustrationes intelle- tus sufficientes oppositas excæcationi, & pijs affectiones voluntatis oppositas obdurationi cordis. Nihilominus ea negatio auxilij effica- cis appellatur in sacra Scriptura obduratio a Deo facta. Duplici causa. Prima; quia, cũ Deus posset eligere auxilium efficax, quo cor emo- lietur, sciens, & prudens eligit sufficiens, quo numquam emolitur; ac propterea secundum comunẽ hominum estimationẽ, & loquun- tionem, cui se accomodat sacra Scriptura, per inde se habet, ac si potentia sua, atque positiue hominem induraret. Itaque voluntas negandi auxilium, quod est efficax praxisse sumptã nõ est induratio permissiua, sed adiuncta præsci- tia conditionata, qua, cum cognoscat Deus au- xilium illud fore efficax ad emolendum, non tamen eligit in pœnam peccatorum præcedẽ- tium. Secunda; quia ipsum auxilium efficax cõ- plectitur illustrationem tenentem se ex parte intellectus, & piã inspirationẽ tenentem se ex parte voluntatis, quod varijs nominibus nu- cupatur ab Augustino secreta, & alta vocatiõ in Epistola 107. certa scientia lib. 2. de pecca- torum meritis cap. 19. *Victrix delectatio, & suauitas cap. 27. Visorum suasio lib. de spitu- tu, & littera cap. 4. lib. de gratia Christi cap. 14.* doctrina, quã audimus, & discimus a Patre. Mit- to alia, quia sunt extra rem nostram. Vnde etiã obduratio, quæ est opposita auxilio efficaci varijs nominibus significatur in sacra Scriptu- ra: alijs spectantibus ad intellectum, vt exczca- tio, quæ opponitur visui: aggrauatio aurium: quæ auditui. Vt Isaiã 6. & Zachariã 7. quæ sig- nificat obdurationem, vt pertinet ad intellec- tum; quia his duabus potentijs fungimur, cum doctrinam comparamus. Appellatur etiam re- probus sensus, error, &c. Vt vidimus n. 53. & obduratio

57  
Deus ob- durat permi- ssiue.  
58  
Deus an po- ssit ob- durare.  
Ad Rom. 10.  
Deuter. 32. cap. 14.  
Auguſt.  
Hail. Zachar.

obduratio cordis, quæ ad voluntatem perti- net, in quantum significat obstinatum affectum in peccatum propter quem Deo vocanti re- pugnamus. Quia ergo Deus volũtarie nõ im- mittit secretam, & altam vocationem, dicitur aggrauare aures, ne audiatur; quia non infundit certam scientiam, atque doctrinam, quam au- dimus, & discimus a Patre. Nec visorum suasio nem dicitur excæcare oculos, vt non videant, quæ agenda sunt. Demum; quia non infundit voluntati victricem delectationem, & suau- tatem, dicitur, illam obdurare in obstinato af- fectu. Ecce, qua ratione negatio auxilij efficacis dicitur obduratio permissiua.

Obserua tertio: etiam dici positiue obdura- re, & excæcare, cum Deus præbet peccatori- bus opportunas occasiones peccandi, non eo fine, vt peccent: imo, vt tentationi oblata re- sistant, sciens tamen peccatores sua malitia eis abusuros in malum. Hoc significauit Paul ad Roman. 10. *Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in irã vos mittã.* Quod solum occasionaliter accipiendũ est: nam loquitur ad Iudæos, qui ex misericor- dia gentibus collata arserunt inuidia. Cum ta- men illud opus eximit misericordiz affectus bonos exciter, alludit Paul ad dictum Moysis. c. 32. Deuteronomij. *Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanita- tibus suis, & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos, hoc est, vt Iudæi ad hæserunt non Deo; nimirum vanis idolis, qua causa me irritauerunt, vt ego etiam adhærerem non populo, hoc est gentibus de- ditis idolatriæ, vt ergo me derelinquendo ve- rum Deum prouocauerunt ad iram. Ita, cum ego eos relinquam, & nõ populum, populum meũ faciã, quẽ ipsi stultũ putãt excipiẽdo gẽ- tes barbaras, vitijs cacas, insipientes; quia me ignoant prouocabo eos ad irã, & inuidiã, quo sensu dixit Sapiens c. 14. *Quoniam creatura Dei odium facta sunt, & in tentatione animabus ho- minum, & in mœcipulam pedibus insipientium.**

Quarto obserua, etiam dici Deum obdura- re, cum Deus subtrahit, & suspendit flagella, atque supplicia, quæ Pharaonem moliebant; quia his cessantibus ipse mox ad pristinam duri- tiem redijt: nam ranis ebullientibus vexatus Pharaon ingemiscẽs dixit ad Moysẽ, & Aarõ. *Orate Dominum, vt auferat ranas a me, & a po- pulo meo, & dimmittã populum.* Deinde ranis ad preces Moysis sublatis, ait, *Scriptura capi- te illo 8. Exodi. Videns, quod data esset requies, in grauaui cor suum, & non dimmisit populũ, si- cut præceperat ei Dominus. In super afflicus Cy- niphis, muscisque importunis Pharaon ad Moy- sen dixit: rogate Dominum pro me, vt recedãt Cyniphes, & muscæ? At vero eis sublatis rur- sus, inquit, Scriptura, *Auxit sibi peccatũ, & in grauatũ est cor eius, vt non dimmitteret populũ.* Idem contingit, cũ postea ea percussus fuit pe- sibus, tonitruis, & grandinibus: nam, cũ cessa- runt, ingrauaui sibi cor. Hunc etiam modum indurandi expressit Augustinus in duobus te- stimonijs a me relatis: altero ex sermone 88. al- tero ex libro de Gratia, & libero arbitrio cap. 23. Et omnes Theologi, quos ego legi, & su- pra allegaui, id notarunt.*

Quinto obserua, positiue etiam Deum indur- rare cor per ipsa flagella, sicut puer peruecat dicitur flagellis obdurari, & magis peruecatẽ effici; quia per flagella, quibus moliri deberet, magis obstinate persistit in praua consuetudi- ne. Hoc etiã videtur expressam in Exodo cap. 7. Nam postquam Dominus dixit: *ego indura- bo cor Pharaonis, adiecit continuo modum indurationis: multiplicabo, ait, signa, & porten- ta mea in terra Ægyptij, & non audiet vos: scio, quod non dimmittet vos Pharaon, vt eatis, nisi per manũ validam.* Insuper plagis percussus, aquis videlicet mutatis in sanguinẽ, auertit se Pharaon, nec apposuit cor suũ ad ea, quæ Moyses predica- bat. Ecce habes quinque modos, quibus obdura- tio in catholico, & vero sensu Deo tribuitur, quatuor positiuos: vnum permissiuum, seu ne- gatiuum.

Exod. 8.  
Exod. 7.  
Quinqm- di quibus, obduratio Deo tribuitur.

# DISPV TATIO TRIGESIMA QVARTA.

## DE EFFECTIBVS REPROBATIONIS.

### Distincta capitibus 8.

Caput 1. Quatuor condiciones omnis effectus reprobationis:

Caput 2. Mors in statu peccati aliquando est effectus reprobationis, aliquando nõ.

Caput 3. Permissio primi peccati non est effectus reprobationis; alia autem permissio a prima effectus esse possunt.

Caput 4. Nulli adulto reprobo, quantumvis indurato negat Deus auxilium sufficiens.

Caput 5. Non confertur auxilium sufficiens singulis momentis.

Caput 6. Semper adest auxilium sufficiens, cum vrget tentatio, cum præceptum, cum necessarium est ad vitandum nouum peccatum.

Caput 7. De mente Augustini, & Prosperi in quaestione; an obduratis adultis negetur auxilium sufficiens.

Caput 8. Obiecta, quæ restant diluo, & quid sit peccatum ad mortem.

Caput I. Quatuor conditiones omnis effectus reprobationis.

I Quatuor conditiones effectus reprobationis.



Aliquid sit effectus reprobationis, quatuor conditiones habere debet proportionatas eis, quas habent omnes effectus prædestinationis, de quibus disput. 30. cap.

1. Prima, quod sit effectus procedens a Deo per prouidentiam reprobatiuam. Itaque ad hanc conditionem non sufficit, quod Deum habeat, ut cum que causam, aut per prouidentiam communem prædestinationi, & reprobationi; sed per specialem reprobantem. Secunda conditio; quod coniungatur infallibiliter cum ultimo effectus reprobationis, videlicet cum damnatione: secundum hanc conditionem dicemus cap. 2. Mortem in statu peccati mortalis aliquando esse effectum, & cap. 3. permissioem ultimi peccati mortalis esse posse effectum. Tertia conditio est: quod respiciat ipsum reprobum, ut causam demeritoriam, ut diximus disp. superiori cap. 2. & tertio. Sicut ergo omnis prædestinationis effectus respicit Christum, ut primam causam meritoriam secundum dicta a nobis disp. 29. cap. 1. & disp. 30. cap. etiam primo: ita omnis reprobationis effectus respicit ipsum reprobatum, ut causam demeritoriam. Quarta denique: quod procedat ex affectu puniendi hominem, idque in gloriam diuinæ iustitiæ vindictiue. Hæc quarta conditio in rigore in prima continetur; sed expressioris doctrinæ gratia a nobis traditur. Hæc etiam conditio similis est ei, quæ competit effectibus prædestinationis: nimirum quod procedant ex speciali electione gloriæ prædestina-

torum propria, cuius naturam explicui disp. 23. cap. 13.

Quatuor hæc conditiones, ut norma dicendorum in hac disput. ante oculos habenda. Ex his fit primo, peccatum non esse reprobationis effectum; quia non habet Deum causam, nec etiam permanentiam voluntariam in peccato propter eandem rationem. Ira Theologi omnes sibi controuersia cum Magistro in primo distinctione 4. & cum Sancto Thoma in hoc articulo 3. Ex quo nota discrimen inter prædestinationem, & reprobationem, quod illa quoad primum effectum nullam habet causam ex parte prædestinati; hæc habet.

Fit secundo, peccatum condonatum, atque omnino per gratiam extinctum, siue originale, siue actuale sit, non esse causam reprobationis: nam & si illud Deus pœna temporali possit punire, quando omnis remissa non est; non tamen æterna eo, quod peccatum non reuiuiscit, & si iterum homo in similia labatur, imo disp. superiore cap. 3. docui, permissioem secundi peccati non posse esse pœnam primam condonati contra aliquos recentiores Theologos, inter quos est Pater Suarez 1. p. lib. 5. de reprobatione cap. 3.

Fit tertio, exclusionem paruulorum a gloria, & mancipationem adultorum ad æterna supplicia, esse effectum reprobationis: pariter, ut consequutio gloriæ in prædestinatis est effectus prædestinationis, ut docui disp. 30. cap. 4. Hæc sine controuersia sunt, procedamus ad controuersia.

Caput

Caput I I. Mors in statu peccati aliquando est effectus reprobationis, aliquando non.

5 Mors in mortali est in potest, & aliquando est effectus.



DE morte in statu peccati mortalis cenfeo primo, & esse posse effectum reprobationis, & aliquando esse; nam si Deus propter vltimum peccatum mortale commissum ferre vult sententiam vltimæ damnationis, & ex intentione hominem puniendi in æternam incipit infligere pœnam priuatione vitæ corporalis, atque vindictam sumere: non dubito tunc eam mortem fore reprobationis effectum. Id constat ex quatuor conditionibus, quas cap. 1. explanauimus. Imo rem ita contingit multis peccatoribus, constat ex pluribus exemplis in sacra Scriptura. Vnum habes Numerorum cap. 16. *ibi diruta est terra sub pedibus Dathan, & Abiron, & Coræ, & apertis os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui in infernum opperti humo, & perierunt de medio multitudinis.* Duas etiam alias mortes habes a Deo infligatas in actis Apostolorum cap. 5. alteram Annaniam, alteram Saphiram, propterea quod mentiti sunt Spiritui sancto, & fraudauerunt de pretio agri. Mitto alias, quæ frequentissimæ sunt in historijs. Quando vero Deus morte temporali punit reprobum existentem in peccato mortali, solet eum tradere Dæmonibus, ut ministris suis iustitiæ, & occiditur homo violenter morte præueniente causas naturales, ergo in his euentibus verosimile est mortem temporalem esse reprobationis effectum. Nec obstat eum hominem in spatio vitæ, quod restabat post peccatum commissum, posse panitere: primo; quia si Deus nouit eum non acturum penitentiam, potest incipere vindictam ab hac vita a momento a se præordinato. Secundo, quia, & si ei reprobo restarent aliquot anni viuendi relicto naturalis causam cursu: potest Deus ad breues dies spatium vitæ eius redigere, & de facto sæpe ita fecisse credo, atque incipere punitionem.

Sumor. 16

Adrian. 5.

Peccatum non est effectus reprobationis. Magister D. Thom.

Peccatum condonatum non est causa reprobationis.

P. Sum.

Exclusio gloriæ, & mancipatione ad æterna supplicia non procedunt a peccato eius.

6 Regulariter non est effectus.

puniendi, quando ipsa non est peccatum, sed ut conditio præsupposita necessario ad ferendum illud iudicium. Cum ergo mors contingit ex causis naturalibus, & ordinarijs, crediderim, non esse reprobationis effectum; nam ut prædestinationis effectus originem trahere debet ex speciali, & gratiosa voluntate prædestinatum gloria afficiendi: ita effectus reprobationis procedere debet ex æquali affectu puniendi hominem damnatione æterna. Nec enim quæcumque pœna homini infligata a Deo est reprobationis effectus: imo sæpe esse solet prædestinationis, ut cum procedit ex illis speciali affectu gloria donandi. Et quem admodum dona naturalia, ut mentis perspicacia, orationis venustas, & partium corporis, & robusta valerudo, atque diuitiæ, solent esse principia peccatorum superbiæ, & intemperantiæ, & aliorum, quæ demum sunt causa reprobationis: non tamen dona illa sunt effectus; quia non processerunt ex affectu puniendi: ita pariter plura mala pœnæ, ut mors de qua loquimur, coniuncta cum peccato mortali, non est effectus reprobationis, licet sit conditio sine qua non; quia Deus secundum ordinariam prouidentiam non fert iudicium illud, nec habet decretum puniendi usque præuideat peccatum coniunctum cum morte.

Confirmo hoc; quia pœna infligata ex affectu communi saluandi, & conuertendi ipsum reprobum, nec est effectus prædestinationis, nec reprobationis: sed communis prouidentitiæ. Ergo ad hoc, ut mors peccatoris sit effectus reprobationis, procedere debet ex affectu eum æterne puniendi. Quando vero ante hunc affectum contingit mors, & per ipsam completur ratio peccati finalis, quæ requiritur ad iudicium reprobatiuum, non est reprobationis effectus. Et hoc modo credo contingere mortes ordinarias a causis naturalibus, & etiam a violentis casualibus, nisi cum signum aliquod speciale intercedit, quod nobis significet specialem aliquam prouidentiam.

Sed obijciat aliquis, mortem illam naturalem imminentem a Deo præuisam, ut non impeditam per gratiam esse quidem reprobationis effectum, sicut diximus disp. 30. cap. 5. impedimentum mortis prædestinati in peccato mortali imminentis esse effectum prædestinationis. Respondeo, obiectionem tantum probare, eam mortem etiam procedentem ex causis naturalibus esse posse effectum reprobationis; si namque Deus ex affectu puniendi peccato-

7 Obiectio.

Satisfactio.

rem omittat impedimentum mortis, quam praudivit coniungendam cum peccato mortali eo cooperetur cum causis naturalibus ex eodem affectu directis in interitum; erit sane tunc mors effectus. Non tamen conuincit obiectio de facto semper esse effectum, quoniam nihil est in Deo, quod ipsum cogat ad omittendum impedimentum ex affectu puniendi, cum ob alios plures fines possit non apponere impedimentum; exempli gratia, ne inuerrat rerum naturalium cursum, & etiam vt aliquis predestinatus erigatur ab statu peccati, propter mortem illius amici. Tunc ergo ea mors non erit effectus; quia non procedit ex affectu puniendi.

Caput I I I. Permissio primi peccati non est effectus reprobationis alia autem permissiones a prima, effectus esse possunt.

9 Permissio primi peccati non est effectus.

**H**VCVSQVE loquuti sumus de iudicio, & voluntate Dei reprobante a gloria. In hoc capite de voluntate reprobante a gratia, atque ipsa gratia priuatione, quae inueniuntur in permissione peccati, in qua re nobis indubitatum esse debet, nullam permissionem primi peccati esse effectum reprobationis: id quod satis constat ex dictis disp. superiori fere per totam, ac maxime capite secundo, & tertio, cuius ratio generalis est; quia permissio primi peccati non potest procedere ex affectu puniendi in ostensionem iustitiae; quia ante primum peccatum non est materia iustitiae in homine, nec dignitas poenae; at qui omnis effectus reprobationis procedere debet ex affectu puniendi, vt apud omnes in confesso est. Ergo secundum nostram doctrinam manifestum est, permissionem primi peccati nequaquam esse posse effectum reprobationis.

10 Alia permissiones an sint effectus.

De alijs autem permissionibus a prima maior dubitatio est, an ne esse possint effectus reprobationis posituæ, in qua solum locum habet: nã esse effectus reprobationis, quã vocant negatiuam extra dubiũ, & cõtrouersã est. Aduerte in primis, nec in Angelis, nec in paruulis reprobis locum esse huic dubitationi; quia in vtrifq; vnica fuit permissio, peccatũ vnicũ. Pater Suarez prima parte lib. 5. de reprobatione capite septimo, sequitur partem negantẽ. Mouetur, quia permissio secundæ culpæ nõ potest esse ex intentione damnãdi. Ergo nõ est effectus reprobationis, consequentia bona est, antecedens probat; quia intentio damnãdi est post iudiciũ vltimi peccati præsciti, & dignitatis reprobis vt cõdemnetur: sed hoc iudicium fertur a Deo post permissionem secundæ culpæ, ni-

P. Suar. Sententia negans.

Demum aduerte, id, quod supra insinuauimus: nimirum mortem reprobis dupliciter contingere posse: primo: ita vt ipsa sit peccatum morientis, vt si animaduertens mortem esse proximam, & se teneri ad expellendum peccatum, aut contritione, aut Sacramento poenitentiae, si commode potest suscipere, nihilominus omittit, tunc ipsa mors cõsummat peccatum grauissimum impoententiae finalis. Secundo, cum reprobis ille casu occiditur in mortali de repente, quin ei detur locus poenitentiae, cũ hoc secundo modo contingit mors, solum est conditio, sine qua non reprobationis: cum primo est etiam causa demeritoria cum reliquis peccatis.

mirũ post commissum vltimum peccatũ, atq; coniunctum cum morte. Ergo permissio secundæ culpæ non est ex intentione damnandi.

Confirmat, nã ad hoc, vt Deus habeat iudiciũ illud peccati finalis, atque dignitatis propter illud, & alia, vt reprobis excludatur a Regno, & adigatur æternis supplicijs: nõ sufficit prauideri a Deo ipsam permissionem secundæ peccati, in qua nõ est culpa, nec etiã prauideri primũ peccatũ cõmissum, nisi simul per scientiã absolutã videat, tale peccatũ nõ esse delendũ per poenitentiam, sed vel illud solum, vel cum alijs cõiungendum cũ vltimo vitæ termino. Ergo cũ prius prauideatur a Deo permissio secundæ peccati, quã finis reprobis, in primo peccato, vel cũ alijs, vel sine illis: nulla ratione permissio, quæ est antecedens ad illum statum, in quo Deus pronuntiare potest vltimam sententiam, est effectus reprobationis.

Nihilominus contraria sententia mihi probabilior est cum certis monitis, quæ animaduerto in sequentibus: ea vero. innititur duobus principijs. Primũ in doctrina Patrum, qui plane docent permissionem posteriorũ peccatorũ proficisci ex affectu iustitiæ in poenam priorum. Secundum principium est; ad hoc vt aliquid sit effectus reprobationis, necessarium non esse, vt procedat ex decreto efficaci puniendi. Hoc principium in nostra doctrina negari non potest; quoniam in effectibus predestinationis semper tuemur necessarium non esse, vt procedant ex electione efficaci ante merita: imo nec ex ea procedere posse, nec huiusmodi electionem efficacem esse fufedo cui disput. 23. per totam ac præcipue cap. 9. & 10. Vt ergo ad hoc, vt aliquid sit predestinationis effectus necessarium non est, vt procedat ex efficaci decreto, sed sufficit pro-

ter tam  
gu  
Præ  
ti.

II  
Sententia  
affirmam  
probabilior.

procedere ex speciali electione: ita etiam ad hoc, vt aliquid sit reprobationis effectus necessarium non est, vt procedat ex decreto efficaci damnandi; sed sufficit procedere ex affectu speciali iustitiæ vindicatiuæ, licet inefficaci.

12 Permissio nem posse- riorũ peccatorũ ex iustitia a Deo proficisci docet Aug. August.

Ad probandum primum principium plura possem depromere sanctorum Patrum testimonia, ac præcipue ex Augustino, ex quo solum peto duo; sed expressa. Primum ex lib. de predestinatione Sanctorum cap. 14. vbi ait: gratia datur ei, cui datur: iusto autem iudicio non datur ei, cui non datur. In his verbis expende primo, Augustinum vniuersaliter loqui de omni subiecto, cui negatur gratia ex iusto Dei iudicio. Expende secundo, necessario loqui de homine peccatore; nam, qui omni peccato liber est, dignus non est, cui negetur gratia ex iusto iudicio. Tunc sic: permissio peccati essentialiter continet negationem gratiæ efficaci; sed quotiescumq; negatur gratia per Augustinum, negatur ex iusto iudicio; ergo permissio secundæ peccati, atque ceterorum, cum primum condonatum nõ est, processit ex affectu iustitiæ punitiue, iuxta hoc Augustini asserunt. Secundum est de dono perseuerantiæ cap. 8. Vbi proponit Augustinus: si Deus gratiam suam confert non secundum merita nostra, sed secundum misericordiam suam: quare non omnibus confert? respondet: Quoniam Deus iudex iustus est, ac per hoc, & gratis ab eo datur gratia, & iusto eius in alijs iudicio demonstratur quid eis, quibus datur, conferat gratia. Et post pauca. Qui ergo liberatur, gratiam diligat, qui non liberatur, debitum agnoscat. In his etiam verbis tam euidenter docet Augustinus, negationem gratiæ efficaci homini peccato maculato procedere ex iustitia, vt de mente eius in hac parte dubitare fas non sit. Hoc vero admisso: nimirum ex affectu iustitiæ vindicatiuæ Deum negare gratiam congruam in peccato existenti; statim inducemus, ipsam negare ex affectu excludendi a Regno, & vt splendeat diuina iustitia.

August.

13 Idem Prosper.

Prosper fidelis Augustini discipulus in responsione ad capitula Gallorum cap. 3. sic scribit. Sed ideo predestinati non sunt, qui a tales futuri ex voluntaria prauaricatione præsciti sunt. Pro intelligentia horum verborum observa illud non predestinati dupliciter intelligi posse. Primo, pro voluntate posituæ reprobandi. Secundo, & forte proprius secundum phrasim Augustini pro voluntate non congrue vocandi; nam, vt predestinatio est preparatio mediorum, quibus predestinatus liberatur ex Augustino; ita non predestinatio, seu voluntas nõ predestinandi versatur circa media. Ergo secũ-

dum hanc secundã mentem horum verborum voluntas negans auxilia efficacia, quæ est permissio peccati, est propter prauaricationem voluntariam ante præscitam. Et cap. 7. Non est calumniandũ Deo: quare istis non dederit, quod alijs dedit; sed confuendum est, & misericorditer eum dedisse, quod dedit, & in se non dedisse, quod non dedit. Ergo cum peccatori negat auxilium efficacax ad fidem, spem, & dilectionem, & ad perseuerantiam in eis negat propter peccata.

Præterea, sic etiam intelligo difficilia, alias verba sancti Thomæ, quæ sæpe euolui in hoc capite tertio, vbi conferens predestinationem cum reprobatione ait. Reprobationem includere voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis poenam pro culpa. Hæc sententia sancti Thomæ in hac nostra appositũ habet intellectum. Nam si permissio posteriorum peccatorum est effectus reprobationis; non solum in essentia reprobationis includetur voluntas inferendi poenam damnationis pro culpa; sed etiam voluntas permittendi posteriora peccata; atq; adeo tota sententia sancti Thomæ verũ sensum habet. In his verbis offenderunt eius discipuli, & propter non penetratam mentem magistri defendunt illam tam duram sententiam de reprobatione posituã, si ne causa ex parte reprobis, quam seuerè impugnavi disp. superiori cap. 3. Vt etiã notavi c. 6. n. 38. & 39. Est etiam aliud clarum testimonium pro hac sententia, quod varie discipulorum glossulæ obscurarunt eiusdem sancti Thomæ in caput 9. Epistolæ ad Romanos lect. 3. vbi hæc scripsit verba: cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxij, quos Deus per suam gratiam liberat sola misericordia liberat, & sic quibusdam est misericors, quos liberat, quibusdam autem iustus, quos non liberat; neutris autem iniustus. Ecce in poenam peccati originalis non condonati asserit, aut paruulis decedentibus negari efficacem applicationem remedij, aut viris, cum peccato originali adolescentibus; auxilia efficacia ad illud delendum: & ne quis dicat, hanc partem de hominibus adultis prætermisissam fuisse a sancto Thoma; ad calcẽ eius lectionis mouens dubitationem; an obduratio diuinæ voluntati tribui possit, ita concludit: quem vult indurat per suam iustitiam, quia illi, quos indurat hoc merentur, vt induratur ab ipso. Tunc sic, induratio, quæ est a Deo, & vt est ab ipso, supponit peccata cõmissa, & consistit in voluntate non emolendi per auxilia efficacia, vt disput. superiori cap. 8. præcipue n. 57. visum est: ergo sanctus Thomas expresse affirmat, in reprobo obdurato negationem auxiliorũ efficacium esse ex affectu iustitiæ vindicatiuæ, propter priora peccata, sed neq; hoc necessariũ

Difficilis S. Thom. explicata. S. Thom.



erat, ut mentem sancti Thomae haberemus per  
spiciam: nam si paruulo in poenam originalis  
negatur efficax applicatio remedij ex iustitia,  
ut dixit in prioribus verbis, potiori iure sen-  
tit adulto in peccatis actualibus existenti negari  
propter illa auxilia efficacia; quippe prop-  
ter hæc, quia actualia sunt, adultus ea commit-  
tens, indignior est, cui dentur efficaces gratiæ.

14

*Idem pro-  
batur ra-  
tione opti-  
ma.*

Restat demonstrare, Deum huic reprobo,  
non solum permisit posteriora peccata in poenam  
priorum; sed etiam ex affectu illum puniendi  
aeterno supplicio. Hoc ostendo hac ratio-  
ne. Sumo Iudam reprobum maculatū prio-  
ribus peccatis; Deus per scientiam conditiona-  
tā cognoscit immediate post cognitionem prio-  
rum peccatorū, si eū reprobum per totū decur-  
sum suæ vitæ præueniat certis auxilijs sufficien-  
tibus pro statis a Deo temporibus distributis  
cum repugnaturum; atque peccata, quæ iam  
habet duratura usque ad finē vitæ; atque prop-  
terea eum repellendum à Regno cœlesti, &  
cruciantum æternæ; ac proinde ante decreta  
absoluta dandi ea auxilia sufficientia, præfuit  
in Deo ea scientia. Ergo in eo homine post  
priora peccata commissa præexistente in Deo  
hac scientia conditionali, proponitur volun-  
tati diuinæ honestas iustitiæ vindictiua; non  
solum permittendi peccata posteriora; sed  
etiam propter priora, quæ præfuit duratura  
sub ea conditione inferendi poenam damna-  
tionis æternæ. Probo hanc consequentiā,  
quia licet ante peccatum commissum, quod  
est materia essentialiter requisita, non possit  
Deus velle punire; at ante mortem præuisam  
existentem bene potest velle punire peccatum  
existens, si prævideatur mors futura sub con-  
ditione; quia hæc est tantum conditio neces-  
saria, ut ei obiecto insit honestas iustitiæ vin-  
dictiua; ad hoc autem ut Deus affectu hon-  
esto iustitiæ tendere possit in honestatem  
obiectiuam, necessarium non est, ut hæc exis-  
tat, aut absolute futura sit; sed sufficit, ut iam  
existente peccato, ut possibilis, seu ut futura  
sub conditione obijciatur menti diuinæ ut  
constat, tum in nostris actibus virtutum, tum  
in diuinis, tum in scientia, quæ hoc ipso, quod  
obiectum cognoscibile sit actu, cognoscit: ita  
voluntas actu appetit hoc ipso; quod obiec-  
tum honeste appetibile sit; quippe tam per-  
fecta est honestas voluntatis diuinæ, quæ scien-  
tia mentis.

*Permissio  
posteriorū  
peccatorū  
effectus re-  
probatio-  
nis.*

Hoc autem concessio negari non poterit,  
eam permissionem esse propriissime reproba-  
tionis effectum. Etenim ei competunt qua-  
tuor omnes conditiones explicatæ cap. pri-  
mo. Prima; quod est effectus procedens à Deo  
per prouidentiam reprobatiuam. Secunda,  
quod coniungatur infallibiliter cum ultimo

effectu reprobationis: videlicet cum damna-  
tione æterna. Tertia, quod respiciat ipsum re-  
probum, ut causam moralem demeritoriam.  
Quarta, denique: quod procedat ex affectu  
puniendi hominem in gloriam iustitiæ vindic-  
tatiuæ.

Hoc bene explicatur à simili in vocatione  
congrua prædestinati, quæ, cum perseverantia  
eius in gratia coniungitur, eam diximus esse  
effectum prædestinationis disp. 30. cap. 2. Quia  
procedit ex speciali electione gloriæ; quia  
cum hac infallibiliter coniungitur; quia super-  
naturalis est aliqua ratione; quia denique Chris-  
tum habet causam meritoriam. Ergo simili ra-  
tione ea permissio in casu nostræ sententiæ est  
effectus reprobationis.

Sed dicat aliquis, si Deus reprobo post ali-  
qua peccata commissa, permisit posteriora ex  
affectu puniendi: ergo permittit ex desiderio,  
ut eum morte coniungantur. Ergo homo ille  
ante commissa posteriora peccata est extra  
statum salutis. Probo hanc consequentiā: quia  
ante commissa posteriora peccata definita est  
causa suæ damnationis, & res iudicata.

Respondeo, concedendo antecedens, & pri-  
mam consequentiā, negando vero, illum ho-  
minem; dum viuit, esse extra statum salutis;  
nam cum affectus ille puniendi, non sit effi-  
cax; sicut, nec est specialis electio gloriæ in  
causa prædestinationis, semper respicit, &  
quasi expectat conditionem ex parte obiec-  
ti: nimirum, si reprobus resistat auxilijs suf-  
ficientibus. Deus vero prius ratione, quam  
decernat conferre ea, scit conditionate, eum  
resistorum, si dentur, in quo statu loquimur.  
Et ut affectus ille puniendi, quæ conditiona-  
tus est, non impedit quominus ei homini con-  
ferantur auxilia sufficientia; atque ideo non  
est subiectū eiectionis ab statu salutis. Si affectus  
foret omnino efficax, & absolutus in meis prin-  
cipijs, nec reprobus ille haberet potestatem  
ad comparandam gloriam, nec Deus ei con-  
ferre posset auxilia sufficientia, ac subinde  
constitueretur extra statum salutis. Propter  
quas rationes negavi in negotio prædestina-  
tionis electionem ad gloriam ante præuisa  
merita disp. 23. cap. 9. & 20. Ad id vero, quod  
dicebatur in obiectione: Deum desiderare  
coniungi peccata cum morte absolute ne-  
gandum est: nam, licet mortem ipsam corpora-  
lem, ut poenam possit intendere volunta-  
te antecedente: at non potest coniunctionem  
peccati cum morte; nam, qui cupit coniun-  
gi extrema, cupit etiam esse extrema, atque  
adeo Deus velle perseverare peccatum vo-  
luntate antecedente.

Cū vero dicimus, Deū habere hunc affectū  
puniendi post præuisa prima peccata: intel-  
lige

lige secundum punitionem respondentē pec-  
catis prioribus. Etenim post præuisa peccata  
posteriora coniuncta cum morte, alia etiam  
voluntas ratione posterior constituenda est,  
per quam taxatur maior poena secundum quā-  
titatem, & qualitatem peccatorum, quæ cu-  
mulantur.

15

*Obiectio  
altera.*

Dices, hoc discursu probari posse, se Deum  
ita gerere cum reprobo, ut ea permissio pec-  
cati, sit effectus reprobationis, non vero pro-  
bari de facto, ita se gessisse: atque præfatam per-  
missionem esse effectum. Respondeo conce-  
dendo, utroque modo se Deum gerere posse.  
Etenim ea prouidentia Dei libera est, & utro-  
uis modo æquissima: verum de facto, ita se gessisse,  
ut nostra defendit sententia. Suadet primo,  
testimonia Augustini, Prosperi, & sancti  
Thomæ, quæ proposuimus. Suadet secundo,  
hæc ratio, quod ut diuino intellectui propter  
infinitudinis perfectionem, in scientia non so-  
lum tribuimus cognitionem vniuersarum re-  
rum omnium; sed etiam omnem modum eas  
cognoscendi, dum in eo nulla implicetur im-  
perfectio: ita diuinæ voluntati propter simi-  
lem infinitudinem perfectionis in honestate  
morali, non solum tribuere debemus amo-  
rem omnis obiecti honesti, verum etiam cu-  
iusvis honestatis obiecti: secundum omnem  
modum, quo honeste amabilis est absque  
imperfectione. Et cum monstratum a nobis  
sit in eo reprobo post commissa priora pec-  
cata, & præscientiam conditionalem de con-  
iunctione eorum cum morte inesse obiecti-  
uam honestatem iustitiæ vindictiua, ita ut  
possit permittere posteriora peccata ex affec-  
tu explicato puniendi, affirmandum est nō ca-  
rere voluntatē diuinā honestate eius affectus.

16

*Limitatio  
sententiæ  
de pecca-  
tis num-  
quam con-  
donatis.*

Sed enim obseruanda est conditio limitas,  
sub qua defendimus prædictam sententiam:  
nimirum permissionem posteriorum pecca-  
torum esse effectum reprobationis, cum repro-  
bus post priora peccata non consequitur re-  
missionem eorum, nec per gratiam iustifican-

Caput III. Nulli adulto reprobo quantumvis indurato negat  
Deus auxilium sufficiens.

18



I cui adulto obdurato negaret  
Deus auxilium sufficiens, dubium  
non esset, eam negatione fore ef-  
fectum reprobationis eorum, at-  
que ideo in disputatione de effec-  
tibus reprobationis locum habet hæc difficul-  
tas; an induratio usque ad negationem auxiliij  
sufficiens sit effectus reprobationis?

Obserua vero, hos adultos reprobos in du-  
plici statu considerari à nobis posse. Primo, post  
commissum, & contrañ originale, antequam ac-

tem interrumpēdus est status peccati. Etenim  
ego arbitror permissionem peccati non esse  
iustam poenam pro temporali, quæ relinqui so-  
let post mortale remissum; quia, cum pecca-  
tum extinctum fuerit per gratiam ultra con-  
dignum, videtur puniri noui peccati permis-  
sione; nam ex ea logice sequitur peccatum  
mortale, & dignitas poenæ æternæ. Vnde con-  
tinet virtute saltem logice maius malū, quam  
debitum poenæ temporalis, quæ restabat in  
iusto. Si veram existimarem sententiam Patris  
Suarez huic contrariam lib. 5. de reprobatio-  
ne cap. 3. Non esset necessaria hæc limitatio:  
quoniam illa interruptio nihil obstarat, ut di-  
ximus de prima gratia iustificante, etiam, cum  
per peccatum interrumpitur esse effectum præ-  
destinationis disp. 30. cap. 4. At sæpe dixi eam  
sententiam nimis rigorosam esse: quæ propter  
doctrina nostra procedit in permissionibus  
posteriorum peccatorum, cum priora num-  
quam condonantur, & coniunguntur cum ter-  
mino vitæ.

P. Suar.

17

*Responsio  
ad obiecta.*

Ex his non est difficile satisfacere rationi  
Patris Suarez, quam proposuimus n. 10. cuius  
antecedens negandum est: videlicet permissio-  
nem secundæ culpæ nequaquam esse posse ex  
intentione damnandi. Ad probationem distin-  
guenda est maior propositio. Intentio damna-  
di est post iudicium ultimi peccati præfuit: si  
est intentio efficax, & iudicium absolutum, cō-  
cedo: si est intentio inefficax, nego. Pariter mi-  
nor distinguenda est: hoc iudicium fertur a  
Deo post permissionem secundæ culpæ, & post  
commissum vltimum peccatum, distinguo mi-  
norem iudicij absolutum, concedo: iudicium  
cōditionale, nego. Hoc constat ex dictis n. 14.

Ad confirmationem negandum est antece-  
dens: nā sufficit præuideri a Deo priora pecca-  
ta commissa, & ea scientia conditionali coniungēda  
esse infallibiliter cum morte, ut Deus habere  
possit intentionē illā inefficacē puniendi explica-  
tā in discursu capitis, & ut permissio postero-  
rū peccatorū esse possit effectus reprobationis.

tualia committat per proprias voluntates. Secū-  
do, post multa actualia commissa in processu vi-  
tæ. De prioribus nullis, quæ nouerim, ausus est  
negare, cōcedi a Deo ipsis actualia auxilia suf-  
ficiētia. Id expresse docuit sanctus Thomas q.  
14. de veritate art. 11. ad primū. Vbi affirmat,  
certissime tenendū esse in filijs nutritis, & se-  
quēte ductū rationis in appetitu boni, & fuga  
mali, Deū ei reuelaturū, quæ necessaria sūt ad  
credēdū, ergo secludit omnē dubitationē in eo  
adulto in prima cōsideratione. Hic obserua nō

S. Thom.

L11 3 affirmare

affirmare sanctum Thomam, posse aliquē de- titutū auxilio gratiæ, diū sequi ductū rationis, atq; sine peccato viuere; nā Angelicus Doctor conditionali vsus est loquutione, quæ nihil po nit in esse: si aliquis nutritus, &c. quasi diceret: si quis id, quod naturali virtute potest facere, fa ceret, illuminaretur à Deo. Eandē iterū docuit sententiā prima secundæ quæst. 89. art. ultimo di cens. Si homo, cū peruenit ad usum rationis, seip sum ordinauerit ad debitum finem secundū quod in illa aetate est capax discretionis, consequetur per gratiam remissionem peccati originalis.

19 Nulli a- dulto quā tumuis ob durato ne gat Deus auxilium sufficiens. Card. Bel lar. P. Suarez. P. Vazq. P. Molina. P. Valentia

P. Lessius. Alenf. Alberius. Bonauent. Scot. Adrian. Ferrar. Roffensis. Diedo. Taperus. Sotus. Bañes. Zumel. Alvarez.

Vega. Aragon.

Demū, fere omnes interpretes sacra Scrip turæ cōclusionē amplectuntur. Ita P. Benedictus Iustinianus, P. Cornelius a Lapide, P. Cosma à Magallanes, omnes in Paulū 1. Epist. ad Thymo theum cap. 2. & P. Maldonatus: atq; Card. To letus in cap. 1. Joannis, qui sentiunt, verba illa: erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem ve nientem in hunc mundū: non solum intelligenda de lumine naturali solis, sed de supernatu raliter irradiate in omnes homines venientes in hunc mundum, hoc est, peregrinantes in hoc sæculo, in quo non habent ciuitatem perma nentem. Denique, eandem conclusionem eru-

dire tradidit Pererius in cap. 11. Exodi per de cem disputationes, ac præcipue in septima.

Probatum primo, testimonijs sacra Scriptu ræ 1. ex Paulo 1. ad Thymotheum 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. Quod testimoniū explicui disp. 17. cap. 3. Vbi ostendi loquutio nē illam vniuersalem, omnes homines distribu tione perfecta esse intelligendā nullo excepto, etiam ex paruulis, de quo iterū redibit sermo disp. sequenti cap. 2. ne dū ex adultis. Ergo de quocūq; adulto, quātūuis obdurato, in quocū que tēporis spatio suā vitæ, verū est, Deū velle ipsum saluum fieri. Ergo etiam verum est, pro uideri salutē ipsius per auxilium sufficiens.

Secundo, probō ex cap. 1. prouerb. Vbi dici tur, sapientiā Dei ita prædicare omnibus gene raliter in foribus portarū, vt à nemine non au diatur, & cōcludens sic scribitur: conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis spiri tum meum, & ostendam vobis verba mea: quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Hæc verba, quippe, quæ ita generaliter prolata sunt à sapientiā Dei, nō possunt nō de quocumque peccatore vera esse. Igitur sapientiā Dei cuiusque peccatori præ dicat, quod conuertatur ad suam correptionē: quod stat ad hostium eius, & pulsat: quod por rigit manum gratiæ, vt ipsum eleuet à statu terreno peccati, in quo iacet.

Tertio, est optimus locus, & si communis Ezechielis c. 33. Vbi cū in persona peccatorū di ceretur, se esse pōdere peccatorū grabatos, ini quitates, atq; peccata super illos esse atque in ipsis tabescere, respōdit Deus. Dic ad eos: vno ego: dicit Dominus, nolo mortē impij, sed vt conuertatur impius a via sua, & viuat: conuertimini, cō uertimini, & quare moriemini. Ex his verbis ma nifeste deducitur, Deū velle cōuerti quemcū que peccatorē, quātus quantus sit, idque in quo cumque vitæ momento, alias esset aliquis in hac vita, cui possemus dicere, Deū nolle ipsius cō uersionē, quod pugnat cū sacra Scriptura dice te, Deū nolle mortē impij; sed vt conuertatur. Huc facit secunda Epistola Petri c. 3. ibi: nō tar dat Dominus promissionem suā, vt quidā existi mant, sed patienter agit nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Ergo omnes nullo indurato excepto, excitat ad penitentiā. Quod si negaret alicui auxilium sufficiens, tri storie, & fucate excitaret, atq; diceret, se nolle aliquos perire, cum ei sit iam impossibilis vi ta spiritualis per voluntatem Dei.

Quarto, probatur ex Matthæi 11. cap. ibi. Ne nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. In quibus verbis nota, im mediate antea Christiū dixisse, omnia sibi esse tradita à Patre, atq; per illud, omnia, iuxta ve riorē intelligentiā significari omnem potestatem homines

P. Passa. 20 Probatur ex sacra Scriptura.

Prouerb.

Ezechielis

Pet. ep. 1.

Matthæi

18

21

19

16

22

Exod. 9.

homines gubernandi, atque conseruadi in ne gotio salutis: vt etiā cap. 28. significauerat ibi: data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Quando ergo Christus Dominus exclamat di cens. Venite ad me omnes, &c. Siue loquatur in quantum homo, siue in quantum Deus, de quo non curo, iubet ad se venire homines peccatis oneratos, & grauatos, tamquam ad potentem eos exonerare auxilijs frequentibus, & forti bus. Ergo, cum negari non possit, cuiusque ex peccatoribus, dū hac luce fruuntur, & hoc aë re respirant, dictū à Christo fuisse, atque manda tum, vt ad se veniat, negandum est ab eo ablatū fuisse principium veniendi gratia interna in truen te potentias.

Quinto, probatur conclusio argumento pe tito ab obduratis, de quibus in sacra Scriptura. Nam si de his constat non esse negatum au xilium sufficiens, idem de alijs dicendum erit. Atq; primo propono Pharaonem, qui, vt exē plar obduratorum proponitur in Exodi cap. 7. Deinde sumo etiam Nabucho donosorem Regem, de quo cap. 3. Danielis dicitur, fuisse su perbissimum, crudelissimum, atque impiissi mum omnium sui temporis, ita, vt Augustinus lib. de prædestinatione, & gratiæ cap. 15. in eodem gradu malitiæ constituat hos duos homi nes. Tertio produco Manassem Regem Iudzæ, de quo in lib. posteriori Paralipomenon cap. 35. constat, incredibilem fuisse ipsius scelerum grauitatem, immanitatem, atq; multitudinē. Denique expendo etiā durtiā cordis Iudæo rum erga Christum Dominum, de quibus dixit Isaias cap. 6. Excaca cor populi huius, & au res eius aggraua, & oculos eius claudet, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanē eū. Hæc verba grauissimè demonstrant obstina tissimam, atque peruersissimam Iudzorū ob durationem. Quod si de his obduratis insigni bus in sacra Scriptura monstrauero ex ipsa, nō fuisse negata auxilia sufficientia, de alijs omni bus idem dicendum esse, liquido constabit.

Pharao, qui est primus obduratorum post primum signum virgæ in colubrum versa di xit Deus. Indurabo cor eius, & multiplicabo signa, & ostenta mea. Postea vero alia etiam com minatur flagella; quia non dimisit, & vt di mittat populum Dei. Ergo post induratum cor Pharaonis ad populum non dimittendum, ad huc punitur a Deo propter nō dimissionem, & ipsis pœnis vrgetur, vt dimittat. Ergo volun tas Pharaonis in statu obdurationis indifferens erat ad dimittendum, & non dimittendum, atq; habebat ex parte principij quiddam erat illi necessarium, vt vellet dimittere, & reti nere. Deinde cap. 9. Moyles criminatur cōtra Pharaonē dicens. Adhuc retines populū meū, &

non vis eum dimittere: Et idem Pharao dixit. peccavi etiam nunc Dominus iustus, & ego, & populus meus impij: orate Dominum, vt desiciat tonitrua Dei, &c. Porro cessantibus tonitruis, & fulguribus ait, sacer textus, auxisse peccatū. Ergo post induratum cor peccauit. Præterea, cap. 10. dicitur in persona Dei Pharaoni. Vsq; quo nō vis subici mihi? Dimitte populum meū, sin autem resistis, & non vis dimittere, &c. Ergo poterat obedire, non resistere atq; subij ci Deo; constat ergo hunc obduratum sufficiei ti auxilio præditum fuisse.

Dicat aliquis, aut ex his non effici, post vl timam obdurationem habuisse auxilium suf ficiens; sed post aliquas ex prioribus, aut ha buisse auxilium supernaturale, sed concursum naturalem ad dimittendum populum? Sed hæc solum dici possunt ab obdurato in opposita sententia: nam, cum post primam, se cundam, tertiam, & alias plures obdurationes tandem populum dimiserit, vt constat ex sa cro Textu; sine vilo fundamento dicitur, non posse post alias.

Rursus quo ad alteram partem obiectam. Vel Pharao habebat concursum generalem ad dimittendum populum Dei actu bono moraliter ex omnibus circumstantijs; vel non? Si di cas hoc secundum? Tollis ab eo potentiam ad non peccandum: nam sine auxilio naturali suf ficienti ad actum bonum non est indifferentia ad peccandum, & non peccandum; sed solum ad peccandum hoc, aut illo peccato; quod in omni sententia absurdum est, ac maxime in veriori, quæ docet, posse hominem per vires naturæ elicere actum moraliter bonum; quip pe peccatum non laedit arbitrium, nec destruit vires naturæ in hac vita. Si autē dicas primū Ergo Pharaoni conuanti dimittere populum Dei ex affectu obedientiæ, vel doloris de pec catis prioribus, aderit gratia Dei, vt eliciat eū actum pie; & vt oportet, vt deinceps vberio ra recipiat auxilia. Vide dicta a nobis disp. 33. cap. 1. 4. & 5. ergo in casu Pharaonis omni ef fugio præcluso manet probata conclusio.

Nabucho donosor, & Manasses Reges consti tuti sunt nobis a Deo singulare exemplar penitentiæ, eadem ab vtroque sic ducitur argu mentandi ratio. Hi duo Reges post grauiora peccata quam sint alia obduratorum, penitentiā fructuosam egerunt. Ergo nō negat Deus obduratis in hac vita auxilium ad peniten dum.

Dicat aliquis: in sacra Scriptura hos Reges non appellari obduratos. Sed argumentum nō procedit ex obduratione reprobi, sed ex cau sa sufficienti ad obdurationē, videlicet ex im manibus peccatis, in quibus prolapsi, & re lapsi sunt. Iam diximus ex Augustino scelera

Exod. 10.

23 Obiectio.

Satisfac tio.

24 Probatio ex penitentiā Nabuchodonosoris, & Manasses.



Pharaonis grauiora non fuisse; ergo ex parte Nabuchodonosor tanta fuit causa negandi auxilia sufficientia, ac ex parte Pharaonis. Ergo, ut illi non solum non fuerunt negata sufficientia, sed etiam collata efficaciam: ita alijs obduratis.

25 Probatio ex Iudæis excæcatis Matth. 11.

Ad Rom. 10. Mat. 65.

Matth. 23.

Probatio ex Patri-bus.

26

Dionysius. Hilarius. Ambrosius. Chryso-st. Cyrillus.

S. Thom.

Deniq; ex Iudæis excæcatis ita formo argumētū. Constat, illos post excæcationē peccasse peccato infidelitatis in Christū. Primo ex pœna a Deo eis inflicta in hac vita propter scelera cōtra Christū. Secundo ex pœna alterius vitæ ex Matth. c. 11. ibi. Verūtamē dico vobis Tyro, & Sydoni remissius erit in die iudicij, quā vobis. Et ita Paulus ad Rom. 10. de his Iudæis exponit illud Esaiæ cap. 65. Tota die expandi manus meas: tum elargitate beneficiorum, tum luce doctrinæ. Ad populum non credentem; sed contradicentem mihi. Huc facit illud Matthæi 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis? Ex his constat primum, post cor obduratum peccasse Iudæos infidelitate: deinde habuisse auxilia parata ad credendum in Christum, quæ proculdubio supernaturalia erant. Ergo Iudæi obduati non fuerunt privati auxilijs sufficientibus. Ecce conclusio probata in obduratis sacra Scripturæ; ergo pariter dicendum in alijs. Accedant Patres Ecclesiæ, qui eam elegantissime confirmant. Dionysius de Cælesti Hierarchy cap. 9. Hilarius lib. 1. de Trinitate ante medium, Ambrosius sermone 8. in Psalm. 128. Chryso-stomus hom. 7. in Ioānem, Cyrillus lib. 1. in Ioānem cap. 11. & alij: verba referre opus non est; ea habes apud nostros scriptores, ac maxime apud Bellarminum vbi n. 19. Deniq; S. Thom. 3. p. q. 86. ar. 1. oppositam sententiam vt censura dignam notauit dicens. Unde dicere, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis penitere non possit; erroneum est. De Augustino, & Prospero maior est dubitatio quid-

nam censuerint in hoc articulo; atq; ideo eos suscipio discutiendos infra cap. 7.

Denum, ratione Theologica sic confirmo cōclusionem nostram. Tempus huius vitæ datum hominibus a Deo, tamquam via brevis, vt ad æternam perueniamus: ergo in hoc tempore, sicut semper obligatur homo præceptis sub mortali; ita vtiliter de eis dolere potest, & aliquem gradum facere in vitam æternam; ergo de nullius hominis salute desperandum est in hac vita. Et quemadmodum e conuerso homo iustus, quantumuis in sanctitate, & perfectione altas egerit radices, cum timore, & timore operari debet suam salutem, cum semper concursum generalem habeat ad peccandum, & aliquod subeat periculum, etiam consummatis in gratia secundū varias, & communes sententias, de quibus disp. 24. cap. 1. & secundo: ita quantumuis homo licentiose vixerit, & effrenate se delicijs ingurgitauerit, vt tamen non est extra statum vitæ, ita nec vitæ maxime cum in articulo mortis quicumque homo teneatur præcepto penitentiae: ergo nō potest non habere auxilium ad illam habendam eo modo, quo conducit ad vitam æternam. Ita restante Tridentino sess. 6. cap. 11. Non enim Deus iubet impossibilia, sed iubendo monet, & facere, quod possis, & petere, quod nō possis, & adiuuat, vt possis, quæ vera non essent, si in eo articulo mortis, Deus non adiuuaret omnem hominē, vt possit facere opus præceptū.

Hæc in genere dicta omnino certa esse debent cui cumque Theologo pio; at difficile est explicare in particulari modum, quo opportune Deus pulsatur ad ostium, & præuenit suo auxilio sufficienti, ex cuius explicatione petenda erit solutio argumentorū, quæ militant cōtra cōclusionem statutam, de quibus cap. ultimo. Pro explicando vero hoc modo insituo c. 5.

27 Probatio ratione Theologica.

Trident.

28

Caput V. Non confertur auxilium sufficiens singulis momentis.

29 Probatio ex sacra Scriptura



CONCLUSIONEM præfixam docent omnes nostri Doctores relati cap. superiori in principio, & aliqui ex alienis, maxime ex controuertistis, qui etiam ab ipsis referuntur. Probatur primo, ex illo Ecclesiastici 7. Cōsidera opera Dei, quod nemo potest corrigere, quem ille despexerit. Adiunge locum Ioannis cap. 12. ibi: Propterea nō poterant credere: quia iterum dixit Esaias excæcavit oculos eorum, & indurauit cor eorum. In primo ex his duobus testimonijs supponitur, quosdam a Deo ita despici, vt non possint corrigi. In secundo

Eccles 7.

Ioan 12.

etiam, quosdam ita indurari, & excæcari, vt non possint credere, licet intelligi possint de impotentia consequente, quatenus quia Deus præuiderat, eos non credituros, atque prædixerat, & non possunt reddere falsam prædicationem, & prædicationem Dei: at nemo dubitabit, magis proprie ea intelligi, si eis negetur ipsa potentia antecedens ad credendum, saltem aliquo tempore; eo nimirum, quo homo ille actu non pulsatur, vel quia non aduertit ad diuina distractus temporalibus non pertinentibus ad animam; nam non semper affulget diuinum lumen, non semper emicat in voluntate scintilla diuinorum: tunc vero non

possit

potest credere, nec penitere; quia gratia præueniens in nobis recepta est comprincipium partiale in voluntate ad credendum, & penitendum. Quod vero semper non adsit auxiliū præueniens, experientia magistra docet. Vide sanctum Thomam 2. 2. quæst. 2. art. 5. ad primū, vbi profert sententiam depromptam ex Augustino lib. de correctione, & gratia cap. 5. & 6. & alibi sæpe; videlicet gratiam, sine qua homo non potest diligere, quibusdam miserico-diter dari, quibusdam iuste negari. At non negatur omni tempore ea gratia, vt constat ex c. 4. Ergo negatur aliquo tempore; at vero loquitur de gratia sufficienti; sine qua non potest homo diligere, & penitere.

S. Thom. S. Aug. d.

Dormienti nō adest auxilium sufficiens.

30 Qui dicat Deum esse paratū singulis momentis. Bañca Alvarez.

Porro, tempore somni non adesse auxilium sufficiens receptum in nostris facultatibus, nulli dubium esse potest; ergo non datur auxilium sufficiens singulis momentis reprobo adulto. Verum recentiores Thomistæ, vt Magister Bañes in hunc articulum 3. dubio 3. conclusione 8. & Mag. Alvarez disp. 112. conclusione 3. & 113. in responsione ad argumēta, cū concedant, non singulis momentis recipi auxilium sufficiens, qua ratione dicunt, non singulis momentis dare; quia dare, & recipere correlatiua sunt: at Deum esse paratū dare singulis momentis quantum est ex parte sua, si homo velit se conuertere.

Verum doctrina hæc discussione, & excursione indiget. Pro rei declaratione aduerte; vel nos loqui posse de homine in gratia iustificati existente, vel de homine in peccato mortali. Aduerte deinde; vel nos loqui posse de homine fidei, vel de infidei. Quid de homine fidei, & in gratia existente dicendū sit, mox definitio n. 32. Modo vero quid de reprobo adulto existenti in peccato mortali, de quo mihi persuadeo, Deum non esse paratū voluntate sua antecedenti ipsi conferre auxilia sufficientia singulis momentis; imo in eis temporum spacijs, in quibus ea negat, & peccator non recipit, ea negare ex decreto absoluto, & efficaci in pœnam peccati commisi, in quo iacet. Hoc

Author Deum non esse paratū singulis momentis dare reprobo.

D. Thom.

August.

probant primo, verba Diui Thomæ, quæ retulimus ex secunda secundæ art. 5. ad 1. Vbi ait, auxilium hoc sufficiens, sine quo non potest credere, & diligere, Deum ex iustitia non dari, quibus non datur in pœnam præcedentis peccati, saltem originalis. Id etiam expresse docuit Sanctus Augustinus in lib. de corre. & gratia cap. 11. Vbi loquēs de auxilio gratiæ, quo Prothoparens poterat, perseuerare si voluisset, ait. Si autem hoc adiutorium, vel Angelo, vel homini quamprimum facti sunt, desuisset, quoniam non talis natura facta erat, vt sine diuino adiutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe desuisset,

sine quo manere non possent. Nunc autem, quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est. Loqui Augustinum de gratia sufficienti negari nō potest. Deinde in vitimis verbis alludere ad peccatum originale, propter quod arbitratur iuste negari auxilium sufficiens, quibus negatur, & temporibus, quibus negatur; ergo potiori iure id ipsum dicit propter actualia peccata, quæ grauiori pœna digna sunt. Suffragatur iterum Sanctus Thomas 3. contra gentes cap. 159. Vbi explicans verba Apostoli prima ad Thymotheum secundo, ait. Sed illi soli gratia priuantur, qui in seipsos gratia impedimentum præstant; sicut sole mundum illuminante in culpam imputatur, ei qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur, licet videre non possit, nisi lumine solis præueniatur. Et, licet peccatum mortale non sit impedimentum physicum, vt ita dicā, gratiæ sufficienti; quia in eodē subiecto sine repugnantia commorantur; at est impedimentum morale; quatenus peccato mortali redditur adultus indignus, cui gratia sufficiens cōferatur; ergo cum Diuus Thomas supponat, ali quibus non dari pro aliquantulo tempore, atque his non dari, qui impedimentum præstant; efficitur manifeste, his nō dari ex iustitia propter impedimentū peccati iuxta Sæctum Thomam.

Probatio a ratione.

Præterea vtor hac ratione; quia Deum esse paratū ad conferendum auxilium sufficiens singulis momentis nihil aliud est, quam velle voluntatem, quod Omnipotentia ponat in homine auxilium præueniens sufficiens; sed Deus in peccatore decreuit, quod eius omnipotentia non poneret in voluntate eius auxilium sufficiens præueniens singulis momentis continuis in pœnam peccatorum: ergo Deus ex parte sua paratus non est, conferre peccatori auxilium præueniens sufficiens pro singulis momentis. Huius syllogismi maior manifesta est; quia cum Deus sit agens liberum non potest esse paratus nisi per voluntatem. Minor probatur, in qua duæ continentur partes altera decreto efficaci priuare hominem auxilio sufficienti in spatijs temporum, in quibus priuatur: & hæc perspicua est; quia quidquid de facto contingit, siue id sit priuatiuum, siue positium, est Deo directe voluntarium, & efficaci decreto, cum obiectum volitum, nec est peccatum, nec est cooperatio libera arbitrij, sed priuatio illa auxiliij sufficientis nō est peccatum, nec est cooperatio liberi arbitrij creati. Ergo est Deo voluntaria decreto efficaci. Secundam partem probō, quia in negatione auxiliij sufficientis homini peccatori est honestas obiectiua iustitiæ; sed voluntas Dei, quatenus est simpliciter infinita in perfectione honestatis moralis, fertur in omne amabile honeste

neſte omnimodo quo honeſte amabile eſt, vt explicui cap. 3. n. 14. cum in obiecto honeſto non eſt aliqua imperfectio dedecens Deum. Ergo dicendum eſt, Deū peccatori negare auxilia ſufficientia, dum negat in pœnam peccati ex affectu iuſtitie. Aduerte, me non affirmare Deum neceſſario ferri voluntate in omne honeſte amabile moraliter; nã hoc ipſo, quod neceſſario ferretur, non amaretur honeſte moraliter propter defectum libertatis: ſed noſtrū eſſe tribuere Deo omnem actum liberum honeſtum, quem poſſe habere cogitamus ſine aliquo incommodo; maxime cum ex Sanctorum dictis accepimus, illum actum exiſtere in voluntate diuina, vt in noſtra re. ergo cum adultus peccator caret actuali pulſatione auxilij ſufficientis non tantum tempore ſomni, aut diſtractionis in culpabilis; ſed etiam alijs temporibus ea caret in pœnam ſui peccati.

31 *Discrimen inter concurſum generale, & auxilia.*  
Ex quo elicio diſcrimen valde notandum inter exhibitionem concurſus naturalis generalis, & auxiliorum gratie, quod generalis concurſus; quia conſequitur ipſam naturam, ſemper præſto ad eſt nobis ex diuina voluntate, applicante ſuam omnipotentiam ad cooperandū inſtar habitus in potentia exiſtentis; ita, quod non operari facultates noſtras non ſit ex defectu concurſus, & licet potuerit Deus iuſtiſſime illud nobis ſubducere propter peccata: at ex miſericordia non ſubduxit; quia eſt nature debitus; at auxilia gratie; quia, nec ad naturam conſequuntur, nec ei debentur, & quia eis ſumus indigni propter peccata, non ita continuo ad ſunt nobis; ſed ſolum ſtatis a Deo temporibus, & momentis, qui quando vult, pulſat cor, & vbi vult, ſpirat: quando autem non vult, non pulſat, nec ſpirat. Quo ſit, forte peccatorem poſſe aliquo temporis ſpatio exercere aliquem actum naturalem virtutis, in quo non poſſit ſupernaturalem ſaltem proxime. Non loquor de illis actibus, de quibus dixi diſp. 27. cap. 5. Faciēti, quod in ſe eſt per naturam, Deum numquam denegare gratiam; ſed de alijs minus perfectis.

32 *Obiectio.*  
At dicat aliquis: quemadmodum Deus erga naturales actus habet generalem quamdam voluntatem, qua applicat ſuam omnipotentiam, vt voluntas ea vtatur, prout libuerit in operatione actionum naturalium: ita in natura eleuata habere ſimilem quamdam voluntatem generalem applicantem ſuam omnipotentiam, vt voluntas noſtra ea vtatur, prout libuerit in ordine ad operandas actiones ſupernaturales: & ſicut ratione huius applicationis generales recte dicimus, per Deum non ſtare; quominus habeat homo naturales actiones bonas: ita etiam optime dicemus per ſimilem applicationem ſupernaturalem, per Deum nõ

ſtare, quominus homo eleuatus, eliciat actiones ſupernaturales neceſſarias ad ſuam ſalutem. Nec hanc applicationem generalem pugnare cum decreto efficaci negandi peccatori auxiliū ſufficiente pro certis temporibus in pœnam peccatorum, ex eo conſtat: quod etiam Deus ſimile decretum habet negandi præuenientes cogitationes naturales, quæ etiam neceſſarie ſunt ad actus bonos deliberatos intra ordinem nature homini, dum eſt diſtractus, ſeu ſomno impeditus. Et ratio a priori eſt; quia non pugnat in Deo decretum abſolutum negandi auxiliū ſufficiente, propter peccatum; & decretum conditionatum antecedens dandi, quantum eſt ex ſe ſingulis momentis, niſi impedimentum obſit: quemadmodum Deus habet voluntatem antecedentem dandi gloriam reprobo, & ſimul decretum abſolutum negandi propter peccata.

Hanc propoſui obiectionem, vt declarem diſcrimen inter hominem exiſtentem in gratia, & immortalis in ordine ad voluntatem Dei exhibentem vtriſque auxilia. Obiectio quidē probat, non repugnare ita ſe Deum gerere in ſua prouidentia, vt illa proponit: non autem probat ita ſe gerere. Quapropter exiſtimo, vero ſimilius dici, cum modum generalis applicationis Deum habere in homine gratiam iuſtificantem, conſeruante ad omnes actus virtutum, & in homine fidem, & ſpem conſeruante in ordine ad actus fidei, & ſpei; non tamen in homine; quia a ſe expulſit gratiam iuſtificantem, & etiam fidem, & ſpem; nam: ſicut nature exiſtenti concurſus generalis connaturalis eſt, & continuo debitus aliqua ratione: ita gratie iuſtificanti exiſtenti, quæ eſt veluti ſecunda natura, & vita ſupernaturalis concurſus generalis in ordine gratie debitus eſt, & vt illi nõ negatur a Deo; ſed offertur, dum natura conſeruatur: ita ſatis vero ſimiliter, & congrue dicimus huic non negari. Et quemadmodum nature extinctæ non datur concurſus generalis: ita, nec etiam extincta gratia per peccatum credendum eſt non dari a Deo concurſus generalis in ordine gratie, cum ea generali applicatione; ſed cū aliqua maiori limitatione. Adeo, vt inter alia diſcrimina, quæ conſtituuntur in recipiendis diuinis auxilijs inter hominem iuſtum, & peccatorem; hoc ſit vnum, atque præcipuum. Deus ergo decreuit intra ſe homini iuſto ad eſſe gratia ſua pro ſingulis momentis, dum ipſe non ponit impedimentum naturale ſomni, & diſtractionis in culpabilis: at comparatione hominis peccatoris ſubducit hanc applicationem generalem; ſed ex miſericordia ſua prout libet, aut rarius, aut frequentius pulſat, & excitat cor eius, aut pulſatione efficaci, aut ſufficienti.

Sed

33

*da omni bus iuſtis aequalia det auxilia, & in iuſtis aequalia neget incertum nobis.*

*Traditur regula generalis.*

Sed petat aliquis, an omnibus iuſtis æqualem meſuram auxiliorum prouiderit? Vel an etiam omnibus iniuſtis æqualia negat, aut concedat auxilia ſufficientia? reſpondeo rem hanc nobis proſus incertam eſſe, & ſolum ratione quadam generali poſſe deſiniri. Cū iuſti æquales ſunt in gratia, & in ſtatu vite cæteris paribus regulariter diſpenſantur a Deo æquales gratie tum efficaciæ, tum inefficaciæ; non tamen hoc tollit quin Deus, ex ſua liberalitate vni conferat vberiores, & extraordinarias gratias, & non alteri. Dixi in eodem ſtatu vite, nã ſi alter ſecularis eſt, alter Eccleſiaſticus, alter coniugatus, alter religioſus; credo diuerſas recepturos gratias: nam Deus illas diſtribuit opportune ſecundum circumſtantias, & occaſiones virtutum exercendarum, & vitiorū proſtigandorum. Quapropter coniugato conferet gratias ad iura matrimonij illa ſeruanda: religioſo ad vota non violanda, præcepta atque regulas ſui inſtituti obſeruanda. Dixi etiam cæteris paribus; nam, ſi pro altero fundant preces ſanctiſſimi viri, & offerant ſacrificia Sacerdotes, ex congruo impetrabant plures gratias pro eo. Item ſi alteri occurrant plura præcepta, quæ obligant ſub peccato, & tentationes ſuperadæ, quia verſatur in aliquo ſpiritali bello, is etiam plures gratias accipiet; nam, vt dico cap. ſequenti, quoties præceptum, aut tentatio vrget, & ad conſeruandam gratiam neceſſarium eſt auxilium, præſto a deſt.

In hominibus iniuſtis hac eadē regula generali vtendum eſt proportionate, quam facile quiſque applicare poteſt.

34 *Auxilia preparata finita.*

Ex dictis infero, auxilia præuenientia proxima pro quocumque homine a Deo præparata, atque collata eſſe finita, & in determinato numero: ac proinde habere vltimū, poſt quod aliud non dabitur. Vnde cum contingit eum hominem poſt vltimam collationem adhuc ſuperſtitem eſſe: reuera eſt ſine potentia proxima ad gloriam conſequendam, atque ſi cognouiſſet ſuum ſtatum ſperare ſalutem nõ poſſet per potentiam proximam; Deus ergo qui cognoscit eum ſtatum iure deſperat de eius

ſalute; quippe perſpicuum habet ſere actum eſſe de illo homine. At nos, qui ignoramus talem ſtatum, de nullo in particulari deſperare debemus. Cum is vero bene ſtat omnes homines omni tempore huius vite habere auxilium ſufficiente, niſi per eos ſtererit. Ratio generalis eſt; tum quia cum adultus iuſtificatur vel contritione, vel Sacramento, tunc Deus generali illa applicatione voluit ſuam omnipotentiam eſſe paratam pro omni tempore ad infundendas gratias excitantes neceſſarias pro captu hominis, & pro opportunitate rerū occurrētium: & cum homo peccans voluntarie gratiam iuſtificantem a ſe expulerit, licet in eo ſtatu peccati mortalis ceſſet illa applicatio generalis, & rariores gratie cōferantur, vt dixi n. 32. Iã per hominem ſtat, quominus pro omni tempore habeat iuge auxilium gratie per Chriſtum. Præterea Deus conſert adulto poſteriora gratie auxilia in poſtremo ſpatio vite cum dependentia a bono, vel malo vſu priorum. Loquor ſecundum legem ordinariam, & circumſcribo prouidentias extraordinarias, quibus Deus liberaliter direxit ſanctum Latronem, Paulum, Magdalenam, alioſque innumerabiles inſigniter peccatores. Inde efficitur alios ad finem vite crebrioribus frui auxilijs: alios pauciora accipere, prout bene vel male prioribus vſi ſunt, vnde in eo tempore, quod ſuper eſt illi homini poſt collatum vltimum auxilium per ipſum ſtat, quominus plura ille accipiat auxilia.

Hinc etiam veræ ſunt loquutiones Sacra- *Vt vera lo-*  
Scripturæ, in quibus ſignificatur Deum con- *cutiones*  
tinuo ſtare ad oſtium, & pulſare, vt homo *Scripturæ*  
aperiat cordis ianuas, & Deus introeat, & *& cõcilio*  
cæna æterna fruatur Apocalyp. cap. 30. Item *rum.*  
Deum conſtituiſſe hominem in manu con- *Apocal. 30.*  
ſilij ſui, ne dicere poſſit per Deum abeſt. *Concil. Se-*  
Hinc etiam verum habet, quod dixit Seno- *onenſe.*  
nenſe decreto fidei 15. neceſſitatem tantæ gra-  
tie Dei libero non præiudicare arbitrio: *Cum*  
*illa ſemper ſit in promptu nec momentum quidē*  
*prætereat, in quo Deus non ſtet ad oſtium, & pul-*  
*ſet, & alia ſimiles.*

### Caput VI. Semper a deſt auxilium ſufficiente, cum vrget tentatio, cum præceptum, cum neceſſarium eſt ad vitandum nouum peccatum.

35



declarem, & confirmem concluſionem præfixam aduerto præceptum obligans, tentatio vrget, peccatum imminens verſari poſſe circa materiam ſupernaturalem virtutum Theologicarum, atque infuſarum: &

etiam circa materiam præceptorum naturalium. Cum verſantur circa priorem materiam, manifeſtum viderur hominem inſtrui debere auxilio ſupernaturali præueniente ſufficiente ex parte principij; nam ad hoc, vt quis hæc præcepta violet, debet regulariter eſſe inſtructus princi-

principio indifferenti ad extrema contraria, & contradictoria. Videlicet ad obseruandum, & violandum: ad obseruandum, & non obseruandum: ad violandum, & non violandum; sed voluntas non prauenta auxilio gratiæ excitantis non habet principium indifferens; quippe quæ non potest elicere actus fidei diuinæ atque charitatis, quibus præcepta illa seruantur. Ergo occurrentibus eis præceptis, atque tentationibus circa illas materias, præsto adest Deus suo auxilio sufficienti: alias iuberet impossibilia. Obijciat aliquis ex P. Molina in concordia quæst. 14. art. 3. d. 1. dicente posse aliquem lathaliter peccare peccato infidelitatis, & si non præueniatur auxilio Dei ad credendum, si tamen non prauenitur ex sua nequitia; hoc, si verum est, videtur obitare nostræ doctrinæ.

P. Molina.

Respondeo, id verum esse de auxilio immediato, seu proximo ad credendum. Etenim si gentili homini legitime prædicatur Euangelium Christi, ita vt prudenter credere possit: tunc vrget præceptum credendi, & peccat infidelitate nõ credendo, licet nõ receperit immediatam vocationem ad fidem, si respuit doctrinam Euangelij propositam; ille tamen non caret auxilio remoto, & mediato ad credendum: nimirum ad expendenda mysteria, atque diiudicandam manifestam eorum credibilitatem. Quod si eis auxilijs remotioribus bene vtatur, & sincere applicet animum, vt tenetur, recipiet sane vberiora auxilia, & proximiora ad vii fidei. Pariter in casu P. Molina: ille, qui ex sua nequitia non præuenitur auxilio immediato, peccat, quia habet remotum, & coabitur.

Obiectio.

Sed dices: pone illum hominem ita nõ præueniri ex sua nequitia, vt in tempore vite nullum restet illi conferendum auxilium, quia iam vltimum acceperat: is homo habet concursum generalem ad actum virtutum, & vitiorum; quia ille consequitur naturam conseruatam; ergo peccat non credendo saltem, vt potest actu naturali obiecto improporcionado; atqui nõ habet principium indifferens ad credendum diuinæ, & non credendum; nam, vt supponimus, nullum restat accipiendum auxilium supernaturale, nec proximum, nec remotum. Ergo ad committendum peccatum in materia supernaturali necessarium nõ est principium indifferens.

Satisfactio.

Respondeo concedendo hunc hominẽ etiam in hoc euetu peccaturũ, vt bene probat obiectio. At peccatum illud non habebit eam malitiam, quam haberet si auxilio gratiæ institueretur, sed aliam inferiorem; nam licet versetur circa materiam supernaturalem, tantum circa eam versatur naturaliter, cum homo ille sit

constitutus in statu impotentia in ordine ad gratiam. A diuicio doctrinam Sancti Thomæ 3. 8. Thom. contra gentes cap. 160. vbi sic ait: *Quamuis illi qui in peccato sunt, vitare non possint per propriam potestatem, quin impedimentum gratiæ præsentent vel ponant, nisi auxilio gratiæ præueniantur, nihilominus hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defectus ex culpa procedente in eis relinquitur: sicut ebrius ab homicidio non excusatur, quod per ebrietatem committit, quã suã culpã incurrit.* Ex hac eleganti doctrina colligo posse aliquem hominem peccare contra præceptum supernaturale formaliter etiam in statu, quo destituitur omni auxilio supernaturali, propter nequitiam propriam, si cum repugnabat auxilio Dei, animaduertebat, & iure tenebatur illud destituendum vel omni, vel fere omni auxilio gratiæ; nam infidelitas, quæ committitur postea in statu, quo est impotens credere diuina fide fuit in causa indirecte voluntaria, sicut in exemplo de ebrio hominem interimente in statu ebrietatis. Loquor de infidelitate respondente fidei diuinæ, nõ de ea, quæ respondet fidei naturali. Et hac ratione verum est potuisse hunc hominem constitutum in hoc statu in causa adimplere præceptum supernaturale, quo etiam forte vrgeri potest. Nihilominus ego verum puto, res a diuina prouidentia ita esse dispositas in hac materia, vt nullum hominem vrget præceptum supernaturale, quin ipsi semper adsit supernaturale etiam auxilium ad illud adimplendum, vel proximum, vel remotum.

Chryst. ad Hebræos sic scribens. Non potest dicere non possumus, nec accusare conditorem; si enim impotentes nos fecit, deinde imperat; culpa eius est. Quomodo ergo inquis, multi non possunt? quomodo ergo multi nolunt? si enim voluerint, omnes poterunt; habemus quippe cooperatorem, & adiutorem Deum; tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipsam. In his verbis Chry-

Aduerte ex Sancto Thoma secunda secunda quæst. 10. art. 1. & esse hominẽ infidelẽ contrarie, de quo loquuti sumus num. superiori, & esse infidelem negatiue, nimirum ille, qui nõ habet fidem sine peccato tamen, quia vlla via in mentem eius mysteria fidei peruenerunt. Hi non credunt ex ignorantia inuincibili, de quibus, ait Apostolus ad Romanos 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient: sine predicante?* de his autem negandum adhuc non est caruisse auxilio sufficienti ad credendum saltem remoto; nam si ductum rationis sequerentur, vt possent per naturã vires, a Deo illuminarentur, non propter bonum usum naturæ, sed alia ratione, vt fuit tractauit disp. 27. in explicatione eius axiomatis: *faciẽti quod est in se, &c.*

Cum vero in materia morali vrget præceptum, & tentatio, & peccatum vitandum est, cetero distinguendum, vel homo est proflus ignarus rerum nostræ fidei: vel ei iam doctrina Euangelij affulsit. Et statuo in primis, cuius horum hominum dandum esse ex parte principij, quid quid opus habet, ad præceptum implendum, ad superandam tentationem, ad peccatum vitandum,

tandum; quapropter si sufficit naturale auxiliũ, siue generale, siue speciale in eo ordine secundum grauitatem, & durationem tentationis obiectæ, & præcepti obligantis illud, proculdubio aderit, vt minimum: si non sufficit, aderit auxiliũ gratiæ. Quando vero sufficiat, quando nõ; pender ex materia de gratia. Quod vero omnes simpliciter possint, elegantissime expressit Chrysostomus hom. 16. in Epist. ad Hebræos sic scribens. *Non potest dicere non possumus, nec accusare conditorem; si enim impotentes nos fecit, deinde imperat; culpa eius est. Quomodo ergo inquis, multi non possunt? quomodo ergo multi nolunt? si enim voluerint, omnes poterunt; habemus quippe cooperatorem, & adiutorem Deum; tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipsam.* In his verbis Chry-

Chryst.

stomi nota illud, *tantum velimus*, non esse intelligendum ex nudo arbitrio, sed cum gratia excitante, & cooperante, quam necessariam esse dixit in verbis immediate antecedentibus. Est & aliud insigne Augustini testimonium initio tractatus Psalm. 56. vbi ait. *Non imperaret hoc Deus, vt faceremus, si impossibile iudicaret, vt hoc ab homine fieret, si considerans infirmitatem tuam, desicis sub præcepto confortare in exemplo, sed etiam exemplum multum est ad te. Adest ille, qui præbuit exemplum, vt præbeat auxiliũ.* Monco lectorẽ, doctrinã nostram in his duobus capitibus traditã breuiter, maximam accipere lucem, & confirmationem ex cap. sequenti, vbi de mente Augustini, & Prosperi circa modum, quo Deus præbet sufficientia auxilia adultis obduratis.

August.

Caput VII. De mente Augustini, & Prosperi in quæstione; an obduratis adultis negetur auxiliũ sufficiens?



**A**UGUSTINUS Augustini in re Theologica suspicienda semper; & in hac omnino sequenda; quapropter operepretium erit eam accurate indagare. P. Vazq. 1. par. disp. 97. cap. 2. defendit, in ea fuisse sententia Augustinum, vt tenuerit, quosdam obduratos ita a Deo desereri, vt in hac vita omni sufficienti auxilio gratiæ priuauerit propter peccata. Atq; prætermisissis locis communibus, quibus arbitratur fieri posse satis, adducit ipse alia testimonia (adeo erat in Augustino eruditus) propter quæ in eam fuit indoctus sententiam. Ea reuocat ad duas classes: in prima constituit eos locos, in quibus affirmat, neminem ex hominibus a Deo desereri, nisi prius Deus ab homine deseratur. Id affirmat in lib. ad articulos falsos sibi impositos art. 7. Verba refert Prosper in responsionibus ad obiectiones Vicentianas responsione 7. Eandem etiam sententiã habes apud Fulgentiũ cap. 13. imo Trident. sess. 6. c. 11. ab Augustino Phrasim hanc videtur mutasse, sic scribens. *Deus namq; sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.* Et c. 13. vbi de dono perseverantiæ. *Deus enim nisi ipsi illius gratia desuerint, sicut capit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.* Ex his ergo sic constituit nervos argumenti in particula nisi; ea enim vim habet exceptiã, & affirmat, aut negat totũ id, quod in altera orationis parte affirmatur, aut negatur; vt in hac oratione *nullus disputat, nisi Petrus*; quæ sic exponitur, *Petrus disputat, & nullus alius disputat*; pariter ergo modus ille loquendi nullum deserit Deus, nisi eum, qui prius gratiæ diuinæ desuerit: ita exponitur Deus deserit eum,

38 August. 1. Vazq. P. Vazq. respuit, Aug. negasse obduratos habere auxiliũ sufficiens.

39 Infidelis contrari, & negatiue quid. s. Thom. Ad Rom. Prosper. Fulgent. Indicat.

qui desit gratiæ Dei, & nullum aliũ. Ergo obduratos destituit gratia sufficienti. Vrget hoc idem argumentum ex alijs verbis in articulo 15. nemini autem Deus correctionis adimit viam, nec quemquam boni possibilitate dispoliat; quia, qui se a Deo auertit ipse, & velle, quod bonum est, & posse sibi sustulit. Verba habes apud Prosperum supra resp. 15. in his vero expresse affirmat, hominem peccata auferre sibi non solũ velle, sed & posse dispoliens se possibilitate. Verum, cum illa sententia, quæ impingitur Augustino, hodie non bene audiat, atq; de ea sanctus Thom. 3. p. quæst. 86. art. 1. erroneã esse pronunciauerit: non possum mihi persuadere, aliam non esse mentem Augustini. Atq; in primis testimonia, quæ adferentur in hac prima classe non esse Augustini, sed Prosperi, qui composuit librum illorum responsionum ad articulos falso Augustino impositos, probabilius sententia fert; eam docuit Bellarminus in libello aureo de scriptoribus Ecclesiasticis, comiscit ex eo, quod liber ille inter opera Prosperi inuenitur, quæ sententia habet hoc commodum magni momenti, quod liberat Augustinũ ab absurdo. Præterea, etiam Prosper ipse vindicandus est; quippe in plurimis suorum operum locis oppositum expresse docet. Seligo expressiores. In secundo lib. de vocatione gentium cap. 14. sic scribit. *Nec ab hoc excusabiles sunt nationes, quæ alienata a conversione Israel spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo sub ignorantia tenebris perierunt; quia hæc abundantia gratiæ, quæ nunc vniuersum mundum rigat, pari antea largitate non fluxit.* Ecce affirmat, rorem gratiæ irrigasse nationes

39 Vindictur Aug. ab ea sententia. S. Thom. Card. Bellar. Et Prosper. Prosper.

M m m

tiones barbaras vitij scatentes, quæ sine Deo viuere videbantur. Ergo nullum subducit, nullum priuat auxilio sufficienti, cuius asserti hanc reddit rationem. Adhibita enim semper est vniuersis hominibus quedam superna mensura doctrina, quæ & si partioris, occultiorisque gratia fuit, sufficit tamen, sicut Dominus indicauit quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium. Nihil clarius Prosper dicere potuit pro adstruenda sufficienti gratia pro vniuersis hominibus; cum vero ait; quibusdam ad remedium, loquitur de efficacibus gratijs: cum vero omnibus ad testimonium, loquitur de sufficientibus; nam cum Deus omnibus exhibuerit auxilia sufficientia, cum reprobos damnat ipsa exhibitione auxiliorum causam iustam damnationis reddit. Et cap. 26. post descriptos modos, quibus Deus accurrit gratia sua, sic scribit: quæ opitulatio per innumeros modos, siue occultos, siue manifestos omnibus adhibetur, & quod a multis refutatur, ipsorum est nequitia. Cui ergo sanctus Prosper hisce locis expressissimè docuerit sententiam oppositam, aliū proculdubio habent intellectum loca producta à Patre Vazquez, quæ iam declaro num. 41.

40 Testimonia Tridentini extra rem afferri.

Testimonia Tridentini omnino abs re adferunt; etenim capite illo 11. expresse loquitur de desertione in gratia iustificationis semel accepta; id quod, vel verba ipsa præferunt: Dens namque, ait, sua gratia semel iustificatos non deserit. Et qui totum illud caput inspexerit, inueniet agere de homine iustificato; nam primo, definitur, nullum, quantumuis iustificatum esse liberū ab observatione mandatorum; secundo, homini iustificato, non esse impossibilia ad obseruandum mandata Dei: tertio, iustus eo magis esse obligatos ad mandatorum obseruationem, quo liberati a peccato serui Dei facti in iustitia per gratiam proficere debent, & possunt; particula ergo, nisi, quæ vim habet exceptiua, & affirmandi, quod antea negatum erat, hunc reddit sensum. Deus deserit gratia iustificationis omnes ipsum per peccatū deserentes, nō aliū. In capite etiā 13. hanc eadem habere mentem euidenter constat ex contextu; nam toto illo capite agit de homine iusto in ordine ad donum perseuerantia, atque definit, nulli illud auferri à Deo, nisi prius ipse eius gratia defuerit. Ex quo fit, duas alias expositiones, quas innuit Pater Vazquez supra cap. 6. non esse ad mentem Concilij: nam in prima particulam nisi nō sumit in vi exceptiua, sed conditionalis. Et in secunda ait, Concilium loquutum de gratia cooperante.

41 Prospero explicatus

Ut Prosperi testimonia explanem, mones prius, Tridentinam expositionem Prospero accommodari non posse; adstruebat enim

necessitatem gratia contra Pelagium; ergo non stringebat sermonem ad gratiam iustificantem; sed erat de auxiliante; vnde cum affirmat, desertorē Dei ab ipso deseri per subtractionem gratia, de auxiliante loquitur: vel ergo dicendum est, loqui de desertione gratia congrua, aut sufficienti in eo temporis intervallo, quo Deus reprobū gratia priuat in penam peccatorum secundum dicta a nobis, cap. 5. num. 30. & 31. Sed videndum in particulari de qua gratia loquatur in ipsis testimonijs, atque in primo, censeo sufficienter explicari de subtractione gratia congrua: in secundo vero maior dubitatio est, quatenus affirmat, peccatorē ipse sibi eā posse subtolle. Nihilominus duplicem habet interpretationem; prima, tantum auferre sibi posse non pro omni tempore via ita, vt absolute destituatur auxilio sufficienti, sed pro eo temporis intervallo, pro quo a Deo non vocatur in penam peccati. Hanc expositionem significat in illis verbis, quia qui se a Deo auertit ipse, & velle quod bonum est, & posse sibi sustulit: vbi expendenda est particula illa causalis, quia, quatenus est causa peccatum commissum, non solum vt auxilio congruo, quo vellet, priuetur, sed etiam sufficienti, quo posset velle.

Secunda, vt non loquatur de possibilitate methaphysicè, sed de morali, quatenus res difficilis impossibilis dici solet. Quia vero diu obduratus, & in peccatis assuefactus difficilime sese ad Deum conuertit; ideo dixit Prosper, desertorē Dei per peccata se dispoliari possibilitate vtrique morali. Si lector attente inspiciat illam responsionem, is plane comperiet, non fuisse mentis Prosperi sufficienti auxilium negare in eis verbis: nam in principio loquens de his, qui exciderunt a sanctitate, & affirmans sua voluntate excidisse, & non surgere, sic adiecit, Si autem captiuitatem suam gemunt, & iudicantes semetipsos ad misericordiam Dei toto corde confugiunt, non sine spiritu diuina visitationis hæc faciunt; ergo lapsus concedit auxilium ad resurgendum; quis ergo dicat in verbis, quæ immediate sequuntur, ipsum negasse?

In secunda classe duo afferit testimonia, atque difficiliora: primum habetur in expositione quarundam propositionum in Epistola ad Romanos capite sexagesimo secundo, vbi de Pharaone ita ait: non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperauit, quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat: sed quia talem se præbuit, cui cor obduraretur. Ergo Augustinus fatetur, Pharaonem Deo obedire non potuisse, & ideo ei non imputari ad culpam. At si haberet auxilium sufficienti, & potuisset obtemperare, & culpa adcriberetur.

41 Obliu. ex Aug.

beretur non obtemperare. Ergo Augustinus negauit Pharaoni auxilium sufficienti ad obediendum. Secundum, est ex libro de correptione & gratia cap. 11. Vbi agens de auxilio sufficienti primo homini, & Angelo collato; ait, quibusdam deesse tale adiutorium in penam peccati. Verba recali cap. 5. num. 30.

43 Satisfac. tio.

Verum cum alia habeamus expressiora parentis Augustini pro aduersa parte, intelligere debemus, aliam etiam in his testimonijs esse ipsius mentem, atque in primis explicans verba Ioannis Epistola prima Canonica cap. 5. Vbi agit de peccato ad mortē de quo ego cap. sequenti, lib. 1. de sermone Domini in monte adiunctis alijs verbis, quæ adhibuit lib. 1. retractationum cap. 19. quæ ego statim expendo; ait, peccatum hoc esse, post agnitam veritatem oppugnare fraternitatem, & post ipsam gratiam, qua reconciliatus est, si vitam finierit scelerata mentis perversitate admittens noua peccata, sic ait. Nam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est vtrique desperandum, neque pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Quod si aliquis peccator a Deo destitueretur auxilio sufficienti in hac vita, liceret sane de illo desperare.

Aug. a no bis est.

Porro sermone undecimo de Verbis Domini loquens de blasphemia in Spiritum sanctum. De nullo, scribit, desperandum est, quandiu ad penitentiam patientia Dei adducit. Paganus est hodie: Iudeus est hodie: hereticus est hodie: schismaticus est hodie: quid si etiam amplectatur catholicam fidem, & sequatur catholicam veritatem? quid si isti, quos tanquam desperatissimos damnas, antequam fuerit istam vitam, agant penitentiam, & inueniant veram requiem, & vitam in futuro; nolite ergo ante tempus iudicare. Admittit ergo Augustinus, quem cumque degentem in hac vita posse penitentiam agere. Vnde Ecclesia orat pro remissione omnium peccatorum, & omnia relaxat in hac vita, accepta diuinitas absoluendi potestate. Ergo supponit, omnes habere penitendi potestatem; ergo nullum absolute priuari auxilio sufficienti.

Denique, egregia sunt verba, quæ Augustinus scripsit de Pharaone serm. 88. vbi non obstante eius obdurate, supponit, non caruisse auxilio sufficienti, cum affirmet ipsum peccasse post obdurationem, & plagas. Verba recali supra disp. precedenti cap. 8. num. 53. Hoc vero testimonium maximi momenti est;

quia primum secundæ classis, quod ex aduersa parte adfertur, negare videbatur Pharaonem habuisse auxilium sufficienti ad obediendum Deo.

44 Responsio ad Testim. d. ma ex Aug. gusti.

Ad primum ergo dixerent quidam, Augustinum sententiam mutasse, sed hi reipsa succumbunt difficultati; maxima e, cum non inueniatur in Augustino huius sententia retractatio. Dico ergo, non negari inobedientiam Pharaonis fuisse peccatum; cum oppositum affirmauerit loco proxime citato, sed quod non obtemperauerit, non imputari ei, vt causam obdurationis; nam peccata alia idololatritæ, & iniustitiæ contra Iudeos fuerunt causa obdurationis. Hanc explicandi rationem elicio ex ipso Augustino in eo loco ibi. Quod ergo Pharaon non obtemperabat præceptis Dei, cum de supplicio veniebat. Et ibi; non autem quisquam potest dicere, obdurationem illam credis immerito accidisse Pharaoni, sed iudicio Dei retribuētis incredulitati eius debitam penam. Ergo sensus est, non imputari vt causam obdurationis.

Illa autem verba: quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat, habent duplicem illam explicationem, quam adhibuimus verbis Prosperi num. 41. Prima de eo tenet peris intervallo, in quo in penam peccatorum fuit priuatus gratia sufficienti, in quo reuera proxime non poterat & esse priuatum ea gratia solum imputatur ei in quantum causa fuit per peccata, vt priuaretur, vt dicit August ibi: sed quia dignum e præbuit, cui cor obduraretur priori infidelitate. Secunda de impotentia morali propter maximam rei difficultatem, quæ licet non liberet a culpa, quatenus consuetudo peccandi minuit voluntarium, minuit etiam illam, ita vt imputari cum tanta grauitate non possit.

Ad secundum testimonium ex secunda classe iam dixi supra cap. 5. num. 30. Augustinum loqui in his verbis de his temporum intervallo, in quibus peccatores in penam suorum delictorum priuantur à Deo proxime auxilijs sufficientibus; eis vero carere in hoc statu, non est culpa noua, sed pena; quia soluta fuit voluntaria in causa, quatenus homo grauius delinquens, non semel, sed peccata repetens, aut animaduertit aut tenetur anim. aduertere, se priuandum auxilijs iure optimo in decursu posteriori vitæ, & forte imminente morte rariora accepturum. Vnde ea priuatio in causa fuit indirecte voluntaria.



Caput VIII. Obiecta, quae restant diluo, & quid sit peccatum ad mortem.



CONTRA dicta in discursu huius disputationis ac praecipue ex cap. 4. quaedam restant obiecta: dico restant; quia praecipua, hoc est, quae sumuntur ex Augustino, diluimus, tum cap. superiori tum in 5. & 6. Primo ergo obijci possunt verba Isidori lib. secundo de summo bono cap. 15. tremenda peccatorum nonnulli ait, ita despicuntur a Deo, ut non possint mala plangere, etiam si velint.

45  
1. Obiectio.  
Isidorus.  
Responsio.

Secundo obijci solent verba Ioannis ex prima Epistola cap. 5. ubi ait: esse peccatum ad mortem non pro illo dico, ut roget quis. Ex hac sententia videtur fieri, tam graue peccatum patrari in hac vita, ut patratore maneat sine spe veniae, quando pro eo orandum non est. Ergo is non habet auxilium sufficiens, atque ita intulit Armacanus lib. 9. de quaestionibus Armenorum cap. 27.

46  
2. Obiectio.  
1. Ep. Io. 5.  
Armacanus

Quid sit peccatum ad mortem varie censuerunt Patres, quos erudite refert Pater Vazquez prima parte disp. 97. cap. 1. ipse vero arbitrat, quodcumque peccatum graue in quacumque materia esse peccatum ad mortem, ac praesertim cum committitur obfirmato animo in malam, de quo difficulter speratur venia.

Peccatum ad mortem quid.  
P. Vazq.

Ceterum si P. Vazquez loquitur de quocumque peccato mortali, non videtur probanda eius sententia, atque expositio; quoniam ex ea sequitur per peccatum non ad mortem solum veniale esse in te. Videndum; hoc autem contra factum Textum est ibi: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem perat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Ergo frater ille amisit vitam per peccatum non ad mortem; nam si non amisit vitam, quomodo datur ei virtute peccati? ergo peccatum non ad mortem non est solum veniale; quippe adimit vitam spirituales; nec enim ibi loquitur textus de vita corporali, ut constat.

Discutiatur sententia P. Vazquez.

Qua propter dicendum censeo, cum vtrum quod peccatum sit mortale, hoc esse discrimen inter illa, quod peccatum ad mortem suapte natura ex malitia speciali ita tendit in mortem aeternam, ut cum principijs vitae spiritualis ex propria ratione directe pugnet, non

Sententia auctoribus.

autem peccatum, non ad mortem; quemadmodum in morbis corporalibus quidam font, licet graues, adhibita tamen conuenienti diligentia medica arte curantur. Si vero contemnantur, agrum intermunt. Alij vero insanabiles ex sua natura, atque desperata salutis, ut ethica, hydrophisis, ethalia vulnera, & alia id genus: ita inter peccata mortalia, licet omnia machinentur mortem secundam, & aeternam: quaedam vero adhibita conuenienti diligentia remissionem consequuntur, ut peccata mortalia commissa ex humanae carnis fragilitate, ex ignorantia quaedam sunt, quae pugnant cum principio vitae spiritualis, quorum remedium perditibile, & directe hominem trahunt in mortem aeternam. De hoc genere videtur esse peccatum in Spiritum sanctum, de quo Matthaeus cap. 12. ait: qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc saeculo, nec in futuro. Hoc vero peccatum directe destruit principium vitae spiritualis; nam Spiritui sancto ob bonitatem reluctantem in amore diuino producto adscribuntur omnia dona gratiae, ut proprio principio ex notionali excellentia. Peccatum etiam graue maliciose commissum videtur peccatum ad mortem, quatenus diuinam misericordiam a se videtur alienare, & repellere, & norauit Maldonatus in locum Matthaei. Item peccatum graue ingratitude in Deum eximie benefactorem. Ita Paulus ad Hebraeos 6. ait: impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi veniunt, & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam. Et praetermissa modo quorundam Patrum expositione de renouatione per baptismum iteratum, quae impossibilis est, congruentior videtur Anselmi, qui per impossibile solum intelligit difficile, eo quod, qui semel gustauerunt suauitatem spiritus diuini, & perfectionem christianam professi sunt, postea retro tracti spreuerunt dulcedinem spiritualis tibi, & carnalibus, obscenisque delicijs se dederunt, rarissime ad penitentiam redeunt, atque resipiscunt. Ita etiam intelligendus est Petrus act. cap. 8. cum ait: pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Ecce peccatum illud directe tendebat in perditionem aeternam; nihilominus ibidem significat Petrus penitentiam deleri posse dicens: penitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum forte remittat.

Matthaeus.  
P. Maldonatus.  
Ad Hebraeos.  
De peccatis, quae aliquando per se facta sunt.  
Actuum.

Caput 8. Obiecta, quae restant diluo, & quid sit peccatum ad mortem. 689

remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Dixit forte propter difficilem remissionem; itaque peccata, quae non sunt ad mortem, & facilius remittuntur, & non pugnant cum principio vitae spiritualis. Hoc significari videtur primo Regum secundo. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus, si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? quasi dicat, cum quis ira succensus peccat in alium se prouocantem facilius venia est; quia peccat ex passione; cum vero peccat ex malitia in Deum, qui nullum prouocat, difficilis est venia. Quae etiam ratione Lucae 23. Christus rogauit Patrem in cruce pro his, qui nesciebant quid facerent; quia ex ignorantia peccabant, tacite praeteriens eos, qui scienter; quia ex malitia. Pulchre dixit Bernardus lib. de praeepto, & dispensatione: Ideo ignosco illis, quia non agnosco ab illis, si enim cognouissent, numquam Dominum gloria crucifixissent. Sunt quibus non ignosco, quos non ignoro, & vidisse, & odisse, & me, & Patrem meum. Itaque Ioannes non prohibet orare pro peccante peccato ad mortem, sed significat, difficilem esse veniam dicentis: non roget quis, hoc est, non quicumque de populo vulgaris vitae, sed sacerdos vir eximie sanctus difficilem veniam a Deo extorqueat oratione. Ex hoc autem potius inferitur, nullius peccati veniam esse in hac vita impossibilem.

Luc. 23.  
Bernardus.

Demum, obijci solent quidam infideles adeo barbari, & agrestes, ut nec eis mysteria fidei in mentem venerint, quia nec legerunt, nec extrinsecum adepti sunt praedictorem: ergo, cum hi in hoc statu claudunt, diem suum sine auxilio sufficienti videntur decedere.

47  
P. Malinatus.  
Ad Hebraeos.  
P. Suarez.

Pater Suarez lib. quarto capite tertio varios refert modos dicendi. Ego rem tractaui ex instituto disp. 27. differens mentem eius axiomatis: facienti quod in se est. Breuiter ita sentio. Quicumque infidelis, quantumuis barbarus possit libertate, atque ex parte intellectus lumine rationis ad discernendum in obiectis propositis bonum, & malum morale. Ergo, cum etiam ex parte voluntatis adsit ei concursus indifferens a Deo oblati; quae propter in vno quoque obiecto versari potest bona, vel mala operatione, si mala versetur, admittit culpam, atque in penam eius Deus potest negare mysteria fidei extrinsece proponentem, atque auxilijs intrinsecis proximae sufficientibus: si vero habeat bonam, & tempus, quo potest auxilio naturali, aut speciali intra ordinem naturae perseverat in bonis actibus naturalibus; proculdubio aderit ei prouidentia supernaturalis, & vel hominum, vel Angelorum ministerio accipiet notitiam mysteriorum fidei, atque Sacramenta, quibus

mundetur a peccato originali, & alijs actualibus, quae commisit. In gratiam huius rei placeat, referre mirabilem historiam, quae accidit sanctissimo viro miraculis, atque lumine prophético insigni Iosepho Anchieta Societatis Iesu, praesidi Prouinciali in Brasilia, quam Sebastianus Veretarius ex eadem Societate his verbis libro secundo eius vitae eleganter enarrat. Ex multis, quae inde Iosephus animarum lucra retulit vnam admiratione dignam, & cuius haud facile simile reperias, exemplum non praeteribo: ex quo diuinae bonitati laudes reddantur, quae admiranda plane ratione, etiam cum hominem ad suae praedestinationis finem adduxit. Obibat Iosephus de more suam hanc Prouinciam, cum a comitibus digressus solus in siluas penitus intrauit nullo certo consilio, nulla ei subito rei nouae oborta cogitatione, sed quasi alterius manu duceretur in senem incidit Brasiliam, humi abiectum, atque arbori applicitum. Is Patrem ad se adeuntem his vocibus compellat: perge huc, adire iam diu enim hic tibi praestolor. Querit ex eo Pater, quinam sit, quaeque ex terra vicine eo venerit? respondit senex patriam suam mari imminere: aliaque adiecit, ex quibus Pater intellexit ipsum, neque ex Italicis, neque e Vicentianis finibus, neque ex tota ora Brasiliae, in qua versantur Lusitani, sed ex remotioribus terris fortasse circa flumen argenteum, aliusque Australibus partibus infra Tropicum (nam Brasílico loquebatur idiomate) vel ministerio supraquam humano eo translatum, vel diuino aliquo monitore, ac duce suis, gressibus venisse, ex quo labore, & aetate fractum ibi quiescente, diuini promissi fidem expectantem. Querit rursus Pater, quid eo venisset, & quid sibi quaereret? respondit, ut rectam vitam perciperiam. Hoc loquendi modo diuinam legem, & iter ad salutem intelligunt Brasili. Cum multa de eo exquisisset, accurateque vitae genus per omnes aetatis partes perscrutatus, omnia illius facta, cogitataque excussisset: cognouit ipsum nunquam plus vnam coniugem habuisse, nunquam bellum, aut arma, nisi sui defendendi causa suscepisse. Denique omnibus subtiliter, minutatimque perpensis, statuit apud animum suum Pater, hominem illum nulla vnquam lethali culpa naturae legem violasse, ut verissimum illud esse credamus, quod de id genus hominibus intelligentibus, sacra nos docent interpretes doctrinae. Comperit praeterea hominem naturae bono magna praeditum cognitione rerum pertinentium ad animum, aequi praesertim, & iniqui, tum etiam ipsius naturae auctoris, & cum multa de vera Religione

Historia mirabilis in Brasilia, quae P. sanctissimo Iosepho Anchieta accidit.  
P. Veretarius.



Myſterijs illi Pater exponeret, ſubiiciebat idē- tidem ſe intra animum ſuum ita ſenſiſſe, ſed ex promere neſciſſe. Ergo ſatis inſtructum la- bore, & arumnis itinerum & rateque confec- tum, quoniam ſolutio inſtabat, aqua pluuia ex carduo collecta (nulla enim alia in arenis illis ſubpetebat) baptizauit, Adamumque illi nomen dedit, qui tam diuino affectus bene- ficio, operante intus virtute Sacramenti di- uinæ in ſe gratiæ ſentiens chariſmata, oculis, manibusque in cœlum ſublatis, læto vultu diuinæ bonitati primum, tum etiam Patri

gratias agit, & quaſi expectati voti compos cum ſuperſeſſet nihil eorum quorum illic cauſa diuino ductu venerat, omni ſolutus cura, animam ſacro lauacro expiatam in ipſo primo ſuæ regenerationis veſtigio Deo red- didit. Corpus exanime Pater ſacris adiunctis precibus ſabulo ſepeliuit. Hæc Veretarius, quæ egregie confirmant, quæ Theologi docent in hac re. In hac hiſtoria illud obſerua: ſi ho- mo ille peccatum lethale in vitâ non commiſ- ſit, id præſtitum fuiſſe auxilijs gratiæ per Chriſtum.

# DISPUTATIO TRIGESIMA QUINTA.

## DE REMEDIO SUFFICIENTI PARUULORUM.

Diſtincta tribus capitibus.

Caput 1. Sententia negans, omnes paruulos habuiſſe remedium ſufficiens.

Caput 2. Eligitur ſententia affirmans.

Caput 3. Obiectionum ex Auguſtino ſolutio.

Caput I. *Sententia negans, omnes paruulos habuiſſe auxilium ſufficiens.*

**D**E hac materia acris controuerſia ſuborta eſt inter Patrem Vaz- quez ex vna parte, & inter Patrē Suarez ex alia, poſtea a Magiſ- tris eſt agitata, & locupleſtata. Pa- ter Vazquez 1. p. diſp. 96. cap. 2. conſtanter negat omnibus paruulis reprobis prouiſum fuiſſe remedium ſufficiens, nam cum quidam moriantur, quin induſtria humana remedium pro originali potuerit applicari, de his affir- mat reprobatos fuiſſe poſt originale, ſine pro- uidentia remedij ſufficientis. Allegat in præſi- dium plures ex ſcholasticis, ſed non ad fidem: imo aliqui eorum, vt ſtatim excutio, oppo- ſitam doctrinam expreſſe affirmarunt. Alle- gatur Gabriel in 4. diſt. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. ibi vero expreſſe docet oppoſitum, nam agitatur an infans in vtero materno poſſit baptizari? & poſt ſumptam reſolutionem negantem, diſ- quirunt præterea, quodnam illis remedium pro originali prouiſum fuerit, atque relata ſenten-

tia Alex. & S. Tho. qui vt putat Gabriel dix- erunt nullum pro his paruulis eſſe remedium, non ex defectu diuinæ miſericordiæ, ſed quia in eis non eſt capacitas, vt queant baptizari. Noluit Gabr. acquieſcere huic ſententiæ, di- cens aliud occultum remedium in Eccleſia ſua prouidiſſe; quia miſericordiæ diuinæ conſen- taneum non erat, hos infantulos ſine remedio relinquere. *Quare inquit licet paruulus bapti- zari non poſſit, ſanctificari poterit.* Et licet in hoc alienus ſit Gabr. a veritate, & contra com- munitatem ſententiam id affirmare auſus fuerit, nihilominus ſemper fuit eius mentis defendere, omnes paruulos non fuiſſe relictos ſine ſuf- ficienti remedio. Deinde adducit P. Vazq. S. Tho. in 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. ad 1. qui licet aliqua ſ. Thom. ſuffragetur in eo quod Gabr. tetulerat ex S. Tho. S. Tho. at adiecit poſtea, poſſe Deū velle quātū ſuffragetur eſt ex ſe vt hi paruuli, qui in vtero materno mori- riuntur capaces ſint baptiſmi, & in ea volun- tate præparaffe eis remedium ſufficiens, vt explicō

explico cap. 2. id quod ſatis ſignificauit S. Thom. cum dixit, non id euenire ex defectu miſericordiæ, quæ quantum eſt ex parte Dei, etiam ſe extēdit ad hos paruulos, quia impedimentum cauſarū ſecundarum ſemper obſtat contra aliquam Dei voluntatem. Allegat etiam Sotum lib. 2. de natura, & gratia cap. 10. ad finem, ſed neque is author fauet, vt legenti conſtat. Ecce fracta fere omnis authoritas ſcholasticorum quam in præſidium adducit P. Vazq. quapropter videtur exceſſiſſe dum aſſeruit conſtanter, ſuam ſententiam eſſe communem ſcholasticorū, & inter ſcrip- tores, qui prælo mandarunt ſua ſcripta nul- lam eſſe de hac re diſſenſionem. Fateor fauere Gregorium in 1. diſtinct. 49. q. 1. poſt medium arbitratu eſſe ſententiam Auguſtini, & Drie- donem de captiuit. & redempt. generis hu- mani tractatu 5. cap. 3. 5. conſuſione. Sed au- thor is etiam in adultis poſt meſuram deter- minatam peccatorum, ſatis ſignificauit, negari auxilium ſufficiens, & ſicut non eſt audien- das in hoc, ita neque in paruulis.

2 Probat ex S. Auguſt. pluribus in locis lib. de dono perſeuer. cap. 12. & de gratia, & de libero arbitrio cap. 12. & de natura, & gratia cap. 8. & Epistoſa 105. poſt medium, & 107. etiam poſt medium, quatenus Auguſt. his in locis fa- tetur hos paruulos ſine culpa parentum reme- dio caruiſſe: ergo neque in propria volun- tate, neque in voluntate parentum illud potue- runt habere: ergo eo ſunt deſtituti. Hæc teſti- monia ego declaro cap. 3.

3 Secūdo probat ex Proſpero lib. de ingratis cap. 20. & 21.

Tertio vitur hac ratione: certum eſt plures ex his infantibus, tum intra vterum, tum extra decedere in peccato originali, quin aliqua hu-

manorum adultorum induſtria baptiſmus ap- plicari eis poſſit. Ergo ſi caruerunt remedio ſufficienti: probant hanc conſequentiam; nam, nullibi illud habuerunt, non in propria volun- tate, quæ non pollent, non in adultorum, nam, vt ſubſumimus, caſus mortis ita contigit, vt non fuerit ſubiectus prouidentie humanæ, nec ab ea potuerit præueniri. At qui non ſufficit a Deo inſtitutum eſſe remedium de ſe ſufficiens; nam, ſi applicatio eius eſt impoſſibilis, carue- runt ſane remedio ſufficienti, non ex defectu valoris remedij, ſed ex applicatione impoſſi- bili, quemadmodum licet merita Chriſti Do- mini de ſe non ſolum ſufficientiſſima, ſed etiā ſuperabundantiſſima fuerint pro reparandis demonibus: non tamen ideo dicimus, remedium ſufficiens eis prouiſum fuiſſe; quia noluit ea Chriſtus demonibus applicare: ergo ſimili ra- tione de paruulis diceandum eſt, non fuiſſe prouiſum eis remedium ſufficiens, quando his ap- plicatio remedij, in quo continebatur virtus ad delendum originale, fuit impoſſibilis ex di- uina voluntate. Quod vero ſint aliqui caſus, in quibus fuerit per prouidentiam humanam applicatio impoſſibilis conſtat. Primo quan- do infans periit in vtero propter naturalem matris debilitatem, quæ non valuit foetum ma- turare, & edere, nam tunc nulla humana indu- ſtria potuit mors impediri ante natiuitatem. Secundo cum Patribus Chriſtianis, & pijs pro- curantibus, & a Deo enixe poſtulantibus, vt foetus ita in lucem prodeat, vt viuens baptiza- ri poſſit, nihilominus natiſcitur, vbi aut nō eſt a qua, aut tã breui aſportari non poteſt, vt opus eſt, aut ab eſt miniſter, quia dū feſtinatæ a quæ queſcebat, infans moritur. Tertio cū parætes in culpate fidem baptiſmi ignorarunt, & infans interijt tempore ignorantie inuincibilis.

Caput II. *Eligitur ſententia affirmans.*

**P**ATER Suar. lib. 4. c. 4. in oppoſita eſt ſententia, & Bellar. lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio c. 5. Va- lencia 1. 2. diſp. 8. q. 3. pun. 4. P. Leſius de prædeſt. & reprobat. ſectiōne 6. aſſertione 1. P. Arrubal 1. p. diſp. 91. cap. 3. Andreas a Vega lib. 4. in Trident. circa finem. Ego his etiam ſubſcribo, non nego ſatis difficile eſſe, eam verosiſimiliter declarare: at conabimur duas agredi vias, quibus veritas hu- ius ſententiæ defendi poſſit.

Præcipuum fundamentū ſumitur ex Paulo 1. ad Timot. 2. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & car- tera.* vbi Paulus monet pro omnino ſalute ad Deum preces fundendas eſſe, & ad id mouet duplici ratione. Prima, quod Deus eſt vnus, ex

qua infert ipſi eſſe curam de omnibus; nam ſi plures eſſent Dij, non vni omnium eſſet cura, & prouidentia, ſed quorundam alteri, alteri aliorū, preces ergo vniuerſales pro omnibus Deo, qui ex propria voluntate inclinatur ad elargiendum bona liberaliter hominibus gra- tiſſimæ ſunt. Secunda depromitur ex Chriſti redēptione, quæ etiam vniuerſalis fuit pro omnibus, & ſingulis, nullo excepto, oblata, nam vt omnes in Adam 1. peccauerunt, nullo ex- cepto (non loquor de beatiffima Virgine Ma- ria, quia ipſius priuilegia omnem naturalem curſum ſuperant) ita Deus omnes hos, quos Chriſtus redemit, quiq; in primo Adamo lap- ſi ſunt, voluit ſaluos efficiere propter Chriſti me- rita: nec enim peccatum Adami plures macu- lauit, & infecit, quam ſanguis Chriſti Domini

mundandi, atque lauandi virtutem habeat per Dei voluntatem applicatam, & per Christi oblatam, vt dixit Ioan. Epist. 1. canoni. c. 2. ibi. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

1. Ep. 102. 2. *Et Paulus ad Corinth. c. 5. Erat Deus in Christo mandum reconcilians sibi.* Et ad Rom. 5. *Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vite.* Hæc verba sunt expressissima ad rem nostram. Præterea, ibi, *si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.* Quæ verba secundum hanc latinam versionem significant Redemptionem Christi ad plures extendisse, quam Adami infectionem, & licet aliqui verba hæc referant ad solam doni maioritatem; at etiam referri possunt ad personarum pluralitatem in sententia pijsima ab Ecclesia sæculo nostro magna lætitia recepta, a viris doctissimis confirmata, & locupletata: & quod caput est a Domino nostro Papa Paulo Quinto, ita approbata, vt licet probabilitati opposita nihil laedere voluerit, at inter dixit, se uere sub grauib. pœnis, ne publice defenderetur. Demum a S. S. D. N. Greg. 15. cautum est, ne etiam privatim de opposita sententia defendenda agatur, & vt in Breuarijs sub nomine Conceptionis festum celebratur obliterato nomine sanctificationis. Ea vero est de purissima Conceptione sanctissimæ Virginis Mariæ sine macula peccati originalis. Et ita Patet Salmeron. tom. 13. suorum operum in hunc locum de pluralitate personarum intelligit verba Pauli, & licet P. Toletus, & Iustinianus per vocem *plures*; intelligant omnes iuxta versionem græcā: at si animaduertissent, in magis propria significatione defendi posse, plures comprehendisse Christi Redemptionem: propter hæc sententiam, quam infecerit Adamus peccato originali, hanc etiam retinissent significationem. Ex his fit, propositionem affirmantem, hos paruulos aliqua ratione fuisse a Christo Redemptos, & pro eis sanguinem fuisse, atque voluisse, vt eis etiam mors sua proderet, negari minime posse, nec enim solum verum est exsoluisse sufficiens pretium pro peccato originali horum paruulorum; nā, etiam sufficiens pretium habuit pro peccatis Dæmonum, quos tamen nō redemit, sed etiam paruulos hos fuisse obiectum voluntatis Christi Domini offerentis pro eis sua merita, atque volentis, hos etiam saluare propter Christi merita: alias dicere quis posset, magis copiosam fuisse Adami infectionem, seu venditionem, quam fuerit Christi Redemptio, saltem extensiuæ, quod absurdum est. August. lib. 4. contra

Iulian. cap. 8. tractans fusc hunc Pauli locum, ait de paruulis. *Numquid homines non sunt, vt non pertineant ad id, quod dictum est, Deus vult omnes homines, & cetera?* Nec verba illa, ad agnitionem veritatis venire; restringunt sententiam Pauli ad adultos, vt putauit P. Vazq. nā duplici ratione veniunt etiam paruuli ad agnitionem veritatis. Prima, quia in hac vita recipiunt fidem diuinam. Secunda, quia in alia donantur beatitudine: in fide autem, & beatitudine omnis veritatis agnitio consistit.

Ex hoc fundamento firmissimo efficitur, tū Deum, tū Christum voluisse atque intendisse affectu prosecutionis, omnes etiā paruulos saluos efficere; dico affectu prosecutionis, vt distinguam eum a simplici complacentia, qua etiam gaudet Deus in gloria omnium hominum possibilem; imo, & Dæmonū, quatenus in eo obiecto est bonitas per se honeste amabilis: ergo voluerunt, vt etiam eis possibilis esset consecutio gloriæ, probo hanc consequentiam; nam, intentio illa inefficax prosecutiua finis est virtualiter efficax mediolorum: ergo non potuit non prouidere remedium sufficiens; quia omnis voluntas Dei efficax, siue formaliter, siue virtualiter effectū habet. At si impossibile esset applicatio remedij, non esset eis prouisum remedium sufficiens, vt bene probat ratio P. Vazq. cap. 1. n. 2. Ergo ne dicamus, aut non intendisse eis gloriam affectu prosecutionis, aut voluntatem efficacē Dei sine effectū relictam, affirmare debemus, his etiam paruulis possibilem fuisse applicationem remedij, atque attenta mente inquirere, & cogitare, quo pacto id verum esse possit.

Ego duplicem aggredior viam, in prima, concedo in casibus illis expressis proponens rationem contraria partis, non potuisse applicari paruulis remedium: nego vero, absolute ipsos caruisse remedio sufficienti. Cum vero inquiritur; vbinam remedium hoc sufficiens prouisum fuerit. Respondeo in his voluntatibus, quibus Deus per diuinam, & Christus per humanam voluerunt eis paruulis conferre gloriam, item media sufficientia, siue formaliter, siue virtualiter. Quia vero voluntates illæ inefficaces fuerunt, & conditionatæ ex natura sua, opus non fuit primum, vt de facto fieret applicatio mediij sufficientis: deinde nec, quod ea applicatio possibilis fuerit, etenim hoc ipso, quod illa de facto poneret, aut applicationem, aut possibilitatem, applicationis foret formaliter efficax, aut comparatione applicationis actualis, aut comparatione applicationis possibilis; sicut voluntas saluandi reprobos adultos, licet inefficax sit comparatione gloriæ, est efficax comparatione auxiliorum sufficientium, hoc ipso, quod ea infundit voluntatibus eorum

eorum. Vide dicta disp. 17. vt videas quo pacto procedere debeas secundum nostram doctrinam de libertate Dei. Ad hæc, vt Deus quantum est ex se prouiderit remedium sufficiens his adultis, satis est quod ex se ipso præsto sit ad excitandum illos singulis momentis, etiam si de facto non excitet, nec sepe possit excitare, supposita ex parte ipsorum incapacitate, aut ratione somni, aut amentia, aut distractionis. Ita pariter, vt Deus his paruulis dicatur prouidisse ex se remediū sufficiens, satis est, si non solum de facto id constituerit; sed etiam vere desideret eis applicari, & si alias videat, nec esse applicanda, nec applicari posse, si ipse sinat causas naturales suos peragere cursus, nec eos inuertat, cum ad id etiam obligetur, vt author, & gubernator naturæ, ergo licet impedimentum hoc ex causis naturalibus procedat ex diuina prouidentia, ita res disponente; at etiam res ipsa secundum naturam suam exigunt hanc directionem, gubernationem, & causam primæ cooperationem, ex qua accident euentus, qui de facto fiunt. Rursum, vt dicere solemus Deum nolle ex se punire aliquē voluntate antecedenti, sed supposito peccato, ita Deus ex vi voluntatis, qua vult eis paruulis applicari remedium sufficiens, nolle has causas naturales ita gubernare, vt fieret impossibilis applicatio, imo vult voluntate antecedente ita res euenire, vt quicumque paruulus liberetur a peccato originali remedio baptismi, & displicet in opposito euentu, & ex hac voluntate sit, vt ponatur in rerum natura quidquid pendet a solo Deo, & conducere potest ad salutem eorum. Hinc baptismus institutus in lege gratiæ, & circumcisio in lege scripta, & remedium, quod habuit lex naturæ, quia eorum institutio a solo Deo pendet. At in his, quæ pendet a causarum concursu, vt in applicatione, simul potest Deus velle non inuerrere eum cursum, nec naturis inferre violentiam, nec patrare miracula, vt baptismus applicetur, vnde comparatione huius voluntatis non applicatio voluntaria est; inuoluntaria vero comparatione eius voluntatis, qua vult quantum est ex se voluntate antecedenti applicari, atque displicet in non applicatione: quod vero voluntates hæc inter se non pugnant, sæpe docui, & manifestum est; quia prior est antecedens, concepta ex bonitate misericordię Dei. Secunda consequens, & præsupponit naturalem rerum ordinem, in quo est applicatio impossibilis, & ex alia parte vult ipsum non euerrere; quia iudicat ita expedire tum ob munus authoris naturæ, tum ob alios fines sibi notos. Quemadmodum proiciens merces in mare, simul procurat media ad eam projectionem, atque ipsam exsequitur, & simul quan-

tum est ex se vult, eas conseruare, atque displicet de periculo, quatenus est ei impedimentū, vt conseruet, & adhibeat media ad conseruandum; ita in nostro proposito, vt facile quisque applicare potest.

Sed dicat aliquis; ergo mors infantis in euentu, de quo est sermo, non contingit Deo ita ordinante, & positive volente, sed solum Deo permittente, consequens absurdum est; nam quidquid fit in rebus (excipe peccatum) fit Deo ordinante, & authore, sed ea mors non est peccatū; quippe nō est ex libertate, sed ex causis necessarijs: ergo fit Deo ordinante, & authore. Sequella vero principalis probatur; quia ideo peccatum tantum permittitur, non tamen efficitur, quoniam Deo nolente a volente admittitur, sed mors illa sine applicatione Deo nolente a causis necessarijs procedit: ergo ad eam tantum permissiuè concurrat Deus.

Respondeo, negādo primam sequellam. Ad paritatem ex permissione peccati. Dico manifestum esse discrimen; quia malitia nulla ratione Deo voluntaria est, nec directe, nec indirecte; nam licet Deus concurrat, vt causa ad peccati entitatem; at solum offert indifferentem concursum, nolens peccatum committi a voluntate, effectus vero causa indeterminatæ nec directe, nec indirecte voluntarius est Deo cooperatori, vt constat ex principijs 1. 2. At negatio applicationis actualis, & possibilis Deo voluntaria est, tum indirecte in causis necessarijs determinatis, tum directe comparatione eius voluntatis, per quam sunt, causas naturales ex se qui suos effectus, nec eorum ordinem inuertit; vnde mors infantis sine baptismi applicatione ex suppositione ordinis naturalis rerum Deo ordinante, & authore contingit, licet comparatione alterius voluntatis antecedentis, qua vult, eos etiam conse qui gloriam, & ijs applicare remedium originalis quo ad fieri potest sine incommodo inuersionis ordinis naturæ inuoluntaria sit. Hæc est prima via.

Secunda vero negat antecedens rationi propositæ a P. Vazq. cap. 1. atque adeo conatur declarare, numquam fuisse impossibilem applicationem remedij, ad hoc vero necessario recurrendum est ad inspirationes internas factas vel parentibus, vel alijs adultis, quos Deus eligebat, vt media suæ prouidentię ex intentione gloriæ horū paruulorum, quoniam eum ipsi non gaudeant propria libertate, id ad ipsos referri non potest. Ad hanc rem maxime faciunt verba Prosperi lib. 2. de vocatione gentium cap. 20. *Isti aut, paucorum dixerunt homines ad illam pertinent gratia partem, qua semper impensa est vniuersis rationibus, qua vniuersis bene viderentur eorum parentes, & ipsi per eos-*

26  
Obiectio.

Satisfactio.

27  
Secundus modus defendendi.

dem iuuarentur. In his verbis admitto glosam P. Vazq. qua parte monet Prosperum loqui de infantibus, qui iam ab utero in lucem editi sine lauacro regenerationis moriuntur, nam dum latent in utero non habent proprium diem, atque dici non possunt paucorum dierum homines: qua parte vero adscribit Prospero distinctionem illam de his, qui moriuntur sine baptismo ex defectu diligentia humanae, & sine ullo defectu non consentio, nec Prosper inter eos distinguit, nam vniuersaliter locutus est de omnibus paucorum dierum hominibus absq; illa distinctione; atq; affirmat, affirmari potest posse ab eorum parentibus, quia pertinent etiam ad eam partem gratiae, quae semper impensa est vniuersis nationibus, *qua vti que, ait, si bene viderentur eorum parentes, & ipsi per eosdem iuuarentur.* Ergo, qui postquam nati vixerunt aliquantulo tempore, atque parentum, aut aliorum diligentia baptizari potuerunt, & incaria eorum decesserunt sine baptismo, iam habuerunt sufficiens remedium, vt constat, de filiis autem priorum Christianorum, de quibus erat altera probatio cum humana industria applicari remedium non potuit, dicendum est, eos semper aliquam accepisse inspirationem, aut orandi, aut sacrificia offerendi pro incolumitate foeti, aut se conferendi ad certum locum, in quo ad manum erat aqua naturalis, quibus si respondissent, non solum posset puer baptizari, sed etiam baptizaretur supposita eorum pietate, & diligentia; & licet dicant se toto animi affectu summis precibus a Deo postulasse baptismum pro infanti, nihilominus credimus, aliquam proculdubio inspirationem neglexisse, vel aliquam operationem piam omisisse, ex quo pendebat, aut puerum baptizari, aut baptizari posse.

8  
Quid de filiis gentiliū?

De filiis vero gentiliū, qui laborabant ignorantia inculpabili baptismi, pariter dicendum est, eos, & neglexisse diuinam aliquam inspirationem, imo, & peccato repugnasse, cui si annuerent, notitiam baptismi compararent, atque filij, aut baptizaretur, aut baptizari possent. Ideo autem Gentiles hi dicuntur, baptismum inculpate ignorare, licet libere impedimentum scientiae posuerint, quia ignorauerunt, se baptismum impedimentum ponere.

9  
De infantibus, qui in utero moriuntur quid?

Vltima denique probatio erat de infantibus, qui in utero moriuntur, hi vero sunt in multiplici differentia, nam alij oppressione extinguuntur, alij violenta agitatione, alij immoderato ciborum usu, alij medicamento, & alijs de causis; in his nulla est difficultas; quia perspicuum est, media actione libera interire, & mortem in causa, humana industria praecaveri posse.

Difficultas ergo tota renocari videtur ad eos, qui in utero moriuntur propter naturam matris debilitatem, quae virtutem non habet edendi foetum, & tunc etiam dici potest, eam procedere ex humorum intemperie, atque aegritudine orta ex pluribus actibus liberis in usu ciborum immoderato, & in alijs corporalibus exercitationibus, nam a natura ipsa insitum est, foetum, quae potens fuit ad concipiendum, potentem etiam esse ad dandum foetum, atque adeo numquam contingere aegritudinem post foetum conceptum, seu debilitatem euenire independentem ab actibus liberis. Ergo in his, vt in causa vitari potuit impedimentum, quod obstitit, ne remedium originale potuerit applicari. Ad haec, licet in aliquo euentu concederemus debilitatem illam processisse omnino independentem ab actione libera, neque tunc cogimur fateri, eum paruulum caruisse auxilio sufficienti, non solum propter modum dicendi explicatum n. 5. sed etiam, quia Deus proculdubio ex intentione glorificandi eum paruulum infudit parentibus, vel alijs personis, quae poterant prodesse pias inspirationes ad aliquid praestandum, quo imbecillitas illa roboraretur sufficienter ad hoc, vt posset foetus erumpere, & baptismum ei accuri, vt si inspiratum fuit, vt adirent hominem aliquem excellentis sanctitatis, aut peritum artis medicae, aut piam peregrinationem, aut se se deuouerent alicui sancto Patrono in hac materia, &c.

Qui res humanas attente considerauerit, & quanta sit parentum incuria in procuranda educatione foetus medijs ordinatis, & vtilibus, vt baptismus possit applicari, haec ita contingere verosimiliter satis sibi persuadebit; cum ergo habeamus firmissima fundamenta ad affirmandum, nulli ex paruulis negatum simpliciter fuisse auxilium sufficiens post commissum originale, vt monstrauimus in hoc cap. & cum ex duplici hoc modo dicendi probabilissime fiat satis argumento opposito a ratione petito proculdubio pars, quae affirmat ad omnes homines nullo excepto peruenisse gratiam auxiliij sufficientis per Christum, amplectenda est. Siquid nos posset retardare, id esset autoritas August. ex aduerso, verum Augustinum, non esse nobis contrarium cap. sequenti perspicuum fiet.

Caput

Caput III. Solutio obiectionum ex Augustino.

10  
August.



**A**VGVSTINVS in locis allegatis a P. Vazq. vrgebat Pelagiū, vt paruulorum exemplo probaret, gratiam nobis non dari secundum nostra merita; nam Deus subuenit paruulis remedio baptismi sine proprio merito: & is est scopus Augustini in lib. de bono persenerantiae cap. illo 12. Deinde, vt etiam ex eis ostendat peccatum originale, quod a Pelag. negatur, adstruit, quibusdam negari baptismum iusto Dei iudicio. Verba Augustini haec sunt. *Nec enim fato cogitur Deus illis infantibus subuenire, illis autem non subuenire, cum sit vtriusque causa communis.* Ecce agnoscit in quibusdam liberalem Dei misericordiam, in alijs iustum iudicium. Ne vero Pelag. responderet id tribuens diligentiae, aut negligentiae, meritis, aut demeritis parentum, adiecit. *Per hunc enim festinantibus parentibus, & paratis ministris, vt baptismus paruulo detur, Deo tamem nolente, non datur, quia eum paululum in hac vita non tenuit, vt daretur.* Et in verbis proximis antecedentibus. *Quid dicam, ait, quod paruulus aliquando antequam illi per ministerium baptizantis succurri possit, expirat.* Agit ergo, vt probet, esse peccatum originale, & propter illud sine acceptione personarū quibusdam negari remedium iusto Dei iudicio, alijs autem misericorditer concedi circumscriptis omnibus meritis, aut demeritis, etiam parentum. Vnde ita concludit. *Vbi certe ostenditur, quod personarum apud Deum non sit acceptio.* Quo fit, Augustinum tunc non curare, an licet proximis secundum praesentem causarum dispositionem, & occurrentiam non potuerit subueniri baptismum: potuerit vero remote considerata inspiratione pia, aut facta parenti, aut aliae personae ex his, quae prodesse possent? Nec Augustino venit in mentem negare, adhuc si responderent vocationibus paruulis illis non esse subueniendum baptismum. Nec obstat, quod excludere videatur, sicut meritum, ita & parentum demeritum, nam saepe contingit resisti vocationi sine peccato, quoties est in materia libera ab obligatione.

Explicatus August.

Eodem modo intelligendus est de gratia, & libero arbitrio cap. illo 22. in quo, vt probet, infantibus gratiam baptismi sine meritis ipsorum dari, expendit. *Eos etiam reuocari, quando baptizantur, & sacramenta percipiunt, quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur, si iam liberi viderentur arbitrio.* Et quando dicit: *aliquando filiis infidelium praestatur haec gratia, cum occulta Dei prouidentia in manus piorum quomodocumque perueniunt: aliquando autem fidelium filij non eam consequuntur, aliquo*

impedimento existente, ne possit periclitantibus subueniri: solum excludit parentum merita; & affirmat, proximis ita veram naturam dispositas esse, vt non potuerit applicari baptismus; at non negat, ita dispositum iri, si parentes responderent omnibus vocationibus, quas a Deo acceperunt circa illam materiam, vt applicari potuerit baptismus; quippe de ea re non affirmat.

Eodem modo intellige locum de natura, & gratia cap. 8. cuius verba, quae difficultatem ingerunt, haec sunt. *Ego autem dico, paruulum natum in eo loco, vbi ei non potuit per christi baptismum subueniri morte praeventum, idcirco tale fuisse, id est, sine lauacro regenerationis existisse, quia aliud esse non potuit.* Vtique secundum praesentem, atque proximam causarum naturalium dispositionem, atque voluntatem diuinam non inuertendi eum rerum ordinem, non tam non considerata alia voluntate, qua Deus intendit gloriam huic paruulo, & ex ea intentione instituit remedium baptismi, vt eum munderet macula peccati originalis, atque sanctificaret, & secundum electionem inspirationum, quas Patribus infudit ex eodem fine, quibus si ipsi annuerent, fieret, vt baptismus de facto perciperetur, aut percipi possit.


In Epistola etiam 105. post medium Pelagium vrget, sic dicens. *Quam, quae so, allaturū sunt causam, quod alius sic gubernetur, vt baptizatus hinc exeat; alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium, prius quam ab eis baptizatur, expiret.* In his verbis solum excludit merita, tum paruulorum, tum parentum, propter quae Pelagiani dicebant, gratiam baptismi dari; & cum postea ait. *Quid dicam de inopinatis, & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus saepe etiam Religiosorum Britannorum praueuuntur, & baptismum praeripiuntur infantibus, & contrario sacrilegorū, & inimicorū Christi aliquo modo in Christianorum manus venientes ex hac vita non sine Sacramento regenerationis emergunt?* Idem ostendit alio argumento, quod per se clarum est; nec, cum loquitur de repentinis mortibus, quae contingunt filiis religiosorum Christianorū, negat, illos inspirationi alicui non resistisse; nam, & si resisterint, si pie viuunt, & mandata Dei seruant, absolute Christiani Religiosi nuncupari possunt. Appellat etiam mortem inopinatam comparatione casus proximi, non quia in aliqua inspiratione priori non potuerit praueuiri, atque impediri, vt saepe dictum est.

Denique in Epistola 107. magis declarat, se tractare de baptismum pueri, qui morte vicinus erat, ibi. *Et aliquando cupientibus, festinantibusque*




tibusque parētibus, ministris quoque uolentibus, ac paratis, Deo nolente, non detur, cum repente antequā detur, expirat. Iam dixi, quid sibi uelit illud Deo nolente cap. 2. n. 5. nimirum, in uoluntate non inuertendi causas naturales necessarias, Deum indirecte uelle negationem applicationis; item directe in se ipsa. Vnde negatio applicationis, ut ab hac uoluntate Deo uoluntaria est; cum tamē comparatione alterius, qua uult Deus hunc etiam paruulum saluum efficere, & ei applicare remedium baptismi,

quantum est ex se, ipsa applicatio est uolita, & si de facto contingeret, foret uoluntaria. Vide, quā dixi n. 5. Ergo nullum est in Aug. testimonium, quod cogat nos deserere sententiam cōsentaneam sacræ Scripturæ, atque diuinæ bonitati, demum uniuersali redemptioni Christi Domini. Denique Prosper in eo cap. 20. & 21. de ingratis nihil habet, quod pro aduersa faciat sententia. Dico dicta in hoc tertio tractatu Deo optimo, maximo.



TRACTA



# TRACTATUS QUARTUS DE VISIONE DEI. DISTINCTVS DISPUTATIONIBVS DECEM ET SEX.



**I**DEO plures ex Recentioribus nobilibus Theologis nō sequi methodum S. Th. atq; ordinem articulorum inuertere: nec incommode, attenta rei natura. At, cum agamus fere personam Commentatoris, & Angelicum præceptorem suspiciamus ut ducem, ipsum in methodo, quæ non contemnenda est, subsequi decreui, prospiciens lectoris quoq; utilitati, qui expetit propriam rei disputationem in loco articuli, ut qui ibi eam quærit, ibi inueniat. Demum de hac materia copiosissime a bonis, & non bonis hominibus in re Theologica scriptum est. Plures legam, quam referam: non boni namq; prætermittendi. Statueram hunc tractatum in secundum tomum remittere, & materiem sic colligare de Visione Dei, & ipsius primario obiecto, nimirum Deo Trino, & vno: & de potentia Dei, & obiecto principali; nimirum de natura Angelica. Sed amicorum preces uicerunt, atq; coegerunt ipsum adnectere huic primo tomo. Nec incommodum alicuius momenti est, si ultimum occupet locum. Lectori quid refert illum legere in prima, aut ultima libri parte? mihi uero quam plurimum: inuertendi enim fuissent omnes numeri, in quibus me refero, quod homini in alijs distento non potest non esse molestum. Sed neq; abs re prædestinationem agitur de Dei uisione; quoniam quotquet creaturæ Deum uident, & in æternum uidebunt per prædestinationem, tamquam per causam uident, & uidebunt; atqui non est alienum a recto ordine doctrinæ ex notitia causæ ad cognoscendum effectum descendere.